¶ Secundum leges proponens plures actiones in libello si sunt diuersæ, tūc certas de iure suo eligere debet, secus ſm cano. secundū quos plures admittuntur. de elec. c. querelam super gl. 2. Differentia sumitur per not. de adul. c. pen. super glo. pen. Et de usu. c. cum tu. in glo. licet. Alia per not. de forti. c. c. 1. Item alia per not. de male. c. 2. in gl. 1. Alia per no. de exces. præla. c. clerici. in glo. fin. Alia per no. 7. q. 11. c. sacrilegium. c. quisquis & de pœn. c. fœlicis. in nouel. lib. 6. Alia per no. de iudi. c. fi. in nouel. Alia de pœnis. c. de sententia. Alia de sententia excommunicationis. c. 4. super gloss. c. nunquid. Alia per not. 17. q. 3. c. placuit. in glo. 3. Alia per no. de sen. excommu. c. si uero turpiter. Alia per no. de spon. c. in præsentia super glo. 2. Alia per not. de resti. in integ. c. 2. super gl. & sic uidetur. Alia de hære. c. extraneus. §. credentes. super uerbo accedat. Alia de pig. c. 2. in gl. 2. Alia de do. c. fi. & per no. 3. q. ult. Alia de iurepa. c. nobis. super gl. non uidentur. Alia per no. de despon. impu. c. puberes. super gl. 2. ad finem & ca. se. super glo. 3. Alia de diuor. c. 1. de dona. inter ui. & uxo. cap. pen. super glo. pen.

¶ Has differentias inter leges & canones menti commendes & licet plures aliæ possunt referri, tamen his ego Gualuanus contentus propter multos, qui uno collirio omnium oculos uolunt curare semper pro solutione dicentes. Aliud est de iure cano. aliud de iure ciuili, uel aliud est de iure antiquo, & aliud de nouo ut no. 39. dist. c. fi. in gl. pe. uel aliud in ultimis uoluntatibus. ut no. de concess. præben. c. 1. in gl. communis lib. 6. qui saltem recurre possunt ad Specul. de disputatio. & alleg. §. post hoc per to. & maxime doc. utriusq; iuris uerius nullius de quibus mirabilem modum illusionis audiui, quomodo per sophisticas rationes simplices, & nouos scholares subtilitatibus legalibus inuenientes arguere omisso canonis textu pollicitentur, & nouo genere mercuria 4. ut ualeant uideri rabi. ibi allegare satagunt tantūmodo canones, ubi sunt periti in iure ciuili & econuerso. Et ut sic scholares ipsi quos a ueritatis uia auertunt, & ad fabulas conuertunt, supersunt adiscentes, & nunquam ad ueritatem scientiæ peruenientes, ut 26. q. 5. c. nec mirum, ubi hoc pacto in opinionibus in quibus possunt, & debent imitari canones, sunt legistæ. ut no. qui filii sint legitimi. in c. per uenerabilem. uer. rationibus. Et qui innituntur æquitati regularis disciplinæ, legis rigori subiciuntur. de calum. c. 1. de re iudi. c. Abb. iuxta fi. li. 6. Obsecro igitur, & summe deprecor Dei, & proximi dilectione, primiq; parentis amore, ut ista legentes horum quæ uera sunt, participes existāt, præsentis opusculi collectionem diligant. de pœ. dist. 2. c. charitas. uer. proximos, & antequam intelligant non comprehendant. 11. q. 3. c. eorum saltem, inuidiaq; Diaboli uitium est. 23. q. 4. c. quam magnum. Nec dicant, ꝙ habita una contraria glo. habeatur, & alia ac ipsius gloss. solu. Qui a hoc inueniunt in multis proculdubio falsum fore, recipiant ergo grantanter opusculum quod iustitiæ & libramini rationis subiectum. 7. q. 1. § cum ergo. uersi. formari de senten. & re iudi. in clem. pastoralis. uersi. uerum. Et satis sit, ꝙ in paucis per laborem amicis consulitur. ff. de admi. tu. l. tutores. §. q. sunt in fi. & C. de neg. gest. l. tutorii. de homi. super rub. in ult. opin. in nouel. per hos autem & in alio laboris sciētia in hoc seculo acquiratur, ut Regnum cœleste tribuatur quod nobis præstare dignetur omnipotens Deus, quoniam ex ipso sunt omnia, cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.

FINIS DIFFERENTIARVM INTER Leges & Canones do. Gualuani Bononi Iuris Cano. Doctoris eminentissimi, quas hac nostra recenti editione suis in materiis, & ubi melius quadrare uidebantur, restituere fideliter curauimus, quo facilius eas memoriæ scrinio commendaret Lector.

Index quaternionum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Quorum T ternus, reliqui quaterni.

ABBATIS PANORMITANI COMMENTARIA

In clementinas Epistolas, & earum glossas;

Quæ Typographorum incuria, uel dolosa alicuius solertia, ut hæc sibi in futurum ascriberet, pene interciderant,

Hac postera verò editione a M. D. LEONARDO a LEGE recognita, atque ab innumeris erroribus, quibus ob temporis vetustatem, & librariorum recentem iniuriam ubique deprauata, mutila passim, & plerisque in locis decurtata usque ad eo deprehendebantur, nullus ut plane sensus elici posset, tam in textu, quàm in allegationibus summo eiusdem studio uindicata, & integritati suæ restituta.

SVMMARIIS eiusdem ubique instaurata, atque decisiuo inde Repertorio fœliciter aucta.



SVMMARIVM.

1 *Iuris appellatione quid ueniat, ut cum aliquid secundum ius decidi mandatur, sciamus de quo intelligatur.*
2 *Machinatio quid sit.*
3 *Papa unde dicatur.*
4 *Proclinis, quid significet.*
5 *Obrepere, quid sit.*
9 *Sors sumitur multipliciter, & quot modis.*
7 *Constitutiones quando incipiant ligare, siue dispensatiuæ, siue declaratiuæ, siue priuilegiatiuæ sint.*
1 *Priuilegii purè concessi, & in uim constitutionis concessi, differētia quæ sit in tempore effectus consequendi.*
9 *Papæ pontificatus a quo tempore incipiat.*

PROOEMIVM CLEMEN.

1 APPELLATIONE iuris uenit † ciuile, canonicum, & synodale seu municipale. no. glo. in procemio cle. in uerbo. [*Iuris*] secus in naturali uel diuino, ut ibi. quod intelligo, ubi materia subiecta nō paritur, seu sequeretur absurdū, aliàs secus, ut in c. humanum genus. dist. 1. ¶ Faciunt prædicta ad quæstionem, quādo causa mandatur decidi ſm ius, ut nō solum intelligatur de cōi, sed etiam de municipali, & de consuetudine. Nā & consuetudo est ius. 1. di. c. consuetudo.. de hac tamen quæstione uide quod late scripsi in ca.
2 quintauallis. de iureiu. & super rubri. de cōsue. † Machinatio, idem quod astutum ingenium, & sonat in malam partem. uide glo. in procemio cle. in uerbo, machinatio-
3 nis. † ¶ Papa dr̄ a papè, quod est interiectio admirantis; & idem est ꝙ admirabilis, sed ſm ethymologiam dicitur papa, quasi pater pauperum. glos. in eodem procemio in
4 uerbo, papa. † ¶ Procliuis idem est, quod preceps seu prōptus, facilis, uel inclinabilis. uide hic glo. in procemio su
5 per uerbo, procliuis. † ¶ Obrepere idem est, quod laten-
6 ter subintrare. uide hic gloss. in uerbo, obrepit. † Verbum sortis sumit multipliciter. Quandoq; pro fortuna, uel euentu. Quandoque pro sortilegio. Quandoque pro capitali, Quandoque pro parte uel portione. gloss. in eodem
7 procemio in uerbo, sortis. † Quando incipiunt ligare cōstitutiones, siue sint dispositiuę, siue declaratorię, siue pri
8 uilegiatiuæ. † & an sit differentia in tempore effectus cōsequendi, inter priuilegium pure concessum, & priuilegium concessum per uiam constitutionis, uide bonam glo. in procemio antedicto in uerbo. de cætero, prope finem. & inter cætera notabiliter uidetur uelle, ut ad iniiciendum uinculum non sufficiat constitutionis principium, si postmodum illa occultatur; sed est necesse ut fiat copia in communi. quod intellige nisi aliud appareat ex uerbis constitutionis, utputa quia mandatur, quòd statim debeant obseruari, ut ex eadem gloss. col-
9 ligitur. † ¶ Pontificatus papæ incipit a tempore benedictionis, consecrationis, & coronationis, prius enim dicitur electus. glo. in dicto procemio in uerbo pontificatus.

DE SVMMA TRINITATE. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Clementinarum rubricæ non sunt continuandæ.*
2 *Christus tempore conceptionis homo perfectus fuit, eique anima rationalis statim infusa. & quare.*

3 *Anima ut infundatur, oportet quòd fœtus recipiat suam dilationē & extentionem membrorum; quod per 40. dies in masculo expectatur, in fœmina per 80.*
4 *Christus passibile corpus assumpsit, qua passibilitate, & quare.*
5 *Christus ad saluandas gentes quare humanam carnem assumere uoluit, & non prius, nec tardius.*
6 *Christus Dei filius quare de Maria, & non de alia uirgine uoluit incarnari.*
7 *Christus quare mortem crucis elegit, & non aliam passionem.*
8 *Euangelistæ quare diuersimode figurantur.*
9 *Anima rationalis & intellectiua informat corpus humanum, non tamen per omnia se habet, sicut aliæ formæ; & quare.*
10 *Resurrectio nostrorum corporum ad quid fiet, & quare.*
11 *Pertinax quis proprie dicatur.*
12 *Gratia informans, & uirtutes, qualiter paruulis non sentientibus infundatur.*
13 *Virtutes unde dicantur, & quot sint theologicæ.*
14 *Virtutes morales quæ sint, & an per baptismum infundantur, an uero postmodum per hominem acquirantur.*

CAPITVLVM I.

1 FIdei.† quòd Rubricæ clementinarum non sunt continuandę, sicut nec rubricæ Sexti, uide glo. supra rubrica de summa tri.† 2 Quod statim tempore conceptionis Christus fuit perfectus homo & fuit anima rationalis infusa; quia incongruum fuisset, filium dei corpus assumpsisse non formatum. gloss. in uer. unitas, allegatur Aristo. in primo physicorum. frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora.† 3 In aliis autem non infunditur anima statim, cum fit conceptio, sed oportet prius, quòd fœtus recipiat suam dilationem & extensionem membrorum, ut sic disponatur ad animam recipiendam. & dicitur, quòd in fœmina expectatur per 80. dies a conceptione embrionis, in masculo per 40. uide glo. in clementi. 1. de summa tri. in uer. unitas. & in decre. 5. distin. §. 1. 4 † ¶ Corpus Christi erat passibile, unde poterat pati frigus, calorem, famen, sitim, & omnes alias pœnalitates humanas, præter ignorantiam & peccatum. & si non fuisset in cruce mortuus, ad ultimum senio decessisset. uide glo. in clemen. de summa tri. in uerbo passibile. & ibi etiam redditur ratio, quare uoluit assumere corpus passibile. 5 † ¶ Quare Christus tempore incarnationis uoluit assumere carnem humanam ad saluandas gentes, & non uoluit assumere prius, uel tardius, glo. in clement. prima 6 de summa tri. in uerbo. ex tempore. † ¶ Quare de Maria, & nō de alia uirgine uoluit filius dei incarnari. uide gl. i dicta clement. prima de summa trinita. in uerbo uirginali. quæ reddit tres rationes. Prima, quòd ex superbissima, scilicet æua natus est morbus, sic per contrarium ex humillima debuit inchoari medicina, & beata Maria humillima fuit, unde in psalmo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Secunda, quia ad summam humilitatem filius Dei uoluit incarnari, sic summe humile eligere debuit, in qua & a qua deberet tanta humilitas inchoari. Item ut refert quædam hystoria, beata Maria fuit prima quæ uirginitatem Deo obtulit & cæt. & ibi cauetur etiam in eadem glo. quare beata uirgo consensit in coniugium 7 Ioseph. † ¶ Quare Christus mortem crucis elegit, & non aliam passionem. uide quatuor rationes, quas ponit glo. 8 in dicta clemen. 1. de summa tri. in uerbo cruci. † ¶ Quare euangelistæ figurantur diuersimode. uide glo. in dicta clemen. 1. in uer. Ioan. And. quæ post beatum Grego. dicit Mattheum per hominem figurari; quia suum euangelium incœpit ab humana ratione. Marchus uero per leonem figuratur; quia incœpit per clamorem in deserto. Lucas per uitulum; quia a sacrificio. Ioannes autem per 9 aquilam; quia incœpit a diuinitate Christi, ut ibi. † ¶ Quare anima rationalis & intellectiua informat corpus humanum, non tamen per omnia se habet, sicut alię formę. Nam anima hēt per se substantiam sine corpore; & illud esse, in quo subsistit, communicat materiæ corporis; et qua materia & anima intellectiua fit unum ita, quòd illud esse, quod est totius compositi, est etiam ipsius animæ. quod non est in aliis formis, quæ non sunt per se sine aliqua substantia subsistentes; & propter pręd[i]cta anima humana remanet in suo esse distracto corpore, non autē aliæ formæ. uide latissime per dictam glo. clem. 1. in uer10 bo. [*Intellectiue.*] † Et ibidem etiam habetur, ad quid resurgent corpora nostra. Nam fiet resurrectio; quia anima non habet sine corpore perfectam beatitudinem & requiem. quod est, cum appetat uniri corpori, cum ex eo & anima fiat unum compositum. & ibidem habetur 11 de anima sensitiua & uegetatiua. † ¶ Quis dicat proprie pertinax, & quid pertinacia. gloss. hoc enunciat. in dicta 12 clemen. 1. in uerbo. [*Pertinaciter.*] † ¶ Qualiter paruulis non sentientibus infundantur per baptismum uirtutes & gratia informans. & de huiusmodi opinione antiquorum uide per gloss. in dicta clementi. 1. in uerbo. [*Opinione 1.*] 13 † ¶ Quod per baptismum infunduntur uirtutes theologicæ, quæ sunt tres, fides, spes, & charitas. & dicuntur uirtutes, quasi uirum tuentes, & præseruantes a uitiis. c. il14 la anima, & c. seq. de pœ. dist. 2. † An autem uirtutes morales infundantur per baptismum ut prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia, & similes. An uero postmodum acquirantur per hominem, sunt opiniones inter thologos, & qualis & qualiter gratia iufunditur in baptismate, uide ad prædicta glo. in d. clement. 1. iu uerbo. [*Virtutes.*] cum se.

DE RESCRIPTIS. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio pœnalis extenditur propter identitatem rationis, uerisimiliter etiam & indubitanter præsumptam.*
2 *Constitutio etiam pœnalis loquens de religiosis habet locum in clericis secularibus, ubi subest eadem ratio non solum expressa, sed indubitanter etiam præsumpta.*
3 *Iudices ordinarii citra papam & legatum possunt citare & causam committere ultra unam dietam.*
4 *Iudex, qui posset ratione suspicionis recusari agente administratore ecclesiæ immediato, poterit recusari agente superiore mediato de iuribus ipsius ecclesiæ inferioris.*
5 *Priores, etiam obedientiarii, possunt agere pro suis prioratibus durante eorum administratione.*
6 *Missio in possessionem fieri non debet ob unius contumaciam, quando eiusdem rei defensio pluribus competit, imo omnes sunt citandi.*
7 *Ecclesiæ & alia loca quādo, & quomodo possint fieri de mensa prælati, uel capituli; & tunc non semper habent speciales gubernatores.*

CAPITVLVM I.

1 ABbates. † Quod dispositio pęnalis extendatur propter identitatem rationis, uide bonam gl. in hac clem. in uerbo. [*Præsidentes.*] Et aduerte, quia colligitur ex ista gl. hoc procedere, licet ratio non sit in text. sed uerisimiliter & indubitanter præsumpta. Nam hic in tex. non exprimitur ratio, sed glo. 1. illam ibidem præsumit. & ꝙ loquatur in constitutione uel dispositione pœnali, patet; quia ibi in pœnā inducitur retractatio processus, & condemnatio ad expēsas, & interesse, ad quod tex. iuncta glo. no. in uer. [*Processus.*] de immu. eccle. c. decet. lib. 6. & probatur per tex. no. in c. dispendia. de rescr. eod. lib. in fine. plene dico in c. 2. de const. in antiquis. Et uide ad materiam, quod dixi post glo. in clemen. 1. infra, 2 de elect. † Quòd constitutio loquens de religiosis etiam pœnalis habet locum in clericis secularibus, ubi subest eadem ratio, licet non expresa, sed indubitāter præsumpta, est

pta est gloss. in d.clemen.1. in uerbo. [*Præsidentes*] in fine.Et uidetur gloss.in contrarium.de sup. neg. prælato. clemen.1.in uerbo [*Regulares*] Sed uide quod ibi dixi.in hac tamen materia extensionis Ioan.Andr.fuit sibi multum contrarius in gloss.suis, & specifice notabo contra rietatem ubi cadet,& uide per eum in d.capitu. dispendia.in nouella.ubi uoluit, quòd haberet locum dispositio per identitatem rationis, sed non pœna; sed aliter sensit in clemen.1.infra de electio.ubi dicam. & in capitu.in fidei fauorem.de hære.lib.6.& in capitu. constitutionem.de regu.lib.6.& in regula odia, de reg. lib 6. in mercu.† Quòd in ordinariis citra papam & legatum nõ habet locum prouisio.capitu.statutum.de rescrip. lib.6. quod est ualde notandum. possunt ergo isti citare seu causam committere ultra unam dietam, quod uidetur probari in capitu.ut litigantes.& capit. cum episcopus. de offi.ordinarii.lib.6. Sed aliqui docto. antiqui, cum quibus uidentur transire docto.moderni, tenent oppositum.in capitu.sane. de foro. compe. sed primum ibi tenui,licet non essem memor huius gloss. & ibi latius uidendum pro prædicta conclusione gloss. in d. clemen.1. in uersicu.[*Legatorum*] † Quòd iudex, qui posset ratione suspicionis reculari agente administratore ecclesiæ immediato,poterit recusari agente superiore mediato de iuribus ipsius ecclesiæ inferioris,gloss.in d. clemen.1. in uerbo [*Coram quibus.*] ¶ † Quòd priores etiam obedientiarii,qui scilicet ad nutum superioris possunt reuocari, ualent agere pro suis prioratibus, quamdiu durat eorum administratio,& idẽ in ipsis superioribus.uide text. cum gloss.in d.clemen.1.in uerbo.liceret¶ Vbi pluribus eiusdem rei competit defensio licet insolidum, non debet propter contumaciam unius fieri missio in possessionem,sed oportet quòd omnes citentur, gloss. notabilis in d. clemen.1.in uerbo [*Liceret*] dixi plenius in capitu. cum deputati.de iudi.in additione ¶ † Quòd loca, quæ sunt de mensa,non semper habent speciales gubernatores.uide gloss. in d. clemen.1. in uersicu. [*Haberent*] plenius per gloss.in clemen.1.de exces.præla. ubi etiam habetur quando ecclesiæ etiam dicuntur de mensa. & quo iure possunt effici de mensa prælati, uel capituli.

¶ Quòd idem est dicere,non ualeat ipso iure,quod sine ope exceptionis.glo.1.in d.clemen.1. in fin.in verbo ipso iure.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest in ciuitate plures habere officiales, æquales, & in solidum.*

2 *Qualitas ad actum requisita non est necesse ut duret, si solum exigitur in principio actus.*

3 *Nomen proprium & dignitatis si exprimatur, an uideatur contemplata persona, uel dignitas.*

4 *Officiales episcopi multiplici nomine autumantur, quique possint esse delegati Papæ.*

5 *Collegium debet de iure communi eligere sibi prælatum immediatum, secus de consuetudine.*

6 *Prior ecclesiæ conuentualis, licet sit remouibilis ad nutum, dicitur habere dignitatem, secus si sit claustralis, & quare.*

7 *Vicarius episcopi an possit remoueri ad nutum ipsius episcopi; & an morte uel excommunicatione iurisdictio uicarii cesset.*

8 *Monachus simplex an possit esse uicarius episcopi, uel coadiutor alterius prælati.*

9 *Vicarius episcopi, uel prior conuentualis an possit deputari conseruator per romanum pontificem.*

10 *Vicarii episcopi dignitas unde esse dicatur.*

11 *Foraneus officialis episcopi quis dicatur, nam ab eo ad episcopum appellatur, secus a generali.*

12 *Ex certa scientia principem quando aliquid fecisse dicitur, cum id testibus probari non possit.*

13 *Legatus quem delegatum facere non potest, etiam ex certa scientia.*

CAPITVLVM II.

1 ET si principalis.† Quòd episcopus potest habere in ciuitate plures officiales, æquales, & insolidum.Item quòd unus sit principalior, & tũc principalior potest esse delegatus papæ,& alii non,uide.glo. 2.iuncto isto tex.¶ † Si causa delegatur uicario episcopi 2 expresso nomine proprio,non desinit esse delegatus, licet remoueatur a uicariatu,satis enim est, quòd commissionis tempore erat uicarius.Idem not.in canonico per gloss.notabilem in capitu.statutum.§.1.eod. titu.lib.6.in uerbo.Canonici.Et ex utraque gloss.tene menti, non esse necesse qualitatem requisitam ad actum durare, si solum exigitur in principio actus.Nam capitu.statutum.solum requirit,quòd commissio fiat habenti dignitatem uel canonicatum;satis est ergo,ut tempore commissionis subsit illa qualitas,ad hoc quod not.Bartol.in l.ex facto.ff.de vul.& pup. & l.præcipimus.C. de ap. ¶ † Quid 3 autem si exprimatur simul nomen proprium & appellatiuum,ut quia dicitur, Antonio vicario episcopi senen. an videatur contemplata dignitas,uel persona? dic ut plene dixi in capitu.quoniam Abbas.de of.deleg. ¶ † De 4 multiplici nomine officialis episcopi uide bonam gloss. d.clemen.& si principalis in uerbo [*Officialis.*] Et ibidem etiam notatur, quòd uicarius episcopi in spiritualibus, quia alias officialis non est,non potest esse delegatus papæ.¶ Officialis seu vicarius archidiaconi, uel alterius prælati inferioris ab episcopo,non potest esse delegatus papæ,uel ipsius legati.Secus tamen est in officiali capituli sede uacante, uel in uicario electi in episcopum & confirmati nondum consecrati. gloss. in d. clemen. & si principalis.in uerbo [*Episcopi.*] ¶ † Potest consuetudine in 5 troduci,ut in prioratu conuentuali constituatur per superiorem,& non per electionem collegii, prior obedientiarius, qui possit ad libitum superioris remoueri. Nec dicitur talis prior claustralis,cum præsit in monasterio tanquam abbas, ex quo ille locus non habet abbatem specialem, & habet administrationem omnium bonorum durante officio tanquam abbas, sic intellige gloss. in clemen.2. de rescrip. in uerbo [*Per electionem*] dixi de consuetudine,quia de iure communi debet collegium sibi eligere prelatum immediatum,ut in capitu.1. de electio.facit quòd legitur & not.in capitu.2. de sta.regula. 6 † ¶ Quod prior ecclesiæ conuentualis dicitur habere dignitatem,licet sit remouibilis ad nutum superioris. Secus dicendum in priore claustrali, & dicitur claustralis, quia constituitur tantum,ut præsit claustro, habet enim in eodem monasterio abbatem supra se, ad quem pertinet immediate cura totius monasterii.sic intellige gloss. in d.clemen.& si principalis.in uersicu.[*Per elect.*] iuncta alia gloss.in uerbo.[*Claustralis.*] Et idem in sacrista,custode,uel camerario monasterii. ut not. in gloss. proxime allegata.¶ Quod ad esse dignitatis non requiritur necessario,ut quis debeat ibi esse perpetuus,sed satis est, quod potest esse perpetuus.ideo dicitur,quòd uicarius episcopi,& prior conuentualis obedientiarius, habent dignitatem.uide gloss.iuncto text.in d.clemen. & si principalis.in uersic.[*Per electionem.*] ¶ † An uicarius episcopi pos 7 sit remoueri ad nutum ipsius episcopi.uide glos.supra alle. quæ tenet quòd sic. & dic quòd mortuo eo, qui dedit uicarium, cessat officium uicarii;si autem excommunicatur seu suspenditur,manet etiam suspensa iurisditio 8 uicarii.uide glo. fin. in clemen.ult.de procura.¶ † An simplex monachus possit esse uicarius episcopi,uel esse adiutor alicuius prælati? vide remissiones, quas ponit glo. in d.clemen. & si principalis. in verbo. [*Per electionem*] in fin.& per Ioan.de lig.ibidem,scilicet in clemen. & si

9 principalis† ¶ An vicarius episcopi, vel prior conuentualis, posit deputari conseruator per romanum pontificem. uide per gloss. in dicta. clemen. & si principalis. in versicu. [Delegatus] & ibidem habetur, vnde dicatur esse dignitas uicarii. Et dicit quòd descendit ex dignitate episcopi iure connexionis, & per hoc uidetur inclinare, ut posit esse conseruator, de priore certum est, quòd non, ut ibi &c. ¶ Officialis foraneus episcopi non habet ordinariam, sed delegatam iurisditionem; & ab eo appellatur ad episcopum; & dicitur officialis foraneus, qui constituitur in aliqua parte dioece. & ibidem gerit vices episcopi. Nec talis constituit unum consistorium cum episcopo, sed suus uicarius generalis, quem tenet in ciuitate. vide bonam gloss. in d. clemen. in uersi. Foraneo. secus dic in uicario principali, qui facit vnum consistorium cum episcopo, ille enim habet ordinariam, nec ab eo appellatur ad episcopum. uide gloss. in c. romana, de appella. lib. 6. in uersicu. [Generaliter] & in capitu: licet de offi. vicarii. lib. 6. &. 25. dist. c. perlectis. per Inno. in c. suam, de offi. vica. ¶ Quòd prior claustralis sed simplex religiosus potest deputari delegatus per papam ex certa scientia, hoc not. gloss. in d. clemen. in uer

11 sicu. Obseruari. † Et not. singulariter ex illa gloss. quòd tunc princeps dicitur facere ex certa scientia, cum hoc exprimit, non ergo potest probari per testes, quòd tenet Bald. in capitu. 1. per quos fiat inuesti. colla. 10. in contrarium tamen uide per. Do. de Rota. decisi. 331. Et ad materiam. uide bonam gloss. in clemen. 1. de iudi. in uersicu. ex certa scientia. hoc intelligo, nisi ex uerbis rescripti seu priuilegii posit apparere ex certa scientia scribentis, tunc enim non est necesse, ut apponatur specifice illa clausula, ex certa scientia. ita notanter uoluit Innocen. in c. præsenti. quòd hodie incipit, statutum, eo. titu. lib. 6. fa. quòd not. Ioan. Andr. in c. nonulli. eo. titu.

12 ubi satis hoc idem sentit. † ¶ Legatus autem papæ non potest etiam ex certa scientia delegatum facere religiosum simplicem, uel alium non habentem qualitatem requisitam. in d. c. statutum. ut not. gloss. fin. in d. clemen. & si principalis.

SVMMARIVM

1 *Auditor cameræ, aliique auditores, an habeant ordinariam, uel delegatam iurisditionem.*
2 *Beneficium largo modo sumptum comprehendit dignitatem.*
3 *Dignitatum appellatione quid ueniat.*
4 *Beneficium an sit meum, aliud est, & aliud, an sit mihi debitum. huius dicti uide exempla.*
5 *Iudex si aliquid ex officio facere potest, & non faciat, non potest ab eo appellari.*

CAPITVLVM III.

1 Auditor. † An auditor cameræ, uel contradictarum, seu alii auditores, habeant ordinariam uel delegatam iurisditionem, sunt opiniones. uide

2 gloss. 1. in hac eadem clemen. ¶ Quòd beneficium largo modo sumptum comprehendit etiam dignitatem, uide gloss. in ista clemen. auditor. in uersicu. [De beneficio] uide tamen in materia gloss. notabilem. in capitu. 2. de præben. lib. 6. in uersicu. [Dignitatum] quæ dicit, quòd appellatione dignitatum non uenit episcopatus, quia episcopatus non est dignitas, sed dignitatum culmen. ut in. capitu. uenerabilis. de præben. quod intelligo, nisi materia sit larga. argu. in capitu. 1. & 2. 22. distin. unde & papa-

4 tus potest dici dignitas. ut in. c. 1. 40. distin. † Differentia est, an beneficium sit meum, an mihi debitum, & eodem modo, an habeant ius in beneficio, an ad beneficium; post enim prouisionem mihi factam & acceptam, seu collationem, beneficium dicitur meum, & per consequens habeo ius in beneficio. Ante vero collationé seu prouisioné si habeo aliquod ius ad aliud beneficium obtinendum, dicitur mihi debitum, & habeo ius ad beneficium. uide gloss. cum iuribus allegatis in ea. in d. clemen. audi

5 tor. in versicu. Debitum † Si datur facultas seu potestas iudici aliquid faciendi, non per hoc compellitur illud facere, si non vult. uide gloss. in d. clemen. auditor. in uersicu. poterit. ¶ Ex qua argue, quòd si iudex non vult facere id, quòd ex officio facere potest, non potestab eo appellari, quòd apertius tenet Specu. in titu. de offic. iu. in §. impedit. & sentiunt Innocen. & alii docto. in capitu. exceptionem. de excep.

SVMMARIVM.

1 *Litigans super certo beneficio, si beneficium aliud receperit, quando dicatur primo renunciare.*
2 *Beneficium simplex requirens continuam residentiam si quis reciperet, an faceret expirare gratiam beneficii curati, etiam si recepto renunciaret, uel prius protestaretur.*

CAPITVLVM IIII.

1 Gratiæ. † ¶ Quòd litigans super certo beneficio uidetur illi renunciare, si recipit secundum, quod cum alio, super quo litigat, non potest de iure tenere, dummodo pacifice fuerit possessionem adeptus, uel per eum steterit, quominus nanciscatur. vide gloss. in cle. gratiæ, in versicu. [Renunciare] iuncta gloss. in uerbo [Pacifice.] ¶ Quòd is, qui cõsequitur beneficium simplex requirens continuam residentiam etiam de iure speciali, uidetur renunciare gratiæ, uigore cuius debebatur sibi beneficium curatum uel dignitas, ac si recepisset beneficium cum cura uel dignitate. uide gloss. in d. clemen. gratiæ in uersicu. [Beneficium] Ex quo infertur unum singulare, quòd secundum beneficium sine cura requirens continuam residentiam facit uacare primum curatum, uel simplex requirens residentiam, uel dignitatem, seu personatum, uel officium, quæsi a pari debeat in hoc iudicari ratione impotentiæ simul tenendi beneficium curatum, & non curatum requirens perpetuam residentiam. quòd multum ualet ad extendendum. capitu. de multa, de præben. nam si tale beneficium facit expirare gratiam, eodem modo debet inducere uacationem primi, cum eadem & fortior sit ratio in adepto, quàm in adipiscendo. Nec prodest, si dicatur hoc hic procedere ratione renunciationis præsumptæ ex iuris præsumptione, seu dispositione, quia ut hic dicitur in gloss. non ualeret protestatio, quia esset contraria facto. & sic uidetur, quòd hic inducitur priuatio ratione impotentiæ simul retinendi illa beneficia. in hoc tamen sunt opiniones, & plene examinaui in capitu. fin. de cleri. non resi. uide etiam per Fe. consi. 115. ¶ Licet quis uelit dimittere secundum beneficium, uigore cuius uacauit primum, nõ tamen per hoc recuperat primum, quia ius semel extinctum non reuiuiscit, potest tamen de nouo, vel noua collatione illud consequi dimittendo secundum uide. gloss. pe. & ultimam in cle. gratiæ, de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio loquens de beneficio nouiter creato an habet locum in beneficio prius extincto & nunc renouato.*
2 *Actor suam intentionem plene probans debet obtinere, licet reus per exceptionis probationem reddiderit illam dubiam.*
3 *Beneficium existens tempore datæ literarum impetratarum ad beneficium uacaturum, potest in præiudicium impetrantis supprimi seu extingui.*

Beneficium

4 *Beneficium cum cura si conferri mandatur, potest prouideri de beneficio cui collata fuit cura.*

5 *Canonicus potest uigore canoniæ petere præbendam creatam post eius receptionem.*

CAPITVLVM V.

1 LIteras.† ¶Quòd dispositio loquens de beneficio nouiter creato, non habet locum in beneficio prius extincto & nunc renouato, tenet glo. in clementi. fina. in uerbo [*Creatum.*] quidam tamen ibi contra, si prorsus erat extinctum. & dic ut ibi not. † ¶Actor 2 suam intentionem plenè probans debet obtinere, licet reus per exceptionem & ipsius probationem reddat illam dubiam; imputandū est. n. ei ideo, ꝙ suam exceptionem clare & plene non probauit. uide glo. notabilem in clementi. fina. de rescrip. in uer. creatum. in uer. sed quid si dubitatur. & uidetur probari in capitu. in præsentia, de probatio. & uide omnino quod ibi scripsi. & per Bartol. in l. non solum in §. sed reprobari. ff. de nou. ope. nuncia. 3 † ¶ Quod beneficium existens tempore datæ literarum impetratarum ad beneficium uacaturum, potest in præiudicium impetrantis supprimi seu extingui. hoc mirabiliter sensit gloss. fina. in clementi. ultima, de rescript. in uerbo. Nec uidetur ponderandum tempus datæ. Quidam tamen ibi tenent oppositum, sed posset sic distingui, quòd aut beneficium existebat tempore datæ, nondum tamen uacabat, & tunc illud ante uacationem poterat supprimi per unionem, uel ordinationem episcopi & capituli. nec habet de quo conqueratur expectans, cum ante uacationem non habebat ius in illo, nec ad illud beneficium. quia gratia refertur ad beneficium uacaturum, sed istud non uacabat propter ordinationem factam & suppressionem tempore quo non uacabat; & sic intelligo & saluo illam glo. quam in hoc reputo singularem. facit clemen. 2. de reb. eccle. non alienan. Aut beneficium uacauit post datam, uel tempore datæ, & tunc non puto quòd aliquis citra papam possit in præiudicium alterius expectantis supprimere tale beneficium, si saltem gratia est concessa secundum stilum hodiernum. per clementi. unicam, de concess. præbend. & sic procedit 4 opinio Lapi. qui uoluit tenere contra illam gloss. † ¶ Si mandatur conferri beneficium cum cura, seu spectās ad collationem episcopi, potest prouideri de beneficio cui fuit collata cura post datam literarum. Idem de illo, qđ pertinuit ad episcopum post datam. quoniam in his spectatur tempus collationis, & non datæ. uide gloss. fina. in 5 dicta clementi. fina. de rescrip. † ¶ Quòd canonicus potest uigore canoniæ petere præbendam creatam post receptionem suam, uide gloss. in dicta clementi. fina. in fine.

DE ELECTIONE. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio loquens de hominibus & religiosis, habet locum in fœminis & monialibus.*

2 *Constitutio loquens de fœminis non extenditur ad masculos.*

3 *Prælati appellatione uenit habens officium, a quo potest remoueri ad nutum.*

4 *Coloris diuersitas quo casu inducit diuersitatem habitus.*

5 *Color ubi non est de habitu, quibus casibus possint religiosi uti colore, ut placet.*

6 *Eligi prohibitus an possit postulari.*

7 *Laicus an possit postulari in prælatum religiosum.*

8 *Constitutio odiosa seu pœnalis an possit extendi nedum ex ratione expressa, sed etiam ex tacita subintellecta.*

9 *Religiosus an possit eligi in prælatum ecclesiæ secularis, & c̄tis ins.*

10 *Clerici seculares, licet certæ formæ & colores sint sibi prohibiti, non dicuntur tamen habere certum habitum nec respectu coloris, nec formæ.*

CAPITVLVM I.

1 CVm Romani. Dispositio loquens de hominibus & religiosis, habet locū in fœminis & monialibus; ratio primi, quia homo est communis generis. ratio secundi, quia masculinum concipit fœmininum. gl. hoc tenet in cle. 1. in uer. homines in prin. secus dic in dispositione loquente de monialibus, illa enim non extenditur ad monachos. quia fœmininum non cōcipit mascu 2 linum. † Et idem eadem ratione dicendum in constitutione loquente de abbatissis, ut non extendatur ad Abbates. ut est glo. notabilis in cle. attendentes. de sta. reg. in 3 uerb. cecidisse. † ¶ Appellatione prælati uenit habens officium, a quo ēt potest remoueri ad nutum. ut est prior, minister, custos, uide glo. in cle. 1. in uersi. prælatum. facit 4 tex. in c. 1. de æta. & qual. † ¶ Quòd diuersitas coloris dū taxat non inducit diuersitatem habitus, nisi color ex di- 5 spositione regulæ esset de habitu. † Item, ꝙ ubi color non est de habitu, possunt religiosi seruata forma habitus uti colore, ut placet. no. glo. in uer. [*Vel habitus.*] quod intelligo, dumtamen color sit honestus. ar. c. clerici. de ui. & hone. cler. Item limito dummodo omnes in eodem monasterio saltē in superiori habitu se conforment in colore, ne uideatur inter eos diuersitas. ar. in c. deus qui, de ui. & 6 hone. cle. † An prohibitus eligi, possit postulari. gl. in uer. [*Eligatur.*] ꝙ sic. & no. in eo quod dicit, religiosum posse postulari in prælatum alterius religionis uel habitus, licet non posset eligi; & hoc ideo, quia talis non prohibetur eligi propter crimen, sed propter diuersitatem reli- 7 gionis, uel habitus. † An autem laicus possit postulari in prælatum religiosum. uide no. in c. cum monasterium, de elect. & de materia generaliter, an prohibitus eligi possit postulari. uide plene no. in c. fi. de postu. præla. ¶ Item no. ex eadem gloss. talem posse solum a papa postulari. Ratio quia nullus citra papam potest dispensare contra concilii constitutionē, qualis fuit illa clement. 1. Et in hoc not. illam gloss. sic intellectam. & idem uidetur uelle glo. in cap. cum dilecti. de elect. facit text. in cap. dilectus. de præben. plene examino in capitul. at si clerici. §. 8 de adulteriis. de iudi. †. ¶ Quòd constitutio odiosa seu pœnalis debet extendi per similitudinem rationis ratione expressa, notat eadem gloss. in uersicu. eligatur. Et aduerte, quia solet allegari hæc gloss. quòd talis extensio fieri non debet, nisi quando ratio est expressa; sed certe hoc specifice non requirit hæc gloss. sed allegat rationem ibi expressam; idem igitur dicendum, ubi est tacita & subintellecta, quia taciti & expressi non est differentia, ut in l. cum quid. ff. si cert. peta. etiam in ratione constitutionis. ut in regula fin. de regu. iur. libr. 6. & in l. non dubium. C. de legibus. Et quòd hoc fuerit de mente Ioan. Andr. patet in gloss. sua, in clemen. 1. supra de rescript. ubi dixi. ad idem uide bonum text. in l. 2. §. quid si curatores. & in uersicul. quid ergo si non sunt. ff. ad Trebel. & in l. libertum. §. senatus. ff. de ritu nup. & l. fi. 1. respō. ff. qui pe. tu. per Bar. in l. si constante. ff. sol. mal. in 8. & 9. q. & in l. 2. §. 1. ff. de his qui no. infa. per Bal. in l. maximum uitium. C. de lib. præ. & in in l. scire. §. sufficit. ff. de excu. tu. uide etiam de materia pro, & contra, per gl. in c. in fidei fauorem. de hære. lib. 6. & in c. constitutionē, de regularibus. eo. lib. & in regula, odia, in Mercu. & in in c. 1. de temp. ord. lib. 6 per do. Ant. in d. c. fi. de consue. & in multis aliis locis tractatur. sed ista occurrunt mihi 9 de præsenti absque alia librorum reuolutione. † ¶ An possit religiosus eligi in prælatum ecclesiæ secularis collegiatæ non episcopalis. uide per gloss. in uerbo secularis, & uidetur post multa inclinare in partem af- 10 firmatiuam. † Et ex eadem gloss. not. quòd clerici seculares non dicuntur habere certum habitum, nec respectu

coloris, nec respectu formæ, licet sint eis certi colores, & certæ formæ prohibiti. largo tamen modo dicitur habitus clericalis conueniens & clericis non prohibitus, quod not. Item ex eadem glo. nota. quòd habitus certus discernitur ratione formæ, aut ratione coloris. si ergo non astringitur quis ad portandum uestes sub certa forma, uel colore, non potest dici, quòd habeat certum habitum, licet certæ formæ sint sibi prohibitæ, uel colores. quod tene menti, quia facit ad multa. uide ad prædictam glo. notabilem. 21. quæstio. 4. in qua summa tractat. an clerici possunt uti uestibus preciosis, maximè sericis, secundum consuetudinem regionis, & quid de zindato.

SVMMARIVM.

1 *Concilium generale licet regulariter non possit tollere uel corrigere constitutionem papæ, quibus tamen casibus id possit, uide.*
2 *Inferior iurisditionem habens an possit iuuare legem superioris apponendo, uel augendo pœnam.*
3 *Cardinales quòd faciant collegium, non debet censeri iure singulorum, licet singulariter sint in eorum titulis collocati.*
4 *Constitutio superioris, septem modis, & quibus tangi dicatur.*
5 *Constitutionem qui non potest tollere, non ualet circa illam dispensare.*
6 *Dispensationis diffinitior.*
7 *Vicariatus ecclesiæ uniuersalis solum Petro et successoribus apostolis fuit datus, nec transit ad alium sede uacante, nec mortuo eo ecclesia est sine pastore.*
8 *Vicaria, sede etiam uacante, non transit ad concilium generale.*
9 *Cardinales possunt in actu electionis ordinare, quòd nominatus a pluribus numero sit papa, non expectato consensu duarum partium.*
10 *Cardinales mortuo papa Cardinalem creare non possunt, sed tantum quæ pertinent ad certum collegium.*
11 *Camerarii papæ officium quale sit.*
12 *Cardinalis unus solet esse maior pœnitentiarius, officio tamen in conclaui uti non potest.*
13 *Cardinalium quod maior pars facit, ualet, nisi aliud iure caueatur.*
14 *Facta ubi plura iunguntur in eadem dispositione, qualitas posita uni non qualificat aliud, licet ambo facta eodem regulentur uerbo.*
15 *Camerarius papæ, auditor cameræ, & mariscallus quam iurisditionem habeant.*
16 *Inquisitor hæreticæ prauitatis delegatam, non ordinariam habet iurisditionem, officium tamen mortuo papa non expirat.*
17 *Concorditer, unanimiter, & nemine discrepante, idem significant.*
18 *Dispositum in morte naturali, habet locum in ciuili, ex identitate racionis.*
19 *Territorium, districtus, & diœcesis, quid proprie significent.*
20 *Cardinalibus mortuis, uel de conclaui exeuntibus omnibus præter unum, apud illum solum remanet ius eligendi papam.*
21 *Citatus ad curiam auctoritate papæ tenetur nihilominus ire uel mittere etiam mortuo papa, sicut prius.*

CAPITVLVM II.

1 NE romani. † ¶ Quod concilium generale non possit tollere seu corrigere, uel aliter uiolare constitutionem papæ, etiam sede apostolica uacante. glo. est, quam reputo singularem, in uerbo inferiorem, in fin. quod limito, nisi in his in quibus concilium est supra papam. & hoc profecto fuit de mente illius glo. relatæ ad tex. exclusit enim concilium tanquam inferius, & ut habens potestatem a papa. secus ergo ubi est super ius, & potestatem habet a Deo, quod quando contingat, uide quod legi. & nota. in c. anastasius. 19. dist. & in c. si papa, 40. di. plenissime dixi in quadam mea disputatione, in qua tractaui de potestate concilii & papę.
2 † Nunquid inferior habens iurisditioné possit iuuare legé superioris, apponendo, uel augendo pœnam? dic, quod sic, not. gl. in uer. tolli. probatur in c. animarum. §. 1. de const. in 6. †
3 ¶ Quod Cardinales faciunt cætum seu collegium, nec debent censeri iure singulorum, licet singulariter sint in eorum titulis collocati, uide bonam glo. in uer. certum. facit quod not. Innocen. in c. cum te. de re iudi. ubi prosequitur, an collegium cardinalium possit restituere famæ. †
4 ¶ Not. septem modos quibus, aut per quos constitutio superioris possit tangi, quorum quilibet prohibetur regulariter subdito. Primus modus est modificare, secundus corrigere, tertius mutare, quartus quicquam ei detrahere, quintus aliquid addere, sextus dispensare quolibet circa ipsam, seu aliquam eius parté. septimus illi renunciare, glo. iuncto text. in uerbo modificare. †
5 Ex qua not. quòd regulariter is, qui non potest constitutionem tollere, non ualet circa illam dispensare. ita arguit, si bene consideretur tex. iste iuncto principio, cum uer. opinionem. & probatur ratione; quia per dispésationem uulneratur constitutio quo ad illam causam.
6 22. q. 4. c. displicet. † Et uide bonam gl. quæ ponit diffinitionem dispensationis. 1. q. 7. c. requiritis. §. nisi rigor. quádo ergo inferior dispensat, hoc facit ex potestate sibi specialiter permissa. ut in c. dilectus. de tempo. ordi. & in c. at si clerici. in §. de adulte. de iudi. hic tamen posset notari, quod stricto modo aliud est tollere constitutionem, aliud circa illam dispensare, quia tex. in d. cle. ne romani. posuit illa ut diuersa, & hoc uoluit gl. notanda in uer. dispensari. & dic, quod tollere est in totum eneruare, dispensare uero quo ad certum casum relaxare. †
7 ¶ Quod uicarius ecclesiæ uniuersalis solum Petro & successoribus apostolis fuit datus, nec transit in alium sede apostolica uacante, nec propterea mortuo, uel cedente papa grex fidelium est sine pastore, uel ecclesia sine sponso. quia sponsus, rector, & pastor, est Christus, & caput ecclesię, quæ est ipsius corpus. hoc ponit gloss. notabilis in uerb. non consonam. †
8 Ex qua notabiliter argue, quòd etiam ad concilium generale non transit uicaria sede uacante. & sic non poterit concilium exercere potestatem expectantem ad papam. De cætu uero cardinalium est dubium per text. dictæ clementi. ne Romani. uide tamen, quod dixi in disputatione; quam super hac materia feci. & ad primum dictum facit capitu. ita dominus. 19. distinctio. & capitu. hæc est fides. 24. quæstio. 1. In contrarium facit capitu. quodcunque ligaueris. ea. causa. & q. gloss. tamen ibi facit pro prima opinione, cogita. †
9 Cardinales possunt in actu electionis statuere, seu ordinare quòd nominatus a pluribus numero, sit papa, non expectato consensu duarum partium. gloss. in uerbo reprobamus. & idem ibi Pau. quod tamen dixit hoc non posse fieri uno ex cardinalibus contradicente. argumen. in l. sabinus. ff. communi diuid. facit quod not. docto. in capi. scriptum, de electio. & pro primo uide glo. notabilem in
10 capitu. sicut in uer. præter, de electio. lib. 6. † ¶ Quod cardinales non possunt creare Cardinalem etiam mortuo papa, glo. in uersi. potestatis. Ex qua infertur iuncto tex. quòd creare Cardinalem spectat ad solum papam. Ea, quæ spectant ad collegium cardinaliú sine papa, possunt exerceri sede uacante, non obstante constitutione illius
11 clemen. ne Romani. glo. in uerbo. [*Pertinentis.*] † ¶ Ad officium camerarii papæ pertinet temporalia pauperibus erogare. & hodie est magnum officium, & iurisditionem exercet circa omnes debentes cameræ apostolicæ, & auditorem habet ad hoc, quem poterit habere etiam
12 sede uacante. uide gloss. in uerbo. [*Camerarium.*] † ¶ Cardinalis solet esse maior pœnitentiarius, tempore tamen inclusionis in conclaui maior pœnitentiarius si est

Cardi-

Cardinalis, non potest uti officio; si tamen nollet in clausura manere, etiam personaliter utitur officio, ut 13 in uerbo [Maiorem] & ibi gloss. † ¶ In pertinentibus ad cœtum seu collegium Cardinalium ualet quod fit a maiori parte ipsorum, nisi aliud iure caueatur. gloss. 14 in uerbo.[Cœtus,]& ex ea. gloss.not. iuncto text. † quòd ubi plura facta iunguntur in eadem dispositione, qualitas apposita inter aliqua unius facti, non qualificat aliud factum, licet ambo facta regantur eodem uerbo. quod bene notabis. facit ad notata per Bartol. in l. talis scriptura, de lega. 1. & l. prætor. ff. ui bon. rapto. uide etiam quod dixi in capitu. secundò requiris. de appella- 15 tio. † ¶ An camerarius papæ, auditor cameræ, & mariscallus habeant ordinariam iurisditionem, uel delega- 16 tam, uide glo. in uer. [Expirare.] Ex qua nota in fine, quòd inquisitor hæreticæ prauitatis habet delegatam, & non ordinariam; & speciale est, quòd officium ipsius non expirat etiam mortuo papa. de quo uide quod legitur & notatur in capitu. ne aliqui. & capitu. per hoc. de 17 hære. libr. 6. † Quando aliquid debet fieri a pluribus collegialiter & concorditer, oportet quòd nullus illorum discrepet, ex quo not. significatum huius aduerbii, concorditer. Idem est ergo fieri concorditer, quòd unanimiter, & nemine discrepante. uide glo. & tenebis menti in uerbo, Concorditer. Idem notat gloss. in capit. cupientes. eodem titu. libro 6. & uidetur probari in c. quorundam eodem titu. lib. 6. quod plene dixi in capitu. non potest. de re iudic. ubi gloss. uidetur innuere contrarium. 18 † Ex identitate rationis dispositum in morte naturali, habet locum in morte ciuili. uide gl. in uerb. Moriente. leg. & not. in l. Deo nobis. C. de episco. & cle. uide quod nota. in capitu. cum sis. de conuersio. coniugatorum. sic limita quod not. glo. 16. quæst. 1. c. placuit, quæ dicit mortem ciuilem non æquiparari naturali, nisi in casibus iure 19 expressis. † Territorium, & districtus, proprie sumpta, differunt a diœcesi. Nam districtus seu territorium est, in quo quis habet iurisditionem, licet sit alterius diœcesis. uide gl. in uer. [Diœcesim.] facit. l. si pupillus. §. territorium, ff. de uerbo. significa. Quandoque tamen ponitur pro diœce. ut dicta clemen. ne Romani. & uide gloss. in 20 uer. hoc casu. † Quod mortuis, uel exeuntibus de conclaui omnibus Cardinalibus præter unum, apud illum solum remanet ius eligendi papam, sicut seruatur in aliis collegiis. quod bene not. & tene diligenter menti. uide uide glo. in uerbo. [Omnes.] ¶ Quòd si omnes Cardinales recedunt de loco, ubi esset fienda electio papæ, uide glo. in uer. diœcesim. in fin. & in uer. Compellat. ¶ Et ibidem habetur, quid si aliqui Cardinales nolunt intrare in 21 conclaui timentes iustum metum mortis. † Citatus ad curiam auctoritate papæ tenetur nihilominus ire, uel etiam mittere mortuo papa, sicut prius, not. glo. in uer. Quacunque causa. per tex. §. fina. huius clemen.

SVMMARIVM.

1 *Intimatio appellationis uel alterius scripturæ quando fit; eius expensis dari debet, cuius nomine fit intimatio.*

2 *Intimatio debet fieri ad domum solitæ habitationis.*

3 *Intimatio alicuius actus ubi requiritur, quo casu sufficit scientia eiusdem actus intimandi, & quibus.*

CAPITVLVM III.

1 Causam. † ¶ Cum intimatur appellatio in causa electionis, postulationis, uel prouisionis interposita, debet dari tenor appellationis expensis ipsius appellantis. notat gloss. in uerbo [Porrecto] & idem uidetur dicendum in aliis casibus, in quibus fienda est alicui intimatio. argumen. illius clementi. in fina. præalle. gloss. simile in libello, cuius copia traditur expensis ipsius actoris, & nota. singulariter utrunque dictum. Circa primum quidam tenuerunt ibi contrarium dicentes, quòd lectio seu perlectio bene fit expensis ipsius intimantis, copia uero fit expensis appellati. Ego dico, quòd si text. ille bene ponderetur in uerbo. [Porrecto.] hoc intendit; quia aut uolens appellationem interpositam intimare non curat illius tenorem perlegi facere in præsentia ipsius appellati, & tunc tenetur illi dare copiam expensis suis, argumen. in capit. appellatio, de appellatio. libr. 6. Aut facit sibi illam perlegi, & tunc satis est, quòd illi copiam transcribendi faciat sub forma publica. Quo ad secundum de libello, uide aliam gl. in clementi. sæpe. de uerbo. significat. in in uerbo, pronunciatio, quę idem tenet. sed uide Bartol. in l. 1. ff. de eden. 2 & quod scripsi in cap. 1. de libelli oblatione. † Intimatio, uel citatio debet fieri ad domum, in qua quis communiter habitare consueuit, & dicitur illa in qua plus, quam alibi habitauit, licet ultra dimidium anni ibi non habitauerit: & si æqualiter habitauit in duobus locis, poterit in quolibet illorum locorum fieri intimatio, seu citatio. uide text. iuncta glo. in uerbo. Communiter. & de materia uide Bartol. in l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. & quod scripsi in capitu. causam. de dolo & contuma. Paul. tamen in dicta clementi. dicit quòd glo. procedit quando pariter in utroque loco habitabat. Si uero tempore intimationis habitabat in alio loco, tunc ibi 3 debet fieri intimatio. † Vbicunque requiritur alicuius actus intimatio, etiam cum solennitate, sufficit scientia seu notitia certa plena illius actus intimandi; non ergo requiritur necessariò intimatio data notitia. uide bon. text. iuncta glo. in uer. Certa. in dicta clementi. causam. quod intellige quando intimatio est fienda ad finem simplicis notitiæ habendæ, ut in casu dictæ clementi. secus si requiritur etiam ad alium effectum. puta, ut ueniat ad defendendum denunciantem. de quo notat Dynum in regula, eum qui. libr. 6. & per Bartol. in l. emptor. C. de euictio. per canonistas in capitu. fina. de empti. & uend. Vel dic, quòd aut requiritur non solum intimatio, sed etiam requisitio ad aliquod faciendum; & tunc non sufficiat notitia sine intimatione. & ita loquitur capitu. fina. de emptio. & uenditio. & hoc uoluit gloss. fina. hic in princi. quam bene nota. & requiritur sola intimatio & sufficit noticia sine intimatione, ut hic.

SVMMARIVM.

1 *Confessio uel probatio illius ualet, qui cum ex aliquo defectu admitti non debebat, fuit de facto admissus.*

2 *Confessio facta in processu nullo, ualet.*

CAPITVLVM IIII.

1 Constitutionem. † ¶ Si is, qui non debet admitti ad probandum ex defectu aliquo, fuit de facto admissus, ualet confessio, seu probatio aliàs legitime facta. vide bonum textum in dicta clementi. 2 iuncta glo. penulti. † Et facit quod notat Innocent. in in capitu. fina. de restitutio. spoliato. ubi singulariter dicit ualere confessionem factam in processu nullo. & ibi text.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio papalis si aliquod sacramentum conferri prohibet, si contrafiat, non impeditur character.*

CAPITVLVM V.

In plerisque. † ¶ Licet constitutio papalis prohibeat consecrationem, uel ordinem, uel aliud sacramentum certo casu conferri, & decernat irritum contra factum, non per hoc si contrafiat, impeditur chara-

cter,

ctér, & si ipsius impediatur executio. no. gl. in uerbo. Vel aliquod, uide quod not. in c, quanto. de consue.

SVMMARIVM.

1 *Voces absentium non uocandorum, quæ pro non discordantibus habeantur.*

CAPITVLVM VI.

QVod circa. ¶ De uocibus absentium non uocandorum, uel uocandorum, qui uenire noluerint, aut expresè renunciauerunt, non debet haberi ratio, etiam in casu quo requiritur plena concordia omnium de collegio. Et idem de illis, qui certo respectu uocem non habent, ut sunt in collegio marium non constituti in sacris ordinibus, uel in monasteriis non professi monachi. unde etiam considerato mero facto non habentur isti pro discordantibus. uide bonam glo. in uerbo. Quæ in facto circa fi. & bene nota.

SVMMARIVM.

1 *Quota litis an possit ex consuetudine deberi pro munere iudicandi.*

2 *Consuetudo semel a iure damnata, an possit iterum introduci.*

3 *Iurisditio episcopalis licet sede uacante deuoluatur ad certas personas ex priuilegio, consuetudine, uel statuto; non tamen per hoc deuoluitur iurisditionis emolumentum.*

CAPITVLVM VII.

1 STatutum. † ¶ An ex consuetudine posit deberi pro munere iudicandi quota litis. uide glo. cum suis re-
2 missionibus in uerbo. [*Ex iurisditione.*] † ¶ Verum cõsuetudo semel a iure damnata posit iterum introduci uide glo. notabilem & semper menti tenendam. in uerbo. [*Consuetudine.*] in fi. quæ sentit, quòd sic. & pro illa gloss. optime potest adduci ratio. cap. non debet. in prin. de cõsangui. & affin. recipit enim mutationem secundum diuersitatem temporis, facit 4. distinctio. capitu. erit autem lex. Contrarium uidentur sentire Paul. & Ioann. de Ligna. in clemen. 2. de reb. eccle. non alienan. & Bartol. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. de quibus. ff. de legi. & uide per Ioann. Andr. in additio. Specu. de instru. edi. §. compendiosæ. uersicu. sed nunquid. de consuetudi. per Bald. in capitu. primo. de capi. Corra. collatione decima. ubi dicit, quòd aut consuetudo habebat id, quod ius commune, & potest iterum præscribi, alias secus. quia primo casu est potius iuris obseruantia, quàm consuetudo. iuxta nota. in c. 1. de constit. uide tamen quod plene dixi in c. 2. de proba. † Quòd licet sede uacante deuo-
3 luatur iurisditio episcopalis ad certas & singulares personas ratione ipsarum dignitatum ex priuilegio consuetudine, uel statuto, non tamen per hoc deuoluit ipsius iurisditionis emolumentum, nisi specifice hoc habeat consuetudo. quod nota. quia facit ad multa. de quo uidetur hic tex. iuncta glo. in uerbo emolumento. nec uenit emolumentum ratione accessorii, tum quia hoc est priuilegium in alterius præiudicium. ideo restringendũ. tum propter rationem notatam hic in glo. 1.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio, dictio quæ in se comprehendat.*

2 *Species quando adiungitur generi, tunc genus comprehendit omnes species, præter expressam.*

3 *Electio an comprehendatur sub uerbo prouisionis.*

4 *Religioso non potest dari licentia consentiendi electioni, uel prouisioni, si quam contigeret de eo fieri. & quare. & num. 7.*

5 *Religiosus uigore licentiæ generalis non potest consentire electioni, etiam prius de eo factæ ipso ignorante. & quare.*

6 *Abbas ne male faciat, quibus casibus absoluere possit monachum, ut aliud intret monasterium.*

CAPITVLVM VIII.

1 COncessa. † ¶ Verbum prouisio est satis latum & cõprehendit in se nominationem, postulationem, præsentationem, & collationem. uide gloss. in uer. [*Prouisioni,*] Et idem dic de electione pari ratione. sed glo. hic non fecit mentionem de electione, quia tex. hic ad maiorem declarationem de ea fecerat specialem
2 mentionem. † Nam quando species adiungitur generi, tunc genus comprehendit omnes species præter expressam. ad hoc quod legitur & nota. in cap. 1. de constitut.
3 † Vel dic melius quòd electio non comprehenditur sub uerbo prouisionis. text. est in capitulo cum in illis. 1. responso. de præbend. libr. 6. & ibi gloss. super uerbo, electionem. & hoc in materia stricta. in materia uero larga tene, quod prius dixi, argument. hic, & ex notatis
4 in d. capi. cum in illis. † ¶ Non potest dari religioso licentia consentiendi electioni, uel prouisioni, si quam contingeret de eo fieri, etiam in certa ecclesia; & hoc propter uitium ambitionis exprimendum, ut not. gloss. in uerbo. [*Si quam.*] Oportet quòd prius uocentur, & postea licentia concedatur, sic intellige. capitu. si reli-
5 giosus. de electione libro 6. † ¶ Quòd uigore licentiæ generalis non potest religiosus consentire electioni etiam prius de eo factæ ipso ignorante. Ratio, quia talis licentia non subsistit uiribus; uide text. iuncta glo.
6 in uerbo. [*Nullus.*] † Male facit abbas absoluens monachum, ut posit intrare aliud monasterium, nisi illud habeat paratum, & constet quòd illum recipere uelit; tamen ualet, si hoc facit. uide gloss. in uerbo. [*Firmi-*
7 *tatis.*] † Secus tamen est, quando dat licentiam, ut posit consentire prouisioni de eo factæ, ut in dicta clementi. fina. quia tunc non ualet talis licentia, ut ibi. & hoc, quia maior tunc notatur ambitio. In clericis tamen secularibus bene ualeret talis licentia; quia maior notatur ambitio in professo. uide gloss. in uerbo præallega. & nota eam.

DE RENVNCIATIONE. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio procuratoris facta post petitam cedendi licentiam, nondum tamen obtentam, quando teneat, & quando non.*

2 *Procurator unus uel plures, clericus uel laicus, insolidum uel coniunctim, constitui potest ad cedendum beneficio, & pontificalis dignitatis.*

3 *Reuocatio procuratoris an & quando ualeat, re non integra, & absque eius certioratione.*

4 *Renunciatio beneficii an possit fieri in manibus collatorum, uel confirmatorum.*

5 *Reuocatio mandati generalis ad cedendum, cui debeat intimari.*

CAPITVLVM I.

1 CVm illusio. † ¶ Tenet reuocatio procuratoris facta post petitam licentiam cedendi nondum obtentam, si reuocationis notitia peruenit ad procuratorem, uel ad superiorem. secus dic, si iam erat ob-
2 tenta licentia. uide gl. in uerbo. [*Cedendum.*] † ¶ Quòd ad cedendum beneficio, etiam si sit pontificalis dignitas, potest constitui unus procurator uel plures. Item clericus, uel laicus; & si plures constituuntur, non est uis an insolidum an coniunctim. uide gloss. in uerbo. [*Procuratorem,*] & nota eam, quatenus dicit de laico.

¶ Si

3 ¶ † Si quis per iustum metum constituit procuratorem ad cedendum, potest illum etiam ingnorantem reuocare, tenebitque reuocatio, licet reuocationis notitia non peruenerit ante renunciationem ad ipsum procuratorem, uel ad superiorem. uide text. iuncta gloss. in uer. sponte. ¶ An & quando ualeat procuratoris reuocatio absque ipsius certioratione. uide plures opiniones positas in gloss. in uer. tentat. & uide quod dixi in cap. ex parte decani. de rescrip. ¶ † An in manibus collatorum uel confirmatorum possit fieri renunciatio beneficii. uide gloss. in uer. [*Manibus*] quæ primò dicit, quòd sic, licet iste non sit episcopus. ponit opin. Innoc. quæ communiter uidetur tenere, quod renunciatio debet fieri in manibus illius, qui potest inuitum destituere. Et tene menti hanc opinionem. uide quod plene dixi in repetitione. capit. si quis contra clericum. de foro competen. ¶ Si mandatum de cedendo erit generale, puta ad cedendum in manibus eius, qui recipere de iure potest, cui debet tunc fieri reuocationis intimatio? dic quòd procuratoribus, uel omnibus, qui de iure possent talem cessionem recipere. uide glos. in uer. facienda.

DE SVPPLEN. NEG. PRAEL. Rub.

SVMMARIVM

1 *Ius nouum, uel priuilegiorum derogatiuum disponens de regularibus, non extenditur ad clericos seculares, licet in utrisque eadem sit ratio.*

2 *Collatio beneficii ad ecclesiam inferiorem pertinens, per eius negligentiam non ad diœcesanum loci, sed ad prælatum capituli deuoluitur.*

3 *Eligere uel præsentare debentium ex negligentia deuoluitur potestas ad confirmantem.*

4 *Beneficii licet ex consuetudine non collatio, sed commissio fieret, talis tamen commissio ultra tempus lateran. concilii prætermissa deuoluitur ad superiorem.*

5 *Prioratus, si in ecclesia est principalis prælatura, & ei per uiam electionis prouidetur, trium mensium tempus datur ad eligendum, iuxta cap. ne pro defectu, de elect.*

6 *Exemptio prælati habentis ius conferendi non impedit deuolutionem collationis ad diœcesanum in beneficiis non exemptis.*

7 *Potestas conferendi an deuoluatur ratione negligentiæ in beneficiis exemptis, quæ auctoritate papæ diœcesanus habet conferre; & ad quem.*

8 *Executor si notoriè indigno confert, an collatio teneat, uel ad quem deuoluatur.*

9 *Conferre indigno, & nulli conferre, quibus casibus parificentur, & quibus non.*

10 *Beneficia solita conferri clericis secularibus, non possunt conferri regularibus, nisi sint curata.*

11 *Patronus ecclesiæ curatæ potest præsentare ita religiosum, sicut secularem, dummodo non præsentet eum ut claustralem.*

12 *Succedens in potestate conferendi ratione negligentiæ, uel delicti, debet conferre talibus personis, quibus primus tenebatur.*

13 *Pensiones nouæ imponi, & ueteres augeri possunt per episcopum ex causa, non per habentem potestatem conferendi.*

14 *Beneficia quæ propriè de mensa prælati, uel capituli esse, & an uacare dicantur.*

15 *Institutus in ecclesia ut claustralis, debet habere sotium, secus si tanquam quilibet clericus.*

16 *Monachus, cui episcopus contulit prioratum propter negligentiam abbatis, non desinit esse claustralis & obedientiarius.*

17 *Manualia, quæ sunt de mensa, uacant per mortem uel reuocationem illorum, qui illis præsident.*

CAPITVLVM I.

1 QVia regulares. ¶ † ius nouum uel priuilegiorum derogatiuum disponens de regularibus non extenditur ad clericos secularem, licet in utrisque eadem sit ratio. uide gloss. & tene eam menti super uerbo [*Regulares.*] sed in contrarium uidetur gloss. in cle. 1. s. de rescrip. in uerbo præsidentes, ubi dixi; concordando potest dici dupliciter. primò istud procedit in dispositione iuris noui, uel in iure derogante priuilegio, quæ debent restringi nec extendi etiam ex similitudine rationis. iuxta not. per Bartol. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. facit l. præcipimus in fin. C. de appel. uel secundò dicas, quòd contra regulares specifice sit dispositum. quia ipsi frequenter in his excedebant, ut dicitur in litera. ideo non debet odium ad alios extendi. quia in his non ita de facili committebant, ut uoluit in simili. Ioan. Andr. in regula odia, in 6.

2 ¶ † Si beneficii collatio pertinet ad capitulum ecclesiæ collegiatæ inferioris citra cathedralé, per ipsius negligentiam in non conferendo deuoluitur collatio non ad diœcesanum loci, sed ad prælatum loci seu capituli, gloss. est notabilis in uerbo, prælati. Et not. illam gloss. quia nescio alibi, ex qua infertur, quòd sicut a capitulo ecclesiæ cathedralis fit deuolutio ad episcopum. ut in cap. 2. de conces. præben. & in clem. si de beneficio. eod. titul. ita dicendum in inferioribus collegiis, ut deuolutio primò fiat ad prælatum immediatum. in contrariū facit, quia isti inferioris habent collationem de iure speciali, ideo debet fieri deuolutio ad episcopum, ad quem de iure communi pertinet collatio; quia res de facili redit ad naturam suam. facit c. cum contingat, de deci. 35. distinct. cap. ab exordio. Primum tamen dictum est ualde æquum propter coniunctionem, quæ est inter prælatum & suum capitulum. Et idem eadem ratione dixerunt quidam econtra. ut de prælato inferiori fiat deuolutio primò ad capitulum, & postea ad diœcesanum. & text. illius cle. quia regulares. intelligunt quando prælatus habebat conferre de consensu sui capituli. quo casu in dubio fit deuolutio ad episcopum propter negligentiam utriusque, & hoc tenuit ibi Pau. tamen in contrarium uide hic not. per doct. & pro dicto gloss. & Pau. allego text. optimum in cle. ne in agro. uer. abbates, de statu regu.

3 ¶ † Ex negligentia debentium eligere uel præsentare deuoluitur potestas ad confirmantem uel instituentem, siue sit diœcesanus, siue sit alius. glos. est singularis hic in uerbo, dispositionem. ex qua not. quòd potestas non deuoluitur ad episcopum, nisi ad eum spectet potestas confirmandi, uel instituendi. ad hoc bene facit in argumentum. c. si uero, de iurepatron. quod not.

4 ¶ † Quòd licet in certis beneficiis secundum loci consuetudinem non fiat collatio, sed commissio; nihilominus si talis commissio non fit infra tempus lateranē. concilii, deuoluitur potestas ad superiorem gl. est notabilis iu uerbo, committere. quod intellige quando ex tali commissione constituitur specialis administrator. ut in fin. præmissa. quidam tamen intellexerunt hic, quòd idem sit committere, quod conferre. unde text. in princip. ponit disiunctam inter committere, & conferre. & hoc forte uerius.

5 ¶ † Si prioratus est principalis prælatura in ecclesia regulari collegiata, & ei per uiam electionis prouidetur, habet locum in eo. c. ne pro defectu, de elect. ut detur tempus trium mensium ad eligendum. uide gloss. in uerbo, Lateranensi.

6 ¶ † Exemptio prælati habentis ius conferendi non impedit deuolutionem collationis ad diœcesanum in beneficiis non exemptis ratione negligentiæ in non conferendo. uide bonam gloss. in uerbo, sua, in princip.

¶ † An deuoluatur potestas conferendi ratione negligentiæ in beneficiis exemptis, quæ auctoritate papæ diœcesanus habet conferre iuxta dispositionem huius cle.

cle. & si deuoluitur, ad quem fiat deuolutio, uide de utraque quæstione in eadem gloss. quæ tandem uidetur sentire, quòd non habet locum in talibus deuolutio; quia habentibus conferre auctoritate papæ non currit tempus, ut in executoribus datis ad beneficia. not. glos. in cle. si de beneficio. de præben. Et præsupposito quòd fiat deuolutio, recurrent ad papam, non ad inferiorem.

8 ¶ † Quid autem si executor confert notoriè indigno, an teneat collatio, & si non tenet, an deuoluatur potestas ad papam, an uero remaneat apud ordinarium; apud quem prius consistebat. uide pulchre per Innoc. in c. inter dilectos, de exces. prælat. ¶ An potestas conferendi deuoluatur ad diœcesanum in beneficiis exemptis, si collatio fuit facta indigno, sicut obseruatur cum collatio negligitur, uide gloss. in uerbo, negligentiam. quæ concludit quòd non. hæc clementina ponit ius 9 nouum, & præiudicat priuilegiis exemptionis. † Ex hoc nota, quod in iure restringibili non pacificantur cōferre indigno, & nulli conferre; secus in iure nō restringibili, cum paria sint nullum prælatum habere, uel indigum, ut in cap. 2. de transl. prælat. & pro primo uide Innoc. in cap. cum nostris. de concess. præben. ubi inter hæc duo 10 ponit diuersitatem. ¶ † In beneficiis solitis conferri secularibus clericis non possunt religiosi habentes præsentationem seu collationem præsentare regularem, seu conferre regulari, si illud beneficium non est curatum, uel illum uolunt præsentare, uel claustralem, uide gloss. in uerbo [*Secularibus.*] Ex qua nota, quòd tanquam clericum secularem possunt præsentare religiosum, si beneficium est curatum; & dicuntur præsentare ut claustralem, quando uolunt posse eum remouere ad libitum, ut tunc remaneat claustralis, sicut prius. Secus ergo, quando isti præsentant uel conferunt ut penitus absoluatur ab obedientia monasterii, & sit perpetuus 11 rector illius ecclesiæ. † Ex quo etiam nota, quòd patronus ecclesiæ curatæ potest præsentare ita religiosum, sicut secularem, dummodo non præsentet eum, ut claustralem. de quo uide quod plenè not. in capitul. quod dei timorem. de statu reg. & hoc tene menti.

12 ¶ † Succedens in potestate conferendi ratione negligentiæ uel delicti, non potest libere conferre, cui uult. sed cum succedit in ius illius, debet uti eodem iure, quo ille; & sic debet conferri talibus personis, quibus primus tenebatur conferre. uide text. notabilem, quem semper tenebis menti, hic iuncta gloss. in uerbo, religio-13 sis, cum sequent. & idem tenet Paul. de Liaza. ¶ † Ex causa possunt ecclesiæ pensiones nouæ imponi, & ueteres augeri per episcopum, tamen non per habentem potestatem conferendi. uide gloss. in uer. imponant.

14 ¶ † Beneficia de mensa non dicuntur uacare, uide glo. in uerbo, de mensa, iuncto text. Sed tu hoc limita, prout dicit gloss. not. infra de excess. prælat. cle. 1. in uerbo ad mensam in fin. & ibi optime no. quæ beneficia uel bona dicantur propriè de mensa prælati, uel capituli.

15 ¶ † Institutus in ecclesia ut claustralis, debet habere socium, secus si habet rectoriam tanquam quilibet clericus secularis. uide gloss. in uerbo, reuocari. & melio-16 rem de statu reg. cle. ne in agro. §. ad hæc. ¶ † Quòd non desinit esse claustralis & obedientiarius monachus, cui episcopus cōtulit prioratum propter negligentiam abbatis, quia nec plus nec aliter confert supples quam negligens. unde sicut si ipse abbas contulisset, potest illum reuocare ad libitum; ita nunc licet episcopus supplendo illius negligentiam contulerit. uide glos. & tene eam menti in uerbo, reuocari. dicūt tamen hic quidam, quod talis, qui sine cā reuocatur, pōt implorare superioris officiū. de quo uide quod hic not. & in c. insinuante. qui cle. uel uo. & per Io. An. in c. cum singula. de præb. li. 6. 17 in nouella. ¶ † Quod manualia, quæ non sunt de mensa, uacant per mortem uel reuocationem ipsorum, qui illis præsident. uide in gl. proxima alle. iuncto text.

DE AETATE ET QVALITATE. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis nullus est, qui saltem non sit diaconus.*
2 *Conuersi laici, cum non sint in sacris, an sint exclusi a capitulo.*
3 *Canonicus si non uult promori ad sacros, necessitate ecclesiæ urgente potest canonicatu priuari.*
4 *Constitutio respicit præterita respectu actus futuri pendentis a iam gestis de præterito.*
5 *Propensius, unde dicatur.*
6 *Canonicus non constitutus in sacris quæ perdat, quæque obtineat, & super quæ non possit secum dispensari.*
7 *Canonicus non in sacris si de facto admittitur in capitulo, an electio uel alius actus corruat.*
8 *Canonicus ante ætatem legitimam promotus ad sacros, an habeat uocem in capitulo.*
9 *Canonicus si non est in sacris tempore uacationis ecclesiæ, tempore autem electionis de ea fiendæ reperitur in sacris, an possit interesse tali electioni.*
10 *In sacris si nullus de capitulo reperitur, & imminent negocia, per quem expediri debeant.*
11 *Prælati electio si imminet, nec aliquis de capitulo est in sacris, quæ partes sint superioris.*
12 *Annexio sacramentorum, dignitatum, uel beneficiorum quotuplex sit, quo iure & ordine fieri possit, & quæ amittantur, nisi fiat, usque ad fin.*
13 *Dispensatio, cum sit stricti iuris, non extenditur ad casum separabilem. & quare.*
14 *Prælatus negligens promoueri ad ordinem dignitati suæ annexum, an priuetur uoce in eadem ecclesia.*
15 *Capituli appellatione an ueniat prælatus.*
16 *Canonicus non constitutus in sacris, licet sit exclusus a uoce capituli, omnia tamen alia obtinet, quæ ex uoce capituli non proueniunt.*
17 *Capellania uel altari certum ordinem annexum habenti an quis priuetur iuxta huius clem. pœnas, si illum ordinem prætermiserit.*
18 *Canonico remittenti promoueri ad ordinem annexum si dimidia distributionum subtrahatur, & alia non sufficiat ad sustentationem, an ei remittetur.*
19 *Dimidia distributionum remittentibus ordinem annexum subtracta, quibus ueniat applicanda.*

CAPITVLVM I.

1 VT hi qui. ¶ † Quòd inter cardinales nullus est, qui saltem non sit diaconus, not. primam gloss. 2 ¶ † An conuersi laici sint uirtute huius cle. exclusi a capitulo, cū nō sint in sacris, ut text. iste requirit? dic quòd si omnes in collegio sunt tales, certum est quòd non excluduntur, cum text. iste loquatur de his qui mancipantur diuinis officiis. alias sequeretur, quòd moniales nō haberent uocem in earum capitulo. ad hoc uide gloss. in uerbo, emancipati. & glos. penul. & ult. in c. ex eodem de electio. libr. 6. si autem aliqui sunt clerici, aliqui conuersi laici, dicit hæc eadem glos. quòd in conuersis laicis nihil hic immutatur per hanc constitutionem; quia, ut supra dixi, ista cle. loquitur de mancipatis diuinis officiis, quales sunt conuersi laici. ideo dicit hæc gloss. in eis standum ei, quod not. in d. cap. ex eo. Sed aduerte, quia ibi solum dicitur tales nō debere interesse electioni unà cum clericis. de aliis uero actibus nihil dicit. sed tu omnino uide per Feder. consilio. 206. & per Spec. in tit. de syndico. uer. quid de conuersis. & per Ioan. Andr. post Egy. in c. 1. de procuratore. aliquid per Inno. in c. 2. de consti. & quod tales non sint de capitulo, facit in arg. c. & si Christus. de iureiu. iuncta subscriptione cum simili. uide tamen in locis præallegatis. ¶ Non constitutus in sacris potest habere uocem in aliqua ecclesia collegiata clericorum, uel religiosorum,

ligiosorum, dummodo non habeat ratione canoniæ, sed habeat alio iure, puta consuetudine, statuto, uel priuilegio gloss. in uerbo mancipati in fin. & tene eam menti.

3 ¶ † Si canonicus non uult promoueri ad sacros, necessitate ecclesiæ urgente potest canonicatu priuari. uide gl. in uerbo in posterum. Ex qua iuncto text. ac iuncta glos. in uerbo Annexi. no. quòd canonicatus de iure communi non habet annexum certum ordinem sacrum, exigente tamen utilitate seu necessitate ecclesiæ potest moneri per superiorem, ut faciat se promoueri ad ordinem necessarium. quod si renuerit facere sine legitima causa, poterit priuari &c. Vide de materia quod not. in cap. licet canon, de electio. libr. 6. in gloss. antep. quæ est notabilis plenè distinguens, an & quando ex non promotione ad ordines possit quis priuari beneficio.

4 ¶ † Constitutio respicit præterita respectu actus futuri pendentis a iam habitis seu gestis de præterito. uide bonam gloss. & tene menti in uerbo in posterum in fin. pro cuius concordantia & limitatione uide aliam bonam gl. in cle. 1. de testa. in uerbo. deputatus.

5 ¶ † Propensius, deriuatur a propere, uel prope, quod idem est, quod uelociter, uel festine, no. gloss. in uerbo propensius.

6 ¶ † Canonicus in sacris non constitutus solum perdit uocem in capitulo, & alia quæ ueniunt ex uoce, stallum uero in choro retinet, præbendamque, & dominium obtinere potest, sicut alius canonicus in sacris constitutus, dummodo consuetudo sibi non obuiet. Delegatus a papa dari potest, & cætera facere, sicut quilibet alius canonicus. quæ uero dependent a uoce capituli, uide bonam glos. in uerbo. In capitulo. & hoc facit ad ea quæ supra dixi, uidelicet quòd canonicatus non habet ordinem sacrum annexum a iure communi, sed canonici debent promoueri secundum utilitatem & necessitatem ecclesiæ. Canonicus non in sacris admitti non potest, etiam si hoc ab aliis canonicis sibi concedatur, ad actus capitulares, etiam ad actum electionis, nec etiam ipsi possunt super hoc dispensare. uide bonam gloss. in uerbo. Concedatur. Et no. ex eadem gloss. quòd per hæc uerba, nullo modo &c. interdicitur dipsensatio inferiori citra papam. ad idem uide gloss. in uerbo. Nullo modo.

7 † Quid autem si de facto talis admittitur in capitulo, an electio uel alius actus corruat? dic quòd non. de quo per Io. An. in regula, quod alicui, in mercu. libr. 6.

8 ¶ † An canonicus promotus ad sacros ante ætatem legitimam debeat seu possit habere uocem in capitulo durante minore ætate. uide glos. no. in uerbo. [*Constitutus*] in prin. quæ tenet, quòd non. & uide in simili aliam gloss. in c. ei cui. de præben. libr. 6. quæ concludit, quòd promotus ante ætatem legitimam non possit consequi beneficium requirens illum ordinem ante ætatem legitimam suscepti. tene menti utranque gloss. ad multa. & uide ad idem gloss. 2. prope fi. infra eodem generalem in uerbo Obseruantiam. Paul. tamen ibi tenet contrariũ. & forte hoc casu uerius, quia hic non requiritur ordinis executio, ut habeat uocem, nec est ipso iure suspensus, sed suspendendus.

9 † Si canonicus non est in sacris tempore uacationis ecclesiæ, tempore autem electionis fiendæ reperitur in sacris, an debeat seu possit electioni interesse. uide gloss. in uerbo [*Constitutus.*] quòd sic, quia debemus in hoc considerare habilitatem tempore electionis fiendæ. & bene loquitur. & ultra in ea allegata adduco bonum text. in c. ei cui. de præben. libr. 6. Idem dic secundum eandem gloss. si tempore uacationis non erat canonicus, sed tempore electionis fiendæ sic. Si canonicus in sacris non existens tempore uacationis ecclesiæ uult promoueri ad sacros in quatuor temporibus occurrentibus infra terminum iuris ad eligendum, an canonici teneantur illum expectare. gloss. in uerbo constitutus quòd non. pari modo secundum eam non tenentur expectare excommunicatum, qui se uult facere absolui, uel absentem in loco, in quo uocandus non erat, dicentem uelle redire; imputandum est enim sibi. non est cũ habilis tẽpore electionis, cum uirtus capitularis sit pœnes habiles, possunt illi quando uolunt, infra terminum iuris ad electionem procedere; pro hoc quod legitur & no. in c. cum nobis, de elect. & in c. uni, ne sede uac. li. 6. in princ.

10 ¶ † Quid si nullus de capitulo est in sacris: & imminent negocia, quæ debebant expediri per prælatum & capitulũ? dic quòd solus prælatus expediet. ar. illius c. unici. ne sede uacan. quod tene menti. & no. gloss. in uerbo constitutus præall. Ex quo collige, quòd tota potestas consistit pœnes prælatum, quando nullum habet in collegio alias non habilem ad uocem dandam.

11 † Quid si imminet electio prælati, & nullus de capitulo est in sacris? dic quòd superior debet expectare per totum terminum iuris, quòd cum ipse utatur iure deuoluto, debet expectare per totum tempus præfixum capitulo. uide bon. gloss. in dicto uerbo. constitutus in fin.

12 ¶ † Quid certi ordines sacri, uel non sacri, certis dignitatibus, uel personatibus, uel officiis, uel beneficiis, de iure communi, uel primæua institutione beneficii, seu antiqua consuetudine, uel statuto, possunt esse annexi. Et aduerte quòd annexio potest esse duplex, seu dupliciter facta; quando enim annectitur ita, ut talis dignitas seu beneficium non possit conferri, nisi constituto in tali ordine, quo casu non potest quis illud beneficium obtinere, licet habeat ætatem ad illum ordinem; & uelit se ad illud facere promoueri. Sed oportet, quòd prius sit promotus. pone exemplum in eligendo in episcopum, qui debet esse promotus in subdiaconum ad minus, ut in c. accipimus. de ætat. & qualit. Item pone exemplum in commenda ecclesiæ parochialis, quæ non potest fieri nisi sacerdoti. ut in cap. nemo deinceps. de electio. lib. 6. & uide bo. gloss. in cle. una. infra titul proximo. in uerbo promouendis. Quandoque fit annexio, ut obtinens illud beneficium, puta, debet esse sacerdos, seu sit præbenda sacerdotalis, & tunc non requiritur, quòd sit tempore electionis uel prouisionis sacerdos, sed satis est quòd habeat ætatem legitimam, & uelit se facere promoueri, ut ꝓbatur hoc in uerbo. Ille uero. qui sic debet intelligi in c. cum in cunctis in. §. inferiora. de elect. iuncto cap. 1. de æta. & qual. & melius in cap. 2. de insti. lib. 6. & in c. si pro clericis pauperibus eo. li. hæc uidentur de mente gl. huius cle. in uerbo. Annexi iuncta glo. præcedenti & seq. post princ. quam bene notabis. Consideranda igitur sunt uerba annexionis, ex quibus poterit deprehẽdi. an ordo requiratur tempore prouisionis, an sufficiat quòd superueniat.

¶ Quod obtinens beneficium uigore literarum papalium, non obstante quòd non habeat ordinem illi beneficio annexum, non per hoc eximitur a pœna huius cle. in. §. illi. nisi aliud habeat litera papæ gloss. in uerbo. [*Annexi*] in fi.

13 ex quo no. † quòd dispensatio, cum sit stricti iuris, non extenditur ad casum separabilem, ex quo sine illo potest dispensatio suum effectum operari. uide gloss. in c. quia in tantum. de præben. & quod dixi in cap. at si clerici. in §. de adulteriis, de iudic.

14 ¶ † An prælatus, habens dignitatem in ecclesia collegiata, negligens promoueri ad ordinem illi dignitati annexum, priuetur uoce in eadem ecclesia, sicut priuatur canonicus, uel habẽs dignitatem inferiorem, personatum, uel officium in eadem ecclesia. uide bo. glo. in uerbo. [*In eis dem.*] quæ tandem uidetur concludere quòd non. & uide ipsius rationem. ex qua not.

15 † quòd appellatione capituli non uenit prælatus, cum prælatus & capitulum sint diuersi, ut patet de his quæ fi. a præla. sine consensu ca. in rub. & nig. nisi forte ex fortissima significatione uerbi, quæ debet fieri in iure pœnali, seu nouo, iuris antiqui correctiuo. quod singulariter notabis, quia ad hoc quotidie allegat. ¶ Item ex eadem gloss. not. quòd licet prælatus & capitulum faciant unum corpus, seu unam ecclesiam, non tamen includitur prælatus sub appellatione capituli.

16 ¶ † Canonicus non constitutus in sacris, licet absque alia annexione sacrorum ordinum sit exclusus a uoce capituli,

capituli, distributionem tamen obtinet, & fructus præbendæ, ac reliqua, quæ non proueniunt ex uoce capituli. Si autem ordo sacer sit annexus præbendæ, tunc si non est in sacris, perdit uocem, sed distributiones non; si tamen infra annum non fecerit se promoueri ad ordinem annexum, perdit dimidiam distributionem, nec habet uocem in capitulo, licet alias sit in sacris, ex quo non habet sacrum ordinem requisitum. puta diaconatum. uide 17 hic text. iuncta gloss. in uerbo. Ex tunc. ¶ † An pœna huius cle. in §. illi uero. locum habeat in capellania, uel altari habente certum ordinem annexum. uide gloss. in uerbo. Distributionem. quæ sentit quòd sic, quatenus potest in eo locum sibi uendicare, puta respectu distributionum; sed ego in hoc dubito, cum iste. §. prouideat solum in habente dignitatem, personatum, officium, uel præbendam. ergo non deberet habere locum in capellania, uel altari, seu alio beneficio extra prædicta, cum sit ius nouum & pœnale. cogita. tamen nota ex eadem gloss. quòd in institutione capellaniæ seu altaris potest prouideri, ut capellanus teneatur officiare ecclesiam in omni-18 bus horis. ¶ † Si canonico renitenti promoueri ad ordinem annexum subtrahatur dimidia distributionum, prout hic dicitur in §. illi. & alia dimidia non sufficiat sibi ad sustentationem, an debeat fieri illa subtractio? uide gloss. in uerbo. [*Dimidiam.*] quæ dicit quòd sic, cum deficiat pro eo. tunc cessat hic pœna, cum fuerit promotus; quod placet, licet alii aliter dicant. de quo 19 hoc per doct. † Cui autem accrescat hæc dimidia, uide in eadem gloss. quæ dicit, quòd canonicis interessentibus, nisi aliud habeat consuetudo, seu ordinatio ecclesiæ. Alii ut Gul. dicunt, quòd remanebunt pœnes ecclesiam, cui facta est iniuria propter absentiam uel negligentiam in non recipiendo ordinem annexum, & in eo non deseruiendo. sed tu considera uerba ordinationis, seu statuti. aut enim habet consuetudo seu statutum, ut inter canonicos interessentes diuinis distribuantur, puta. 10. & tunc sit uera opin. gloss. aut habet ut cuilibet interessenti dentur quatuor, & tunc pars aliorum remanet in priori statu. & sit uera opin. Gul. & fertur quòd hoc tandem tenuit Ioan. Andr. in quibusdam apostilis, quas postea fecit ad gloss.

SVMMARIVM

1 *Temporum interstitia in ordinandis hodie non seruantur.*
2 *Ordinari ut quis possit ante ætatem in hac clem. præfixam, an per contrariam consuetudinem possit derogari.*
3 *Consuetudo non præiudicat iuri positiuo, nisi sit rationabilis.*
4 *Promotus ante legitimam ætatem ad subdiaconatum an habere debeat uocem in capitulo.*
5 *Decernimus, inducit ius nouum, nec est antiqui iuris declaratorium.*
6 *In 18. anno quem esse dabere, aliud est; & aliud est dicere, quem esse seu esse debere 18. annorum.*
7 *In, dictio quando iungitur ablatiuo, significat intrinsecè; sed quando accusatiuo, tunc significat extrinsecè.*
8 *Ordinans a collatione ordinum, ordinatus uero ab executione illius ordinis suspenditur, si ante legitimam ætatem fuit promotus.*
9 *Episcopus an possit dispensare super ætate ordinandorum.*
10 *Aetas quæ requiratur in minoribus ordinibus.*

CAPITVLVM II.

1 Generalem ¶ † hodie non obseruantur in ordinandis temporum interstitia, unde laicus in carnisprivio, resurrectiõis festo presbter esse põt. uide gloss. 2. post prin. & dicuntur temporum interstitia, idest interualla quæ olim mandabantur per antiquos canones, debebat enim quis certo tempore probari in vno ordine, antequam promoueretur ad maiorem, de 2 quibus. 77. dist. in c. 2. & c. non monachus, cum si. ¶ † An per desuetudinem, siue contrariam consuetudinem possit derogari dispositioni huius cle. ut ante ætatem hic præfixam ordinari quis possit; & uidatur primò quod sic. Nam sicut respectu antiquorum canon super ætate disponentium ponderatur hic generalis obseruantia in cõtrarium, ita dicẽdum eadem ratione respectu huius cle. quo ad consuetudinem, quæ nouiter possit induci. nam talis cõsuetudo hodie est in multis locis inducta, & pro hoc facit hic glo. 2. post medium, dum dicit, quòd ante hanc decre. potuisset promoueri ante ætatem secundum canones antiquos requisitam, quasi antiqua iura forent per desuetudinem sublata. Sed in contrarium facit iste text. in eo, quòd non declarat iuribus antiquis esse derogatum per contrariam consuetudinem, ut no. in clemé. proxi. ad idem facit hoc uerbum, decernimus, iuncta gl. 3 † Præterea consuetudo non præiudicat iuri positiuo, nisi sit rationabilis, ut in c. fi. de consue. Sed non uidetur rationabile, ut ante ætatem hic expressam quis promoueatur, maxime respectu sacerdotalis ordinis, cum ante 25. annum non dicatur quis in uirili ætate; ut in l. 1. ff. de mino. unde durum esset sibi committere tantum ministerium, cum nulla dignitas secularis similis sit sacerdotio. 96. distinct. cap. duo sunt. & in seculari dignitate administranda requiritur ætas 25. annorum, ut in l. ad rem publicam. ff. de mune. & hono. not. in c. cum in cunctis. in glo. de elec. ad idem facit ratio. c. uel non est compos. de tempo. ordi. & pendera, quia iste textus non distinguit inter laicos, clericos, seculares, & religiosos, sic omnes a pari iudicantur in obseruantia huius cle. quod ergo legitur, & notatur in c. monachus. 77. distinc. hodie non obseruatur, quod no. præsertim, quia ubi non disponitur super interstitiis temporum, non ita subtiliter in religiosis, sicut in secularibus clericis obseruantur, & interstitia solum obseruabantur ad mores comprobãdos, quod in religiosis supplebat religionis deuotio, & asperitas. 4 † An promotus ad subdiaconatum ante ætatem legitimam habere debeat uocem in capitulo. gl. 2. hic sentit quod non, & clarius infra, in uerbo. [*Diaconatus*] & in cle. supra proxima, ubi dixi. Paulus tamen ibi contra. ¶ † Ver-5 bum, decernimus, inducit ius nouum, non est ergo antiqui iuris declaratorium. vide hic glo. in uerbo [*Decernimus,*] uide tamen quod scripsi in cap. decernimus, de iudi. & quod in simili de uerbo, censemus. no. glo. in clemen. unica. de concessio. prçben. in uerbo censemus. 6 ¶ † Aliud importat, si dicitur quem esse debere in 18. anno. & aliud dicitur quem esse, seu esse debere 18. annorum. nam primo casu satis est ad illorum uerborum uerificationem, quòd quis 18. annum inchoauerit. in secundo uero casu annus debet esse completus, gloss. not. in uerbo, [*Decimooctauo*] & idem dic in alio annorum numero. ad quod uide text. iuncta gloss. in cap. subdiaconus. 77. distinctio. Item dic secus esse, si diceretur, cum peruenerit in 18. anno. uel ad 18. annum, quia tunc annus debet esse completus, ut in l. nec putabam, & quod ibi not. docto. ff. de conditio. & demonstratio. & datur 7 ibi ratio differentiæ, † quia quando dictio, in, iungitur ablatiuo, significat intrinsece, ideo sufficit, quòd sit in illo anno constitutus; sed quando iungitur cum accusatiuo, tunc significat extrinsece. vnde debet esse extra illum annum, iuxta illum uersum. In campo curro, si sis, bene dicis &c. & hoc not. & uide plene in præalleg. 8 l. nec putabam. ¶ † Quid si quis promotus ante ætatem hic constitutam. gloss. penul. dicit, quòd ordinans a collatione ordinum; ordinatus uero suspenditur ab executione illius ordinis usque ad ætatem legitimam, per cap. uel non est compos. de temp. ord. tu uide cap. subdiaconus. 77. distin. ubi dicitur, quòd ordinatus ad sacrum ordinem ante ætatem legitimã debet deponi; & si uis hoc tenere, potes respondere ad c. uel non est cõpos.

quòd papa non ponit ibi casum faciendo in aliis ius de nouo. sed uoluit forte ita mitè procedere cum illo, qui fuit ante pubertatem ordinatus. & sic ratione teneræ ætatis, forte sic fuit cum illo processum. hinc est, quòd ibi sit suspensio in pœnam, & iniuriam ordinatoris, & non ordinati. sed illud capitulum, si subdiaconus, disponit de pœna in odium ordinati. ergo non est recedendum a iure antiquo. ar. l. præcipimus in fin. C. de appel. cogita.

9 ¶ † Vtrum episcopus possit dispensare super ætate ordinandorum. gloss. hic in uerbo, anno. in fin. quòd non. & tene eam semper menti. facit. c. dilectus de tempo. ordi. & quod dixi in c. at si clerici. in §. de adulteriis, de iudi.

10 ¶ † Quæ ætas requiritur in minoribus ordinibus, uide hic gloss. fi. quam tenebis menti, quæ dicit quòd maior infantia. & sic post. 7. annum potest quis promoueri ad minores ordines. pro hoc dicit gloss. in c. si eo tempore de rescrip. libr. 6. quòd maior septennio potest habere beneficia sine cura, ex quo potest ordinari. de hoc tamen ultimo uide quod dixi in c. super inordinata. de præben. & uide ad utrunque dictum text. iuncta gloss. 1. in capit. de his. 28. distinct.

DE OFFICIO VICARII. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Curæ animarum appellatione quid ueniat.*
2 *Vicaria perpetua ecclesiæ curatæ uenit appellatione beneficii curati.*
3 *Commenda ecclesiæ curatæ quare non possit fieri nisi actualiter sacerdoti, & uicaria sicut & rectoria concedantur etiam non sacerdoti.*
4 *Beneficium seu uicariam perpetuam obtinens cum cura, potest infra annum compelli, ut fiat sacerdos, non obstante pœna ipso iure apposita per lapsum anni.*
5 *Rectoris appellatione non uenit uicarius perpetuus in constitutione pœnali.*
6 *Episcopus an dispensare possit cum uicario perpetuo ecclesiæ curatæ, ut ratione studii intra septennium non teneatur promoueri ad sacerdotium.*
7 *In materia dispensationis fit extensio per identitatem rationis.*
8 *Constitutio disponens super obtinentibus ecclesias, comprehendit uicarios.*
9 *Episcopus non potest dispensare cum assumendo in rectorem, uel uicarium ecclesiæ curatæ.*
10 *Vicariorum duplex est species, adeo ut dispositio super uicariis perpetuis non habeat locum in temporalibus.*
11 *Dispositio super ecclesiis parochialibus non uendicat sibi locum super non parochialibus.*
12 *Volo, in dispositione positum, nouum ius inducit, non aut declarat antiquum.*

CAPITVLVM I.

1 QVæ de ecclesiis. † appellatione curæ animarum uenit cura nedum in foro penitentiali, sed etiam in foro cotentioso. uide gloss. in uerbo curam per Innoc. in c. dudum. 2. de elect. & not. ex eadem gloss. iuncto text. quòd habens curam animarum licet in foro contentioso ratione beneficii ecclesiastici tenetur esse sacerdos, siue habeat illam ut rector, siue ut perpetuus

2 uicarius. ¶ † Quòd extrauagans Ioannis, quæ incipit, execrabilis, habet locum in uicariis perpetuis. uide glos. in uerbo, amittendis. & not. ex eadem gloss. quòd appellatione beneficii curati uenit uicaria perpetua ecclesiæ

3 curatæ. ¶ † Licet commenda ecclesiæ curatæ non possit fieri nisi ei, qui actualiter sit sacerdos. ut in c. nemo deinceps. de electio. lib. 6. uicaria tamen sicut rectoria potest concedi non sacerdoti, dummodo sit talis, qui possit effici sacerdos. not. gl. in uerbo [*Promouendis*] diuersitatis ratio potest esse iudicio meo, quia sæpe in fraudé fiebat commenda, non propter curam, sed propter fructus recipiendos. Item quia cum commenda duret modico tempore, ut d. cap. nemo deinceps. oportet quòd fiat penes idoneum de præsenti; sed cum rectorta uel uicaria durent toto tempore uitæ instituti, satis est quòd de proximo possit in sacerdotem promoueri; habetur enim pro sacerdote, ex quo in breui speratur promotio. l. fin. de test. mili. Et no. ex hac gloss. iuncto illo c. nemo, quòd ubi requiritur ꝙ collatio, siue commenda fiat sacerdoti, oportet ꝙ tempore collationis, seu commendæ sit sacerdos, nec sufficit, ut possit de proximo promoueri, pro hoc, quia qualitas posita in aliqua oratione refertur ad tempus uerbi, ad quod refertur. uide quod dixi in cle. 2.

4 de rescrip. ¶ † Quòd obtinens beneficium seu uicariam perpetuam cum cura potest infra annum cōpelli, ut fiat sacerdos, non obstante pœna ipso iure apposita per lapsum anni. vide bo. gl. in uerbo [*Promouendis*] in fi. & in c. licet canon. de elect. lib. 6. in glo. antepenul. in prin. ex quibus no. quòd per constitutionem apponentem pœnam ipso iure non tollitur constitutio, quæ mandat pœnam per iudicem imponi citius quàm faciat alia constitutio posterior, facit. l. quotiens. ff. de actio. & obliga.

5 ¶ † Appellatione rectoris non uenit uicarius perpetuus in constitutione pœnali, aperte hoc sentit glo. in uerbo [*Sacerdotium*] in eo ꝙ dicit opi. Archi. corrigi per istum tex. in eo ꝙ tenebat illud c. licet canon. non habere locum in uicario perpetuo, cum loqueretur de rectore; nō enim dicit, ꝙ reprobatur, sed ꝙ corrigitur, quasi hoc sit ius nouum, & idem sentit hoc gl. fi. & facit pro hoc titulorum diuersitas. item c. extirpandæ. §. qui vero, de pre

6 ben. ¶ † Vtrum episcopus possit dispensare cum uicario perpetuo ecclesiæ curatæ, ut ratione studii non teneatur promoueri infra septennium ad sacerdotium, iuxta c. cum ex eo. vide bo. gl. super uerbo [*Sacerdotium*] quæ tandem cōcludit ꝙ sic, tum quia ratio permissionis expressa in d. c. cum ex eo. est communis rectori & uicario, tū quia illud c. loquitur de his qui obtinent ecclesias, quæ

7 uerba includunt uicarios sicut rectores. † Et ex illis rationibus singulariter collige, ꝙ in materia dispensationis fit extensio per identitatem rationis, quod tenebis semper menti, & uide quod dixi in c. at si clerici, in §. de

8 adulteriis. de iud. † Secundò no. quòd constitutio disponens super obtinentibus ecclesias comprehendit etiam uicarios, & sic uicarius perpetuus dicitur obtinere ecclesiam. Item no. ex eadem glo. quia uicarius non potest dare uicarium. vide quod no. in c. clericos. de offi. uica.

9 ¶ † Quòd episcopus non potest in ætate dispensare eum assumendo in rectorem, uel uicarium, ecclesiæ curatæ. gl.

10 in uerbo [*Aetate.*] Quòd uicariorum quidam sunt perpetui, quidam temporales; perpetui uero dicuntur, qui assumuntur, ut habetur in c. extirpandæ. §. qui uero. de præben. & ut no. glo. in c. ad hęc. de offi. uica. vide glo. in uerbo [*Perpetuis.*] Ex qua etiam not. ꝙ dispositio super uicariis perpetuis non habet locum in temporali-

11 bus. ¶ † Dispositio super ecclesiis parochialibus non uendicat sibi locum super ecclesiis curatis non parochialibus, vide gl. super uerbo [*Parochialium*] ex qua no. quòd ad esse ecclesiæ curatę nō requiritur, quòd habeat parochiam, quando quis dicitur habere animarum curam. vide bonam glo. in cle. dudum, infra de sepul. in uerbo [*Impendant.*] vide omnino per Innoc. in c. non satis. de offi. Archi. & c. dudum. il 2. de elec. per Host. in cap. omnis. de pœ. & re. per Pau. in cle. una, de baptis. Item no. ex glo. pe. quòd perpetua uicaria habet locum in ecclesiis parochialibus annexis duntaxat, & non in simpli

12 citer curatis. vide tamen hic per Pau. ¶ † Verbum, uolo, nouum ius inducit, non autem declarat antiquum. vide bo. gloss. in uerbo [*Volumus*] prope medium. Idem no. gloss. in fi. in clemen. una, de rerum permu. quandoque tamen non importat ius nouum, ut in c. ex ratione, de appel. uide tamen quod ibi no.

DE OFFI. ET PO. IVDI. DELE. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, nudus miniſter ſeu examinator quando quis efficiatur, qui teſtium receptioni deputatur.*
2 *Examinatio teſtium nuda poteſt fieri diebus feriatis.*
3 *Teſtium receptio non debet committi in cauſa criminali.*
4 *Executor deputatus ad prouidendum de beneficio cum clauſula, an, & quibus caſibus teneatur aſſumere partes iudicis, & quibus non.*
5 *Conditio in reſcripto appoſita, ſi uera non eſt, non tenet prouiſio, nec excommunicatio inde lata.*
6 *In reſcripto ſi exprimitur id, quod tacite inerat, non facit mandatum conditionale.*
7 *Delegans, qui prius cognouit plene de iure partium, ſi alteram in poſſeſſionem induci mandat, talis eſt merus executor, & nullam debet admittere exceptionem.*
8 *Executor, ubi aliqua non eſt expreſſa clauſula, poteſt iudicis partes aſſumere, & quare.*
9 *In commiſſione prouiſionis fiedæ licet tacite illa clauſula, ſi perſona eſt idonea, intelligatur, tamen mandatum non facit conditionale.*
10 *Executor ad beneficia, quibus caſibus merus omnino executor eſſe dicatur.*
11 *Executor ad beneficia quibus enumeratis caſibus debeat iudicis partes aſſumere.*
12 *Executor ad beneficia an appelletur iudex.*
13 *Executor an poſſit, uel non, iudicis partes aſſumere; & an teneatur exceptiones admittere, ubi elegit uiam meri executoris.*
14 *Natura negocii alterari non debet per ea uerba, quæ poſſunt referri ad extraiudicialem inſtructionem.*
15 *Executor debet eum citare, de cuius præiudicio agitur, & uide exempla.*
16 *Executio ubi mandatur, quibus caſibus ille debeat audiri, qui aliquod prætendit præiudiciam etiam extrinſecum.*
17 *Executori, ſi tertius, non principalis, ſe opponat pro publico intereſſe, an ſit ab eo audiendus.*
18 *Delegatus inferior a principe an poſſit committere nudum miniſterium, ſeu articulum non iuriſdictionalem.*

CAPITVLVM VNICVM.

1 IVdices.† deputatus ſuper receptione teſtium, quandoque efficitur iudex, quandoque nudus miniſter, ſeu examinator. Iudex enim efficitur, quando habet citare teſtes, examinare articulos, & alia ad hunc actum requiſita explere; ita ꝙ iſte articulus ſibi ſimpliciter cõmittitur. Nudus autẽ miniſter eſt, quando teſtibus prius iuratis & examinatis articulis, & interrogatoriis &cæt. committitur examinatio. vide glo. 2. quæ eſt notabilis. Ex qua etiam no. ꝙ cum efficitur iudex, poteſt commiſſ. punire teſtem coram eo uacillantem, ſeu aliter aures ipſius offendentem. † Item no. ex eadem, ꝙ nuda examinatio poteſt fieri diebus feriatis, & in hoc ſequitur iſtam gloſſ. Barto. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nuncia. ſed tu dic, ut dixi in c. 1. de feriis. ¶ † Quòd receptio teſtium non debet committi in cauſa criminali. vide glo. in uerbo [*Ciuili*] cum multis concordantiis. Duæ negationes æquiualent uni affirmationi. glo. in ver. [*Necnon*] ¶ Quòd executores ad beneficia conferenda dicuntur habere delegatam. vide glo. in uerbo [*Executores*] & in cap. ſi ſuper gratia. e. ti. lib. 6. ¶ † Nunquid executor deputatus ad prouidendum, cum clauſula pure, teneâtur aſſumere partem iudicis, & procedere cauſa cognita, uocatis quorum intereſt; & an teneat prouiſio facta per commiſſariũ, clauſula in reſcripto inſerta non purificata, ſaltem re ipſa. vide & tene menti glo. in uerbo, [*Repererint,*] quæ in effectu ponit tres opi. quæ extra habentur ex dictis Inno. in c. fi. de præſum. Prima eſt, ꝙ ſiue ſit ſcriptum ſine clá ſiue ũc clá ſonante in monitionem, ſiue conditionem, nunquam tenetur executor aſſumere partes iudicis, ſed poteſt procedere extraiudicialiter, ut merus executor; poteſt tamen ſi vult iudicialiter procedere, quantũcunque nulla clauſula in mandato ſit inſerta, quia ſaltem ſubintelligitur clauſula, ſi eſt idoneus, niſi ſit nudum miniſterium illi commiſſum, quod declara, ut infra dicam; prouiſio tamen facta clauſula non purificata, ſaltẽ re ipſa eſt nulla, ſi clá ſonabat ibi in ꝯditionem, nec tenet excõicatio lata uigore talis prouiſionis; ſecus ſi erat clauſula ſapiens monitionem, puta quia exprimebatur qđ tacite inerat, utputa ſi eſt idoneus; tunc. n. tenet prouiſio & excommunicatio inde lata, licet ſit iniuſta. ¶ Secunda opi. eſt, ꝙ aut clauſula ſapit monitionẽ, & non tenetur aſſumere partes iudicis; aut ſapit ꝯditionẽ, puta ſi de tali uico eſt oriundus, uel ſi eſt doctor in theologia, & tũc aut ex prouiſione læditur, ſeu tollitur ius alterius, puta illius ad quẽ ſpectat beneficij collatio, ut quia papa mandat prouideri Titio, ſi eſt doctor, de beneficio ſpectante ad collationem Epi Tornaceñ. & tenetur aſſumere partes iudicis cognoſcendo. ſ. de clauſula uocato illo, cuius intereſt. Aut non læditur ius alterius, & tunc tenet prouiſio cognitione non præmiſſa; quia hoc caſu non ſunt proprie partes, prouiſio tñ eſt nulla, ſi forma non eſt ſeruata. ¶ Tertia opi. ad ſenſum recitãdo gl. eſt, ꝙ ſiue clauſula ſapiat monitionem, ſiue ꝯdõnem, nõ tenetur examinator aſſumere partes iudicis; quia actus collationis de ſe extraiudicialis eſt; & hoc uerum niſi tria ꝯcurrant. primò, ꝙ clauſula ſapiat ꝯdõnem. ſecundò, ꝙ apponatur ꝑ uerba ſapientia ꝯdõnem, puta ſi tibi cõſtiterit. Tertiò, ꝙ alteri ex prouiſione generetur præiudicium. his. n. tribus concurrentibus tenetur procedere parte uocata, & cauſa cognita, alias non teneretur. & hanc tertiam opi. vr hæc glo. in fi. approbare. Sed tu uide Inn. in c. propoſuit, de ꝯce. præb. ubi poſuit in hac materia duas opin. & unã apertè firmat. ſ. ꝙ nunquam executor deputatus ſimpliciter poteſt aſſumere partes iudicis, nec tenetur audire opponentem, niſi opponeret de reſcripri ſurreptione, & facit quod no. Inn. in c. ad diſſoluendũ, de deſpon. impu. ubi etiam tractat de hac materia. Sed Hoſt. in d. c. propoſitum, tenet oppoſitum, ꝙ imo tenetur audire partes opponentes, quantumcunque ſimpliciter ſibi fuerit reſcriptum, uide de hac materia per eundem Inn. in c. de cætero, de re iud. & in c. inter dilectos, de exceſ. præl. & ẽt in c. 1. de ꝯceſ. præb. lib. 6. & in c. cum olim, il 2. de priui. in omnibus his locis tractat hanc materiam, & uide quod no. Bal. in l. 2. C. quando prouo. nõ eſt neceſ. cuius dicta recitaui in c. 1. de re iudi. in ult. q. Et hanc materiã executorum ad beneficia pleniſſime & clarius cæteris expedui in c. fi. de pſump. ubi uideas. & qm̃ ꝑ ea, quæ ibi in ꝯcluſione materiæ dixi plenius, declaratur hæc gl. ideo illã ꝯcluſionem hic inſeram. dico. n. ut mihi uiſum fuit ex multis ꝯcludere, ꝙ quidam ſunt caſus, in quibus clarum eſt, ꝙ executor talis non põt iudicis partes aſſumere; quidam uero ſunt, in quibus tenetur; remanẽt aliqua dubia, in quibus dicam, quod mihi tũc, & nunc uiſum eſt. ¶ Primus caſus eſt, qñ delegans non habebat iuriſdõnem; nõ enim potuit committere, quod nõ habebat. 1. q. 7. c. daibertum. & in c. quod autẽ, de iure pa. quod ſenſit Inn. in d. c. fi. de præſump. poſt prin. ex quo infero, ꝙ iſti inferiores habẽtes de iure ſpeciali collationem ſine iuriſdõne, non poſſunt per ſe, nec per ſuos cõmiſſarios iudicis partes aſſumere; ſed extraiudicialiter ad eorum inſtructionẽ poterunt informationẽ aſſumere, ſicut faciunt arbitri, & arbitratores, ẽt ſi in cõmiſſione dicatur, ſi tibi conſtiterit &c. Nam poſſunt illa uerba referri & uerificari in extraiudiciali inſtructione, ex quo in cõmiſſione nõ ꝯcurrit iuriſdõ, ut eſt tex. no. in c. cũ ꝯtingat de reſcrip. & hoc eſt quod uoluit gl. iſta in prima ſolutione, ſeu prima opi. dum dicit executorem poſſe, ſi uult, aſſumere partes iudicis, dummõ committẽs iuriſdõnem habuerit, & in hoc no. iſtam gl. ſic intellectã; & uide quod dixi in c. ſollicite. & ſeq. de reſti. ſpo. licet in contrarium faciat quod no.

5 Ioan.Andr.in c.publicato.de elect. † Item no.ex prima illa opin.ubi dixi, quòd si conditio apposita in rescripto non est uera, non tenet prouisio, nec excommunicatio inde lata,quòd excommunicatio ob causam in rescripto non comprehensam est ipso iure nulla, quod est diligenter notandum.& hunc puto uerum casum.c.fin.de præb. 6 & uide quæ ibi dixi. † Item not.ex eadem prima opin. quòd si exprimitur in rescripto id, quid tacitè inerat, non facit mandatum conditionale.ad idem.c.significasti. de elect.sed tu omnino uide de hoc, quod dixi in c.cum 7 dilecta.& in c.ex insinuatione. de rescrip. † Secundus casus, quando superior delegans prius cognouit plenè de iure partium, etiam respectu executionis fiendæ, & simpliciter mandat, ut conferat & inducat in possessionem,talis enim est merus executor, & nullam exceptionem debet admittere.l.executorem. & l. si ut proponis. C.de execu.rei iudi.no.in l.a diuo pio.ff.de re iudic.& in d.c.de cætero.eod.titu.hoc est iudicio meo, quod uoluit ista gloss.in prima opin. dicere in eo, quod etiam dicit 8 † quòd ubi non est aliqua clausula expressa, potest executor assumere, si uult,partes iudicis, cum subintelligatur clausula, si persona sit idonea, nisi fuerit commissum nudum ministerium. Intelligo enim nudum ministerium 9 committi modo prædicto. † Et no.etiam ex gloss.quòd in commissione prouisionis fiendæ intelligitur tacitè illa clausula, si persona est idonea, non tamen hoc facit mandatum conditionale. unde tenet collatio secundum istam gloss.licet persona non sit idonea. sed tu limita, ut not.Innocent.in c.inter dilectos. de excessibus prælа.& plenius dixi in d. c.fi.de præsum.& in c.1. de re iudica.in 10 ultima.q.ubi omnino uide.† Tertius casus,superior prouidit seu prouideri mandat alicui ex certa scientia, remouendo aperte omnes exceptiones & reseruando sibi cognitionem.ar.c.ex parte, de officio deleg.& per Host. in d c.decætero. & in hoc diligenter animaduertenda est forma mandati. ar.de priuileg. c.porro.in his casibus & similibus, siqui possunt occurrere, executor est omnino merus;quia non habet mixturam iurisdictionis.& in istis executoribus non habet locum gloss.not.in c.pastoralis. §.qui uero,de officio deleg.quæ inter cætera dicit, quòd 11 executor datus ad beneficia est mixtus. † Casus autem, in quibus debet assumere partes iudicis,sunt isti.Primus si in literis mandatur, ut citet aduersarium, uel apponitur illa clausula, uocatis uocandis &c.ut dixi in d. c.fin. &bene facit.c.exhibita. cum ibi not.de iudic. Secundus casus, quando uult dare possessionem, quam alius obtinet; debet enim illum uocare, quantuncunque simpliciter scribatur; quia non est intentionis principis, ut quis remoueatur a possessione sine causæ cognitione.l.fi. C.si per uim uel alio modo.& 3. q.9. c.caueant.& c.omnia.& tenet Innoc.in c.1. de concef.præben.libr.6. & in c.cum olim.2.de priuileg.& Ioan.And.in Spe.in titul.de causa pos.& propriè.§.fi.in addi.magna.& optimè facit.c.licet episcopus,de præben.libr.6.sic respectu possessionis existentis apud tertium non potest executor esse merus, sic limita istam gloss. Tertius casus, si executor fuit datus cum clausula, quæ uenit purificanda ex facto tertii, de cuius præiudicio agitur; tunc enim uidetur tacitè mandata cognitio, quia causarum merita partium assertione panduntur.ut in c.tum ex literis. de in integ.restit. & d.l. fi.C.si per uim uel alio modo.Et hoc est,quod uoluit notanter Ioan.An.in dicta addi. puta si papa mandat,quod si constiterit,titium tenere plura curata cōtra extrauag. execrabilis. quòd tunc commissarius conferat unam ex illis impetranti.Quartus casus est, quando executor datur ad compellendum ordinarium collatorem,ut conferat. debet enim eum monere & citare, ut conferat; & si ille opponit exceptiones legitimas,audiendus est, ut est casus cum ibi no.in c.accipimus. de ætat.& quali.& in c. capitulum.& in c.constitutus.de rescrip.non enim debet quis impugnari, & defensio non audiri, contra.c.inter. de excep. In his enim & similibus casibus executor dicitur mixtus, quia habet cum executione iuncta mixtam iurisdictionem. quia ex quo superior non cognouit de iure executionis fiendæ, uidetur suo commissario etiam iurisdictionem dedisse.ut in c.ex literis. de officio deleg. & in d.c.accepimus.& 25. quæst.2. c.& si non cognitio. 12 † Non autem appellatur iste iudex,quia iurisdictio datur accessoriè ad ministerium exercendum, quod de sui natura est extraiudiciale, nec deputatur inter personas contendentes; sed quia accessoriè habet iurisdictionem ratione prædicta. tractatur eius materia in tit. de officio deleg.ad denotandum, quòd habet iurisdictionem delegatam, ut not. gloss.in c.super eo.de officio deleg.& in c.tibi qui.de rescrip.lib.6.Et ex his declarat glos.in cap. pastoralis. quæ dicit,hunc executorem esse mixtum; & 13 habes fundamentum huius materiæ.† Extra prædictos casus remanet dubietas. an executor possit assumere, uel non,partes iudicis; & an teneatur exceptiones admittere, ubi elegit uiam meri executoris. Et in hac dubitatione concluderem, quòd est in optione ipsius, an uelit procedere iudicialiter, etiam si fuit datus simpliciter;quia succedit loco delegantis,ut hic dicitur in prima opi.si autem uult procedere extraiudicialiter,dico quod etiam potest; quia cum actus de sui natura sit extraiudicialis,potest a principio procedere,ut uult; sicut ille,qui habet duas uias, potest a principio eligere quam uult. ut in c.ut quis duas.de elect.libr.6. & no.in simili.in cap. quintauallis.de iureiuran.quod dico procedere, etiam si sit apposita clausula sonans in conditione per uerbum, 14 si constiterit. † quia, cum hæc uerba possint referri ad extraiudicialem instructionem, ut d. c.cum contingat. non debet per uerba hæc alterari natura negocii. nam si teneretur a principio citare, esset potius iudex, quàm executor. nec curo de extrinseco alterius præiudicio, puta quia ad episcopum pertinebat collatio illius beneficii, quod sub conditione mandabatur per papam conferri.quia sicut superior potuisset se extra iudicium informare,utrum is, pro quo mandat, sit de tali loco, uel ma-15 gister &c. sic poterit & iste. † Sed ubi ageretur de iure alterius,tunc bene fateor,ut supra dixi, ut ille sit uocandus; puta si diceretur in literis, si constiterit episcopum fuisse negligentem in conferendo &c. uel si constiterit, quòd talis teneat duas ecclesias curatas. nam hoc casu tacitè uidet mādata cognitio, quia causarum merita &c. ut.s.dixi.& cum hoc temperamento intelligerem & limi-16 tarem ult.opin.huius glos. † Si autem comparet is, qui prætendebat aliquod præiudicium etiam extrinsecum, fateor quòd debet audiri. & tunc debet assumere partes iudicis.d.c.accepimus.& c. cum adeo.s.de rescrip.& c.si quando cum multis & probatur ratione. nam ex quo superior non cognouit de iure executionis, uidetur hoc mandasse suo commissario.ar.d.l.a diuo pio & d.l.& si non cognitio.C.si contra ius uel uti.pub.canonizata.25.q.2. & uidetur probari in d.c.fi.de præsump.in fi.& sic debet temperari prima opi.hic posita in gl.& dictum Compos. in c.capitulum, de rescrip.uidetur enim in hoc habere iurisdictionem mixtam, ut ubi expediat, etiam assumat cognitionem. quod satis uidetur expedire, ut ubi quis pro suo præiudicio se opponit,ar. optimum in d. cap.ex parte.2.de officio deleg.& c.super eo.eod.titul.& l. 2. §. 17 si quis a principe.ff.ne quis in loco pub. † Sed dubium est, quid, si quis opponit se non ex præiudicio priuato sed publico, ut quia comparet tertius, & dicit titiū non esse idoneum, nunquid debeat audiri? & hoc casu forte potest procedere dictum Compost.in d. c. capitulum. & Innocent.in c.proposuit.de concef.præben.quòd non teneatur illum audire, cum sit executor extraiudicialis. agat autem postea per uiam denunciationis,uel accusationis,sicut nec committens tenebatur admittere. ut no. Inno.in c.ad dissoluendum.de despon.impu.contrarium tamen puto uerius. licet enim fatear ordinarium hoc posse

posse, secus tamen dico in delegato; quia in dubio debemus credere ordinariam uoluisse, quòd indigno non fieret prouisio beneficii. ar. l. si procur. ff. de condi. indeb. & maxime quâdo expressit illam clausulam, si est idoneus. Item sicut in confirmatione admittitur excipiens pro interesse publico opponens contra electum, ut in capit. super his. de accus. Ita & in prouisionis actu, cum collatio habeat uim electionis & confirmationis, iuxta not. in c. cum olim. de causa pos. & propriè. & præsumendum quòd superior potius uoluerit a principio occurrere, quàm post causam uulneratam remedium quærere. iuxta consilium. l. fi. C. qui. cau. in integ. restit. non est ne. Et per hoc multipliciter limitatur, & declaratur hæc gloss. & multa alia ad materiam pretinentia prosequere, ut dixi. in d. c. fi. de præsum. ¶ Quod delegatus inferior a principe potest committere nudum ministerium, seu articulum non iurisdictionalem. uide gl. fi. & hoc limita c. cum causam. de appel. & l. a iudice. C. de iudic. Ego pro dicto gloss. allego text. secundùm intellectum unum, quem uidetur insequi Innoc. in c. cum Bertoldus de re iudica. & uide quod plenè ibi dixi.

DE OFFICIO ORDINARII. Rub.

SVMMARIVM

1 *Ecclesia quando diffamari dicatur.*
2 *Homo quando diffamari dicatur.*
3 *Correctio clericorum ad solum episcopum pertinet de iure communi.*
4 *Insolentia quid sit.*

CAPITVLVM I.

1 ET clericorum. ¶ † ecclesia dicitur diffamari, quando de ipsa male prædicatur, seu homines oloquuntur, seu uilificatur, seu dehonestatur. uide gl. in uer. [*Diffamatur*] 2 † & idē pôt dici de homine diffamato. uide plenè de infamia seu fama per. Bar. in l. minorum. §. tormenta. ff. de quæsti. not. in c. cum oporteat. & c. qualiter & quando, de accus. 3 ¶ † Quod ad solum episcopum pertinet de iure communi correctio clericorum, potest tamen spectare ad inferiorem de iure speciali. uide hic text. cum gloss. super uerbo. [*Episcopis*] uide tu quod plenissime dixi in c. cum contingat. de foro comp. ubi dixi de iurisdictione inferiorum prælatorum. 4 ¶ † Insolentia idem est, quod morum inconuenientia, fatuitas, uel superbia, aut prauus usus, quasi contra solitum & debitum naturæ cursum, uide gl. in uerbo Insolentiis.

SVMMARIVM

1 *Collatio facta per legatum motu proprio, non facta mentione de aliis beneficiis, quæ obtinet prouisus, ualet.*
2 *Mentio beneficii obtenti quando, & qualiter fieri debeat.*
3 *Beneficium spirituale quomodo cognoscatur.*
4 *Collatio beneficiorum per quemcunque ordinarium facta, licet habiti beneficii mentio non fuerit expressa, ualet. secus in Papa & eius legato. & quare. & nu. 6.*
5 *Conferendorum beneficiorum potestas non uenit ex mero officio legationis, secus in legato Cardinali.*

CAPITVLVM II.

1 ET si ab apostolicæ ¶ † an collatio facta per legatū motu proprio, non facta mentione de aliis beneficiis, quæ obtinet prouisus, ualeat, uide gloss. in uerbo. Facta, quæ ponit opin. contrarias. & uidetur sibi placere opi. affirmatiua. pro qua ego allego bonum text. in ar. in clem. si Romanus. de præbend. iuncto. c. si motu 2 proprio. eodem titul. libr. 6. ¶ † Quòd de beneficio obtento debet fieri mentio specialis, non autem sufficit generalis. glos. in uer. [*Specialis*] qualiter autem sit fienda mentio de beneficio obtento, & quomodo cognoscatur beneficium spirituale. uide plenè per Io. And. & Cal. in c. in nostra. de rescrip. & omnino per do. de Rot. decis. 105. & 272. & in priori decisione habetur, quid operatur motus proprius. uide etiam ad primum quod dixi in c. ad 4 aures. de rescrip. ¶ † Quòd ualeat collatio beneficiorum per quemcunque ordinarium facta, licet non fuerit mentio habita beneficio obtenti. & idem in delegatis ab eis. fallit in papa, & ipsius legato. uide hic text. iuncta glo. in uer. [*Quibuslibet*] & in uer. [*Habentibus.*] ¶ Quæ autem sit diuersitatis ratio inter legatos & alios ordinarios. uide hic gloss. in uerbo. Nolumus. quam no. in eo quòd dicit, quòd legati non sunt ordinarii collatores, & quòd ipsorum collatio tanquam extraordinaria & superinducta & collatoribus ordinariis præiudicans, est restringenda. ordinariorum uero collatio & naturalis & fauorabilis, est amplianda. Aduerte ne erres. nam uidetur ista gloss. prima fronte contra. c. 2. de offic. leg. libr. 6. ubi dicitur, 5 quòd legati papæ habent ordinariam potestatem. † Sed dic, quòd licet potestas legati respectu iurisdictionis sit ordinaria, ut in contrario; tamen respectu collationis beneficiorum est extraordinaria, quia ex proprio officio legationis non uenit potestas conferendi. hinc est, quòd legati non cardinales, hanc potestatem non habent, sed cardinales legati hoc habent ex speciali priuilegio, ut probatur in c. 1. de offic. leg. libr. 6. Præterea ratio diuersitatis per glo. posita mihi non placet. Nam papa est generalis ordinarius, etiam respectu collationis beneficiorum. ut in c. 2. de præben. libr. 6. & tamen ipsius collatio non ualet, de beneficio obtento non habita mentione, ut in c. si motu proprio. de præben. libr. 6. quod non contingit ex odio uel extraordinaria potestate per c. ad ho- 6 norem. de auth. & usu. pal. † puto ergo hanc diuersitatem esse fundatam propter ignorantiam, quam de beneficiis obtentis papa & legatus ipsius præsumuntur habere. ar. c. 1. de consti. lib. 6. in aliis autem inferioribus ordinariis præsumitur scientia propter præsentiam, conuersationē, & uisitationem, meritò in illis non cadit surreptio. ar. l. idem uulpianus. ff. de excu. tu. & in c. quosdā. & c. quanto de præsump.

DE PROCVRATORIBVS. Rub.

SVMMARIVM

1 *Procurator per literas constituentis priuatas constitui potest. & quomodo tales literæ probentur.*
2 *Recipienti epistolam aut aliam scripturam publicam, uel priuatā, in qua aliquod præiudiciale continetur, quando id præiudicet.*
3 *Tacens in præiudicialibus licet regulariter non habeatur pro consentiente, secus tamen si ultra taciturnitatem interuenit aliquis actus tacitè approbatiuus eorum, quæ geruntur.*
4 *Procurator etiam absens constitutus, tenetur dominum defendere, nec sufficit soluere, si pro eo dominus cauit de iudicato soluendo, aliàs non.*
5 *Extra iudicium quibus casibus quis possit præcisè ad factum compelli.*

CAPITVLVM I.

1 INstrumento. ¶ † quòd procurator potest constitui etiam per literas priuātas constituentis, uide hic tex. iuncta gl. 2. & intellige, dummodo constet, quòd sint literæ ipsius constituentis, seu ipsius mandantis, per sigillum priuatum ipsius constituentis, uel per testes. sic intellige istum text. iuncta gl. ar. in l. 1. fi. de procura. in princ. & quod not. in c. 2. de fide instru. & uide bonum text. in l. 2 si procurator. ff. de procura. ¶ † Recipiens epistolam seu literam, in qua continetur aliquid præiudiciale ipsi recipienti, faciat sibi præiudicium; uidetur enim recipiendo consentire contentis in ipsa epistola, seu instrumento publico, uel priuato. & hoc quando recipit sciens quod in

illa

illa epistola seu instrumento continetur, secus si ignorabat. hoc notabiliter probatur in text. iuncta gloss. super uerbo [*Scienter*] & super uerbo [*Assensum*;] dic tamen si scienter recipit, debet, si non uult consentire, illico protestari in contrarium, alias uidetur consentire. ad hoc not. text. in l. si filiusfamilias. ff. ad mace. uidetur de mente Bar. in l. quo enim ff. rem ra. ha. Sic distingue quod ipse idem not. in l. cum taberna. §. idem quæsitum. ff. de pigno. & in l. Titius seius. ff. de consti. pe. & l. procur. ff. rem ra. ha & hæc bene notabis. † Item not. ex hoc text. & præalle. glo. in uer. assensum. quòd licet in præiudicialibus seu rebus onerosis tacens non habeatur pro consentiente, immo pro contradicente, ut l. filiusfamilias. in §. inuitus. ff. de procura. secus tamen ubi ultra taciturnitatem interuenit aliquis actus tacitè approbatiuus eorum, quæ geruntur, ut est receptio literarum; facit optimè c. ex ore. de his quæ fi. a ma. parte ca. & quod not. Bart. in d. l. quo enim. † not. & tene menti text. istum, quia singularis est in eo, quod probat, quòd si dominus constituit procuratorem etiam absentem, & pro eo absente cauet de iudicato soluendo, cogitur præcise procurator, qui semel consensit expresè uel tacitè, dominum in iudicio defendere, nec sufficit soluere. & uide text. de iure ciuili, non ita clarum in l. filiusfamilias. in §. fin. ff. eo. secus autem si dominus talem cautionem pro suo procuratore non exposuit. de quo uide latius hic per gloss. in uerbo [*Cogi*] † & est casus hic, in quo quis precisè compellitur ad factum, regulariter contra, quia sufficit soluere interesse, ut in l. si quis ab alio. ff. de re iudi. & plenè no. de materia in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obl. ubi not. an extra iudicium quis possit ad factum compelli precisè ad agendum, uel defendendum, aliquid not. in ista gl. sed plenius per glo. no. in l. sed & hæ. ff. eod. titul. in uerbo [*Accipere iudicium.*]

SVMMARIVM

1 *Procuratorium ad proponendum uel opponendum crimina & defectus contra electionem, licet requirat speciale mandatum, non tamen necesse est, crimina specificari.*
2 *Procuratorium non requirit speciale mandatum ad opponendum contra eligentes, uel formā electionis, secus contra psonā electi.*
3 *Pœna c. 1. de elect. in 6. habet locum, siue causa contra electum sit in curia per appellationem, siue coram ordinario.*
4 *In procuratorio si post aliquorum casuum enumerationem subiicitur clausula generalis, an ueniant sub tali generalitate casus etiam maiores expressis, & qui ueniant, & qui non.*
5 *Ecclesia non restituit ad proponendum crimina, uel defectus, quæ infra terminum sibi præfixum neglexit proponere.*

CAPITVLVM II.

1 Non potest. ¶ † quòd quamquam in procuratorio ad proponendum, uel opponendum crimina, uel defectus contra electionem, requiratur speciale mandatum, non tamen est necesse, ut ipsa crimina uel defectus specificentur in ipso procuratorio, ut est hic text. iuncta glo. in uer. in mandatis. limita hoc secundum cap. 2 procura. de electio. lib. 6. ubi omnino uide. ¶ † Quòd ad opponendum crimina uel defectus contra eligentes, uel prouidentes, uel ad opponendum cōtra formam electionis, non requiritur speciale mandatum, licet secus sit respectu opponendi contra personam electi glos. in uerbo 3 [*In personam.*] ¶ † Quòd pœna. c. primi de elect. libr. 6. in fin. habet locum, siue causa contra electum sit in curia per appellationem, siue coram alio superiore extra cu- 4 riam. ar. hic, uoluit hoc gloss. in uerbo [*Electi.*] ¶ † Si in procuratorio subiicitur clausula generalis post enumerationem aliquorum casuum, ueniunt sub generalitate casus etiam maiores expressis, nisi sint grauiores ratione periculi. puta quia cōtinent diminutionem status ipsius constituentis, ut quia obligarté eum ad pœnam in casu, quo procurator succumberet. de hoc est gl. no. & semper menti tenenda in uerbo [*Grauiora*] & pro hac gloss. uide aliam gl. notabilem in c. procur. de elect. lib. 6. & in c. fi. de procura. eo. li. in uerbo [*Speciale.*] uidetur tamen illa gl. contrariari huic, dum dicit, quòd sub illa clausula generali non ueniunt longe maiora expressis, ut cōtrahere matrimonia, & similia. ideo alii dixerunt, quòd ubi non exprimitur aliquis casus requirens speciale mandatum, sed talis, qui alias ueniret sub mandato generali, & tunc clausula generalis sequens non restringitur ad similia expressis, cum omnes casus uenirent sub generalitate uerborum, ex quo non requirunt mandatum speciale. & hoc casu procedit dictum Innoc. in c. sedes, de rescrip. & gl. hic. Aut exprimitur casus requirēs speciale mandatū, & tunc non ueniunt sub clausula generali maiora expresse, licet non contineat periculum constituētis, & hoc casu procedit iste text. & hoc uidetur uoluisse do. An. in d. c. sedes. glos. tamen hic sensit primum intellectum. sed pro intellectu. do. An. facit text. hic, qui ponit ut diuisa, grauiora, & maiora, ut utraque non ueniant sub clausula generali. est enim odiosum quòd comprohendantur isti casus speciales d. c. qui ad agendum. & l. illud. & l. pater. ff. de mino. meritò debet in comprehēsione illorum fieri stricta interpretatio, ut non ueniant maiora expressis. uide tamen quod not. in d. capit. sedes. & hic per docto. 5 ¶ † Ecclesia non restituitur ad proponendum crimina, uel defectus, quæ infra terminum sibi præfixum neglexit proponere. uide gloss. cum suis allegationibus in uerbo [*Grauiora*] in fi. uide gl. in simili. infra titul. proximo cle. una in gloss. 2. ¶ Quòd si procurator habens mandatum iurandi in animam domini deierat sine culpa constituentis, non obligatur iste constituens ad periurium. glos. fin. quam notabis.

SVMMARIVM

1 *Religiosi appellatione qui ueniat, & qui non ueniant.*
2 *Religiosi appellatione non uenit prælatus in materia non pariter proportionali.*
3 *Monachorum appellatione an ueniat prælatus.*
4 *Prælatus potest esse procurator alterius prælati, utilitate monasterii suadente.*
5 *Contra religiosos alterius negocia procurantes potest ēt post litem contest. excipi de non licētia sui prælati, licet secus sit in milite.*
6 *Iudicium cum pupillo & seruo non ualet, & de eorum defectu potest quandocunque excipi.*
7 *Religiosus ubicunque per se potest esse in iudicio sine licentia superioris, potest etiam procuratorē sine eius licentia constituere.*
8 *Religiosus non potest esse procurator alterius, nec testamenti executor sine licentia superioris.*
9 *Procuratoris officium exercere inhabilis, an reputari debeat inhabilis etiam ad substituendum, quamuis habeat mandatum.*
10 *Frater ordinis minorum licet executor testamenti esse non possit, pauperum tamē, in quos fiat distributio, elector deputari potest.*
11 *Religiosus non potest etiam simplex nuncius constitui ad constituendum procuratorem sine licentia abbatis.*

CAPITVLVM III.

1 Religiosus. ¶ † appellatione religiosi comprehēditur quilibet religiosus professus, cuiuscunque religionis sit. uide gl. 1. & tene eam mēti. Et intelligo de eo, qui profitetur tria substantialia cuiuslibet religionis approbatæ. de quibus in c. ad monasterium, in fin. de sta. regu. talis dicitur strictè religiosus. secus uidetur in his, qui aliquid profitentur, sed non ista tria, cum tales stricte non dicantur religiosi uide ad hoc quod not. gl. in cle. 1. de reli. do. & in cle. pe. de sen. excom. & quod dixi 2 in Rubrica de regu. & trans. ad reli. ¶ † Itē not. ex hac gl. prima, ꝙ appellatione religiosi non uenit prælatus, sed simplex religiosus claustralis, quod intelligo in materia nō pariter proportionabili. ar. op. in cle. 1. de re. eccl. non alie. & in cle. 1. de priui. in prin. & 12. q. 1. c. duo sunt ge- 3 nera. † An aūt appellatione monachorum ueniat prælatus.

tus. uide quod legitur & not. in capitulo fin.de sim.
4 † Item not. ex eadem gloss. quòd prælatus potest esse
procurator alterius prælati sine alicuius licentia. uide
gloss. pleniorem & notabilem in capitul.de præsentium.
16.quæstio.1.quod intelligo utilitate monasterii suaden-
te.ar.in capitul.2. de postu.& quod not.in capitul.cum.
5 I.& A.de senten.& re iudica. ¶ † Quòd contra religio-
sos procurantes alterius negocia sine sui prælati licen-
tia potest excipi etiam post litem contestatam, licet
secus sit in milite. uide gloss. & tene menti in uerbo
[*Suscipere*] Et idem dic in quolibet alio, qui non potest
esse in iudicio pro se, uel alio, ut in pupillo, & seruo,
ut not. Bartol.in l. filiusfamilias. §. ueterani. ff. de pro-
cura. ubi dicit etiam iudicium cum talibus non ualere,
quia non habuit sua substantialia. & uide quod dixi in
capitul.in nostra, de procura. ¶ † Quòd ubicunque re-
ligiosus potest per se esse in iudicio sine superioris li-
centia, potest etiam procuratorem sine sui superioris
licentia constituere, uide bonam gloss. super uerbo,
[*Constituere*] & originaliter fuit dictum Innocent.in cap.
8 cum. I.& A. de re iudica. ¶ † Quòd religiosus non po-
test sine sui superioris licētia procurator esse, nec alium
substituere, licet ad hoc habeat mandatum; quia fran-
geretur abdicatio propriè uoluntatis.uide,& tene menti
text.istum iuncta gloss. in uerbo. [*Substituere.*] & facit,
quòd sicut religiosus non potest esse executor testamēti
sine licentia sui superioris, ut in capitul.2.de testa.lib.6.
ita nec recipere potestatem alium substituendi, quod
9 tenet hic Pau.& facit ad multa alia similia. ¶ † An in-
habilis ad procurationis officium exercendum, repu-
tari debeat inhabilis etiam ad substituendum. uide hic
bonam gloss. in uerbo [*Cōmissum,*] quæ distinguit tres in-
habilitatis species, & tene illam menti. uide quod not.
in capitul.post cessionem de probat. & uult ista gloss. in
effectu, quòd aliquis sit prorsus inhabilis ad procurato-
ris officium suscipiendum.pone exemplum in muliere,
ut in l.alienam.C.de procura.& in pupillo, ut in capitul.
qui generaliter. de procura. libr. 6. de quo tamen uide
quod dixi post docto. in capitul.non iniustè. eod. titul.
& tunc sicut est inhabilis ad procuratoris officium su-
scipiendum, ita ad substituendum, licet ad hoc habeat
mandatum.& dic rationem esse, quia hoc casu radicatur
officium in personam suam, quod postea altari commit-
tit, & sic non exercet nudum ministerium; sed si est in-
habilis, tale mandatum recipere non potest. Aut non est
prorsus inhabilis, sed solum propter auctoritatis defe-
ctum, exemplum in religioso, qui non est inhabilis. sed
quia non habet propriam uoluntatem, non potest susci-
pere procurationis officium.& meritò nec potest substi-
tuere ratione prædicta, quia prius radicaretur officium
in personam suam. Sed intercedente superioris auctori-
tate potest, ut hic. Aut non est inhabilis nisi per exce-
ptionem, exemplum in milite, & in clerico seculari, ut l.
ita demum.C.de procura.& quod not.in capit.in nostra.
de procura. & hoc casu potest substituere, quia officium
iam est radicatum in personam suam, nec est elisum per
exceptionis conflictum, meritò potest alium substituere,
facit ad prædicta in arg. bonum.capitul.iudex.de officio
deleg.li.6.sed tu limita hanc glossam, ut notanter limitat
Bar.in l.1.§.per eum.& se.ff.de acq.pos.ubi dicit, prædi-
cta procedere, quando quis constituitur procurator, &
datur sibi simplex mandatum substituendi; sed si consti-
tuitur simplex nuncius ad constituendum procuratorem
pro absente, tunc inhabilitas ipsius nuncii non obstat,
quia exercet hoc casu nudum ministerium, sicut patet in
seruo, qui sibi non potest acquirere possessionem, sed
domino suo, quia hoc casu sufficit purum factum cum
animo acquirendi. nuncius hic simpliciter exponit iudi-
cium domini absentis. facit quod le.& not.in l. cum pa-
ter. §. hæreditatis. de lega.2. & quod ibi eleganter not.
10 Bart.qui per illum text.dicit † quòd licet frater minor
non possit esse executor testamenti. per cle.exiui.de uer.
signif. potest tamen deputari, ut eligat pauperes, in quos
11 fit distributio. & uide ibi plenè per eum. † ego tamen
puto quòd religiosus etiam simplex nuncius non potest
constitui ad constituendum procuratorem sine licentia
abbatis adeo, quòd etiam literam recipere non potest,
ut in capit.non dicatis.12.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Procurator a prælato, rectore, uel quocunque alio beneficiato constitutus pro ecclesia, uel beneficio, reuocatur ipsofacto morte constituentis, etiam re non integra.*
2 *Res integra in iudiciis, & in negociis, quando dicatur.*
3 *Procuratorium quibus casibus duret post mortem constituentium.*
4 *Abbate mortuo, conuentus an possit agere de iuribus pertinentibus ad solum abbatem, & de iuribus communibus?*
5 *Prælati nomine, quo casu contineatur capitulum.*
6 *Prælato translato, deposito, uel alias a prælatura remoto, de quibus iuribus capitulum agere possit.*
7 *Procurator prælati, si eo mortuo aliqua egit, an successor prælatus ea ratificare possit.*
8 *Vicarii officium expirat mortuo eo, qui dedit uicarium; eo uero excommunicato, suspenditur officium.*
9 *Procurator eius, qui postea excommunicatur, interim non potest agere.*
10 *Prælato, qui compromisit, mortuo, expirat compromissum.*

CAPITVLVM IIII.

1 PRocuratorem. ¶ † not.istum text. quia singularis
est in materia sua, quòd procurator constitutus a
prælato, rectore, uel quocunque alio beneficiato
pro ecclesia sua, uel beneficio, reuocatur ipso facto per
mortem constituentis, etiam re non existente integra.
2 † & not.gloss.in uerbo [*Pro ecclesia*] quòd in iudiciis res
dicitur interga ante litem cōtestatam, in negociis autē,
antequā fiant præparamēta ad negocium promouendum,
uide tamen aliam gloss.inst.de man.manda.§.item si adhuc. &
quod legitur & notatur maxime per Innoc.in capitul.in
3 causis.de elect. † uide tamen gloss.super uerbo [*Reuocari*]
quæ discutit intellectum huius cle. & tandem sequendo
Archi.facit tria membra, quòd aut procurator constitui-
tur a prælato & capitulo in causa communi, aut in causa
principaliter capituli, aut in causa prælati tantum, puta
quia bona prælati & capituli sunt discreta, seu diuisa. In
primis duobus casibus non habet locum iste text. immo
durat procuratorium; limitat tamen glo. quòd istis duo-
bus casibus procurator uacāte sede non procedit in cau-
sis, quæ illa uacante tractari non possunt, sed instituto
prælato procedit ex ueteri procuratorio. In tertio uero
4 casu habebit locum hæc cle.† & no.bene conclusionem
gl.nam uidetur limitare dictum Inno.in c.cum dilectus.
de consue.iuncto eo quod ipse not.in cap.2.de in integ.
restit.cuius dicta refert hic gloss. ut mortuo abbate non
possit hic econuentus agere de iuribus pertinentibus ad
solum abbatem, nec etiam de iuribus communibus, quan-
do talia sunt, quæ sede uacante tractari non possunt. &
uide de his, quæ dixi in c.fin.ne sede uac.& in c.edoceri.
de rescrip. Et idem quod gloss.ista, uidetur sentire Paul.
de Liaz. addit tamen unum dictum, quod mihi placet,
dicens quòd si prælatus fuit principalis in constituendo,
siue solus, siue cum consensu, siue consilio capituli, sem-
5 per habet locum hæc constitutio.arg.eo.tit c.fin. † unde
in terminis huius cle.nomine prælati continetur capitu-
lum.7.q.1.c.scire.& dicit hoc placuisse compilatoribus.
secus si capitulum principaliter cōstituit procuratorem
cum auctoritate prælati, uel si constituitur æqualiter a
prælato & capitulo in causa ecclesiæ, ut in cap.unico, ne
6 sede uac.lib.6.¶ † An autem hæc cle.habeat locum præ-
lato translato, deposito, uel alias a prælatura remoto,
uide

uide per domi. de Rota. decis. 354. ubi concludunt, quòd sic; licet enim loquatur in prælato mortuo, procedit tamen in mortuo ciuiliter, quia per omnia eadem est ratio, ut not. in capitul. cum sis. de conuer. coniu. & in l. deo nobis. C. de episc. & cler. † & ibi etiam dicunt, quid si ante dispositionem huius cle. aliqua egit mortuo prælato tanquam procurator, an successor possit illa ratificare. & tandem concludunt, quòd sic, si prælatus mortuus constituit illum procuratorem tanquam prælatus; licet enim expressit nomen proprium, quia uidetur iste egisse nomine prælaturæ, ideo possunt ratificari. ar. in l. licet. ff. de iudic. & uide latius in decisione prædicta. ¶ † Quòd mortuo eo, qui dedit uicarium, expirat officium uicarii; si autem non moritur, sed excommunicatur, suspenditur uicarii officium; ut hic iuncto. capitul. 1. de officio uica. libr. 6. uide gloss. & tene illam menti super uerbo. Contestata. ¶ † Quòd si prælatus, qui procuratorem constituit, excommunicatur, non potest eius procurator agere, ar. in d. capitul. 1. de officio uica. lib. 6. & hic uide gloss. fi. quæ hoc sentit in medio, quam tene menti. ¶ † Quòd mortuo prælato, qui compromisit, expirat compromissum. uide gloss. fin. in fin. & quod not. in capitul. si. de arbi.

DE RESTIT. IN INTEG. Rub.

SVMMARIVM

1 *Ecclesia aduersus lapsum temporis restituitur intra quadriennium, quantum fuit tempus læsionis.*
2 *Tempus restitutionis in integrum est duplex, ad quod scilicet fit restitutio, & infra quod petitur & fit restitutio, an autem sit uniforme, uel uarietur, uide. & nu. 7.*
3 *Restitutionem in integrum si maior petat aduersus lapsum temporis, an semper quadriennium sit sibi dandum.*
4 *Restitutionem in integrum quod quis infra unam diem petere debeat, si in die tantum fuit læsus, intelligitur modico tempore ad præparandum.*
5 *Tempus, ad quod datur restitutio, est uniforme cum iure Canonico, & Ciuili, ut scilicet fiat restitutio pro tempore læsionis.*
6 *Restitutio in integrum quælibet peti & terminari debet infra quadriennium; & hoc est uniforme cum utroque iure.*
8 *Ius dubium declaratur a consuetudine, & fortius a iure Canonico.*
9 *Prælatus etiam sine speciali mandato potest petere restitutionem in integrum nomine ecclesiæ.*
10 *Personæ ecclesiæ si læduntur in suis iuribus non audiuntur petendo rest. in integ.*
11 *Capitulum si læditur in suis iuribus, restituitur in integrum.*
12 *Personæ si principaliter læduntur, & in consequentiam ecclesia, an, & quibus detur restitutio.*
13 *Ecclesiæ an competat restitutio contra præscriptionem 40. annorum.*
14 *Restitutio inducta post quadriennium an teneat.*
15 *Tempus omne dicitur continuum nisi contrarium in lege sit cautum.*
16 *Tempus, ad hoc ut utile currat, tria requiruntur, quæ uide.*
17 *Ecclesia si non probauit in peremptorio, propter quod passa est sententiam, quando incipit currere quadriennium, an à fine termini, an a die sententiæ.*

CAPITVLVM I.

1 AB ecclesia. ¶ † primò tene menti istum text. quia singularis est in materia sua, quatenus dicit, quòd etiam aduersus lapsum temporis restituitur ecclesia infra quadriennium, etiam si minus quadriennio tempus læsionis existat, restituitur tamen ad tantum tempus, quantum fuit tempus læsionis. & in hoc multum gloss. magna laborat hic. † Et ex ea & ex text. collige duas diuersitates temporis. est enim tempus ad quod fit restitutio, & tempus infra quod scilicet petitur & fit restitutio. tempus autem ad quod non est uniforme, sed uariatur secundum quantitatem læsionis. & in hoc nulla dubitatio, ut hic. & idem de iure ciuili, cum maior ex iusta causa restituitur aduersus lapsum temporis, ut est text. in l. sed si & per prætorem. §. quotiens. ff. ex quibus cau. ma. Tempus enim infra quod debet fieri restitutio, olim non erat bene clarum; quia uidebatur quibusdam quòd deberet uariari secundum quantitatem læsionis, ut si læsio fuit per quadriennium, tunc infra quadriennium debet peti in integrum restitutio. si autem fuerit minoris temporis, tunc dicebatur, quòd nō deberet dari integrum quadriennium, sed solum tantum tempus ad restitutionem petendam, quantum fuit tempus læsionis; de hac materia plenè not. in l. fin. ff. ex qui. cau. ma. & in d. §. quotiens. Hodie autem ad hanc concertationem eui tandam emanauit dispositio huius cle. quæ declarat dandum esse quadriennium, licèt læsio fuerit minoris temporis. & sic tempus infra quod, est uniforme; datur enim semper quadriennium, & hoc indubitatum hodie in ecclesia, ut hic; & in hoc est iste text. singularis, ut prædixi. 3 † sed remanet dubium, an idem sit in maiori petenti restitutionem aduersus lapsum temporis. Ioan. Andr. in gloss. magna hic sentit quòd sic. & uidetur hoc habere pro indubitato per istum text. & nititur respondere ad motiua aliorum. Sed tu uide Bartol. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex qui. cau. ma. in uer. uenio ad tertium, ubi concludit contrarium per istum text. dicens istum text. ponere specialitatem in ecclesia. in aliis autem remanet secundum eum opin. glossatorum iuris ciuilis & sequentium, quam ego supra retuli: datur igitur hic quadriennium fauore ecclesiæ, & uide ibi latius per Bartol. secundum quem licèt debeat peti infra tantum tempus, quantum fuit tempus læsionis, terminari tamen debet infra quadriennium, ut ibi notatur. ¶ 4 † Non obstat secundum eum inconueniens gloss. quod gloss. hic inducit, ꝙ infra unam diem habeat quis petere in integrum restitutionem, si in die duntaxat quis fuit læsus; quia debet intelligi secundum eum, quòd infra unam diem, scilicet subducto quodam modico tempore, quod datur ad præparandum se. ut not. in d. §. sed quòd simpliciter. uide Bald. in l. fi. C. de tem. in integ. resti. ubi transit cum Bar. Bar. tamen ibi dixit, quòd canonistæ aliter dicunt hic. & credit eos bene dicere. 5 † Conclude igitur istum text. cum gloss. magna, & materia sua sic, quòd duplex est tempus, scilicet tempus ad quod scilicet datur restitutio, & istud est uniforme secundum utrunque ius, ut supra dixi; fit enim restitutio ad tempus læsionis, ut hic. & in 6 d. §. quotiens. † Secundum tempus est infra quod, & istud duplex est. nam quoddam est, quod datur ad postulandum & terminandum, & illud etiam est uniforme secundum utrunque ius; debet enim quælibet restitutio peti & terminari infra quadriennium, ut hic in uerbo finiri. & in l. fin. C. de tempo. in integ. restitutio. † 7 Quoddam autem est tempus, infra quod debet proponi, & tunc aduerte. Aut petitur restitutio aduersus contractum, uel quasi, uel aduersus sententiam, & datur secundum omnes quadriennium. ut in d. l. fin. C. de tempo. in integ. restitutio. & in capitul. 1. & 2. eodem titul. libr. 6. Aut aduersus lapsum temporis, puta in decendio, quod datur ad appellandum, uel in præscriptione, ut si quis fuit absens causa rei publicæ per mensem tantum, & tunc in ecclesia est clarum, ut sit uniforme, scilicet quadriennium: ut hic. in alio uero ab ecclesia, sunt opinio. ut supra dixi. opinio. Bartol. uidetur æqua prima fronte; ut tempus negligentiæ sequens cessante impedimento absorbeat tempus impedimenti. Sed opinio gloss. nostræ forte uerior est; quia, ex quo quadriennium datur indistinctè ad postuladum & terminandum,

non debet esse uis quandocunque proponatur, ex quo inter utrunque tempus non exceditur quadriennium. Præterea ex quo in priuato nô habemus in hoc ius clarum, immo de iure ciuili uariæ sunt opin. ut patet ex illa gloss. & de iure canonico est clarum in ecclesia. Idem ergo dicamus in aliis consimilis rationis, cum text. non fundat se hic super fauore ecclesiæ. facit quod in simili not. in c. 8 Raynaldus. de testa. † Præterea si ius dubium declaratur ex consuetudine, ut in c. cum dilectus. de consuet. & l. si de interpretatione. ff. de leg. fortius in dubio recurrendum est ad ius canonicum, quod est maioris auctoritatis, quàm consuetudo. & hæc not. quia canonistæ satis 9 leuiter se solent expedire. ¶ † Quòd prælatus etiam sine speciali mãdato potest petere restitutionem in integrum nomine ecclesiæ. gloss. 2. hic quam bene notabis, extendit enim c. edoceri. de rescrip. ut prælatus possit agere pro iure ecclesiæ, & in casibus in quibus requiritur alias spe-10 ciale mandatum. l. illud. ff. de mi. cum simil. ¶ † Quòd si personæ ecclesiæ læduntur in suis iuribus, non audiuntur petendo in integ. restitut. uide gloss. 2. & tene menti. 11 † Quid autem si læditur capitulum in suis iuribus. uide per Innoc. in c. si. de præbẽ. ubi tenet in fi. sui apparatus, capitulum restituendum, quod not. & idem dic in quolibet loco pio: ut not. Ioan. Andr. in c. 2. eodem titul. lib. 6. facit optime. l. omnia priuilegia. & quod ibi not. Bartol. 12 C. de episc. & cler. † Quid autem si principaliter læduntur personæ, & inconsequentia ecclesia, uide quod not. 13 Ioan. And. in c. ueniens de transac. ¶ † An contra præscriptionem. 40. annorum competat ecclesiæ restitutio, uide gloss. in uerbo. [*Lapsum temporis*] in fin. quæ uidetur dubitare, & potius inclinat in partem negatiuam remittens ad c. auditis. de præscrip. ubi plenè not. & uide 14 quod ibi dixi. † An teneat restitutio indulta post quadriennium. uide gloss. in uerbo. [*Finiri*] quæ uidetur dubitare & inclinare in partem negatiuam. & tene gl. men-15 ti, quia nescio similem in iure canonico. ¶ † Quando tempus dicatur continuum, & quando utile. uide bonam gloss. in uerbo. [*Continuum*] & adde gloss. iuris ciuilis super rubrica. ff. de diuer. & tempo. præscrip. quæ dicit, quòd regulariter omnia tempora sunt continua, nisi inueniatur in lege contrarium cautum, & facit quod not. 16 Ioan. And. in c. super eo. de appel. † dic etiam, ut ad hoc tempus utile currat, tria sunt necessaria, uidelicet quòd habeat experiẽdi potestatem per se uel alium. Item quòd habeat facultatem conueniendi reum per se, uel alium respondentem. Item quòd ius reddendi copiam, ut not. gloss. in l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & in §. rursus 17 insti. de act. ¶ † Si ecclesia non probauit in peremptorio, propter quod sententia fuit contra eam lata, quando incipit currere quadriennium restitutionis petendæ, an a fine termini, an a die sententiæ. uide gloss. in uerbo a tempore læsionis, cui plus uidetur placere, quòd a tempore sententiæ quàm a fine termini.

DE IVDICIIS. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium per primam citationem confirmatur & perpetuatur, & præuenitur iurisdictio.*

2 *Citatio an necesse sit ut perueniat ad partem, uel sufficiat quòd emanauerit a iudice.*

3 *Clausula, quæcunque persona &c. in dispositione etiam odiosam, posita includit quamlibet personam quacunque dignitate ecclesiastica, uel mundana præfulgentem, etiam Imperiali & Regali.*

4 *Papa ex certa scientia potest citare hominem quantumcunque remotum.*

5 *Papa potest per edictum citare remotum, quamuis de æquitate facere non debeat*

6 *Dies iouis septimanæ sanctæ, & dies Ascensionis computantur inter dies solennes.*

7 *Iudex inferior Papa non potest regulariter citare per edictum.*

8 *Commissarius per edictum citare non potest per mandatum a Papa de citando factum, nisi specialiter & ex certa scientia mãdet.*

9 *Ex certa scientia illud fieri dicitur, quod non fit per ignorantiam, uel per errorem; unde talis clausula non requiritur in dispositione Principis.*

10 *Citatio de iure communi debet fieri personaliter ad domum, & requirendi sunt amici, ordine successiuo.*

11 *Mandare, & iubere parificantur in dispositione Principis.*

12 *Ecclesia maior appellatur ecclesia matrix.*

13 *Citatio personalis quemadmodum constituit uerũ contumacem, ita citatio per edictum in casibus huius Clem.*

14 *Præsertim, in dispositione odiosa stat pro, maxime, & non pro tantum.*

15 *Citatio per edictum an fieri possit contra impedientem ne citatio ad eum perueniat, nisi Papa hoc ex certa scientia mandauerit. & nu. 16.*

CAPITVLVM I.

1 DVdum. ¶ † etiam per primam citationem confirmatur iudicium & perpetuantur, & præuenitur iurisdictio, uide gloss. in clem. 1. in uerbo. [*Citationes.*] Item dic quo ad litis pendentiam inducendam, de quo uide gloss. in clem. 2. ut lite pendente, in 2 uerbo [*Et ad partem.*] & ibi not. † An & quando sit necesse ut citatio perueniat ad partem, uel sufficiat, quòd a iudice emanauerit, & uide etiam quod not. in capitul. 3 proposuisti. de foro competen. ¶ † Quod hæc uerba, quæcunque persona & cætera, in dispositione etiam odiosa, posita includunt quamlibet personam cuiuscunque sit status, dignitatis, uel præeminentiæ ecclesiasticæ, uel mundanæ, etiam si imperiali uel regali præfulgeat dignitate. uide text. in d. clemen. 1. iuncta gloss. 4 in uerbo. [*Quibuscunque*] iuncta gloss. ¶ † Papa potest citare ex certa scientia hominem quantuncunque remotum, cum sit uicarius illius, cuius est terra, & plenitudo eius. text. iuncta gloss. in uerbo [*Vndecunque*] 5 in d. clemen. 1. † Et quòd plus est probatur ibidem, quòd potest citare taliter etiam per edictum ad instar edictorum in albo prætoris propositorum. de æquitate tamen hoc regulariter facere non debet ut in d. clemen. 6 coniungendo principium cum uer. quia uerum. † Dies iouis septimanæ sanctæ, & dies ascensionis computantur inter dies solennes. uide text. iuncta gloss. in uerbo 7 solennes. in d. clemen. 1. ¶ † Iudex inferior papa regulariter non potest citare per edictum. uide gloss. iuncto 8 textu in uerbo papa in eadem clemen. ¶ † Per generale mandatum de citando a papa factum non potest commissarius citare per edictum. sed requiritur, quòd papa specialiter & ex certa scientia hoc mandet. uide gloss. iuncto text. in dicta clemen. 1. in uer. specialiter. 9 ¶ † Quòd illud dicitur fieri ex certa scientia, quod non fit per ignorantiam, uel per errorem. ex quo singulariter infertur non esse necesse, ut hæc clausula exprimatur in dispositione. satis est enim quòd appareat de certa scientia disponentis, quod clarius tenet Innocen. in capitul. præsenti. quod hodie incipit, statutum, de rescript. libr. 6. uide gloss. in hac clemen. 1. in uerbo ex certa scientia. & tene istam menti. & latius dixi in clem. 10 & sit principalis, de rescrip. ubi uide. ¶ † De iure communi citatio debet fieri personaliter, uel ad domum, & requirendi sunt amici, uide gloss. in clemen. in uerbo ex certa scientia in fin. & intellige ut primò fiat personaliter, si fieri potest, ut not. in capitul. causam quæ. de de dolo & contumac. & in l. 4. §. ait. ff. de damno infect. & an necessario requirendi sunt amici, quando persona haberi non potest, sunt opiniones. de quo dic ut plenius dixi in dicto capitul. causam. ubi uide in lect.

In

11 ¶†In dispositione principis, mandare, & iubere, parificantur. vide gl. in uer. [*Mandante*] in eadem cle. 1. ¶†Ecclesia maior appellatur ecclesia matrix in loco, licet nõ sit cathedralis; exemplum in oppido, seu uilla, uide glo.
12
13 iũcto tex. in uer. [*Maioris*] & in cle. 1. de sen. exc. ¶†Quod quemadmodum citatio personalis constituit uerum cõtumacem, ita citatio per edictum in casibus huiusmodi
14 cle. primæ. vide gl. in uer. [*Personaliter*.] ¶†Quod dictio, præsertim, etiã in constitutione odiosa restringibilis stat pro, maxime, & non pro, tantum. vide hic tex. iuncta gl.
15 in uerbo [*Restringimus*] & tene menti. ¶†Quòd etiam cõtra impedientem ne citari possit uel contra eum ante domicilium tutò adiri non potest, non debet fieri citatio per edictum, nisi papa ex certa scientia committens citationis modum æstimet talem impedire, uel eius domicilium tutò adire non posse. hoc aperte uoluit glo. relata ad tex. in d. cle. 1. in uerbo, non possunt. Sed aduerte, q̃ a meo iudicio multum in contrarium facit text. in c. quoniam frequenter. §. porro. iuncta glo. in uerbo, siue ꝙ impedit, ut lite non contesta. ubi uidetur probari, ꝙ contra se occultantem, uel impedientem, ne citatio ad eum per ueniri posset, potest quilibet iudex procedere citatione per edictum facta, & facit quod no. Inn. in c. ad petitio-
16 nem, de accusa. ¶†Idem uidetur dicendum de illo, propter cuius metum, uel potentiam citari non potest ad locum domicilii. ar. in cle. causam. §. uerum, de elec. lib. 6. adde bo. tex. in cle. 1. de fo. compe. post prin. ergo uidetur, ꝙ ista cle. temperata, ut hodie habetur, nihil noui inducat, potest dici, ꝙ ista clemen. loquitur de citatione in curia romana per edictum de homine, quantumcunque remoto, ut in casibus hic expressis, papa ex certa scientia mandante, habeat talis citatio uim citationis personalis, alij autem iudices sine licentia papæ non possunt ita a remotis citare, sed procedere, prout no. in iuribus alle. pro contrariis.

SVMMARIVM.

1. *Rector hospitalis dicitur habere officium.*
2. *Monachatus an sit officium.*
3. *Officium quid sit.*
4. *Canonicatus appellatione uenit canonicatus etiam regularis.*
5. *De ecclesia cum agitur ut de proprietate, illa quæstio nõ dicitur beneficalis.*
6. *Beneficialis causa non dicitur cũ agitur ad remotionem a beneficio propter crimen; secus, si ꝓpter fœdus matrimonij spiritualis.*
7. *Decimalis causa quæ dicatur.*
8. *Decimas fructuum prædiorum non soluentes quomodo sint compellendi, ut euitentur litigia.*
9. *Vsuraria quæstio quando dicatur, & quando non.*
10. *Vsuræ an possint repeti coram iudice seculari, an uero coram ecclesiastico tantum.*
11. *Vsuraria quæstio non solum quando agitur, sed etiam si petitur relaxari iuramentum de eis soluendis, procedi potest simpliciter & de plano.*
12. *Iudici quando aliqua facultas datur, non tenetur illam exercere ex partium petitione, sed ad beneplacitum suum.*
13. *Ordo iudiciarius in dubio debet seruari.*
14. *Constitutio faciens mentionem de præsentibus & futuris, quando extendatur ad pendentia.*

CAPITVLVM II.

1 DIspendiosam. ¶†Rector hospitalis dicitur habere officium, unde appellatione officiorũ ueniũt hospitalia. vide bo. gl. in uer. [*Beneficiis*,] in prin.
2 in d. cle. dispendiosam. ¶†Monachatus est officium, unde dispositio loquens de officio, comprehendit etiã monachatum. vide gl. præalle. in uer. [*Beneficiis*] ego dubito an hoc dictum sit uerum, tum quia monachatus potius est quoddam uotum, quàm officium, ut not. per doct. in cle. 2. de rescrip. tum quia officium non capitur hic ita large. nam officium, & canonicatus, ponuntur hic in tex. ut diuersa; & tñ canonicus habet maiorem potestatem,
3 quàm monachus, † quare puto ꝙ hic capiatur officium, prout diffinitur per Archi. in c. j. de cõsue. li. 6. uidelicet, ꝙ est administratio rerum ecclesiasticarum sine iurisdictione; & ponitur hoc ultimũ, ut differat a dignitate, exemplum in officio sacristæ, uel custodis, & similis; sed si ageretur de monachatu ecclesiæ cathedralis, posset tunc in eo hæc decre. habere locum, quia talis monachus potest appellari canonicus, ut est text. notabilis iuncta gl. in c. 2. 58. dis. æquitatem tamen habet dictum huiusmodi gl. ut sicut cum agitur de iure canonicatus, obseruatur ista clem. ita cum agitur de iure monachatus, consimili ra-
4 tione. ¶†Appellatione canonicatus, uenit canonicatus etiam regularis. vide glo. præalle. in uerbo [*Beneficiis*] in
5 dicta clem. dispendiosam. ¶†Cum agitur de ecclesia, ut de proprietate, non est quæstio illa beneficialis; & ideo appellatione causæ beneficialis, non uenit talis causa, secus si fieret mentio de causa ecclesiarum, est enim causa ecclesiæ, licet non sit beneficialis. uide d. gl. in uerbo [*Be-*
6 *neficiis*.] ¶†Non dicitur causa beneficialis, cum agitur ad remotionem a beneficio propter crimen; secus si agitur ad remotionem, quia negatur fœdus matrimonij spiritualis. uide glo. præalleg. in uerbo, beneficiis; ego ad hoc allego text. optimum in simili, in c. j. ut lite non contestata. ¶Quòd dispositio clemen. dispendiosam, est correctiua & exorbitans, ideo non est extendenda; uide gl. in uerbo [*Decimis*] in fine, quæ notabiliter facit ad id, quod
4 supra dixi, ut ad monachatum non extendatur. ¶†Causa dicitur decimalis, non solum cum agitur contra obligatum ad solutionem decimarum, sed etiam cum agitur inter duas ecclesias super ipsarum decimarum proprietate. uide glo. præalle. in uerbo [*Decimis*] quam no. ex qua infert, ꝙ in utroque casu sit locus prouisioni huius cle.
8 ¶† Potest generalis excommunicatio ferri contra non soluentes decimas fructuum prædiorum, quæ habentur in parochia; & postea non soluentes potest ecclesia petere denunciari. uide bonam glo. in uerbo [*Præmoniti*] & est hæc bona practica ad euitandum litigia, & contra pertinaces potest inuocari auxilium brachij secularis. ut not. in glo. sequenti, quæ incipit [*Coerceri*] & est bonus
9 tex. in c. postulasti. alle. in ea. ¶† Quæstio dicitur usuraria, cum actor deducit illam ut usurariam, licet reus neget; secus, si actor simpliciter petit debitum, & reus dicat illud usurarium, & stat in meris terminis exceptionis; si autem excipit, & petit contractum declarari usurarium, dicitur tunc quæstio usuraria, & habet locum ista clemen. dispendiosam. uide gloss. in uerbo [*Vsuris*] & not. eam, quia facit ad cognoscendum generaliter qualitatem iudicij, cum est contentio inter actorem, &
10 reum. ¶†An coram iudice seculari possint usuræ repeti, an uero coram ecclesiastico duntaxat, uide gloss. in uerbo [*Vsuris*,] quæ ponit opiniones; & uidetur tandem inclinare, quòd coram iudice ecclesiastico tantum. tu uero uide, quod plenissime dixi in cap. cum sit gene-
11 rale. de foro compe. ¶†Non solum cum agitur quæstio usuraria principaliter, sed etiam si petitur relaxari iuramentum de eis soluendis, procedi potest simpliciter &
12 de plano &c. no. glo. in uerbo [*Tangentibus*.] ¶ † In casibus hic expressis est in iudicis facultate seruare iudiciarium ordinem, uel non, etiam partibus inuitis, glo. in uerbo [*Valeat*.] Ex qua nota. quòd quando datur in aliquo iudici facultas, non tenetur iudex illam exercere partium petitione, sed ad beneplacitum suum.
13 uide quæ dixi in cap. exceptione. de exceptio. ¶†Vbicunque dubitatur, an constitutio ista locum habeat, consulitur iudici, ut seruet ordinem iudiciarium; quia hæc pars tutior est, uide gloss. in uerbo [*Valeat*.] ¶Con-

14 ¶† Conſtitutio ſeu diſpoſitio faciens mentionem de futuris & præſentibus, non extenditur ad pendentia per appellationem, no.gl.fi.hoc uerum, niſi conſtitutio, ſeu diſpoſitio daret modum procedendi tantum; tunc enim, etiam ſi non fieret mentio de præſentibus, nihilominus conſtitutio de ſui natura reſpiceret pendentia quo ad fienda, ut no.hic eadem gl.fi. & idē not.in c.licet canon. de elect.lib.6.

DE FORO COMPETENTI. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Inferiores epiſcopis de ſuis ſedibus expulſi nequeunt contentioſam exercere iuriſditionē eis cōpetentem in alienis diœceſibus.*
2 *Priuilegium conceſſum epiſcopis, an & quando dicatur cōceſſum electis & confirmatis.*
3 *Dimidia licet contineatur nomine partis, attamen quando adiicitur hoc uerbum, aliqua, tūc uerificatur in qualibet particula.*
4 *Priuilegium epiſcopo, ut aliquid in ſua diœceſi poſſit, ubi conceditur, illud poterit explicare in loco exempto ſuæ diœceſis.*
5 *Exempti ſunt ſubditi ordinariorum in multis caſibus.*
6 *Epiſcopi nō poſſunt reddere ius, niſi in locis inſignibus, et quare.*
7 *Priuilegium conceſſum expulſis habet locum in uenientibus ad propria loca non admiſſis.*
8 *Procuratorem conſtituere quis non cogitur in cauſis arduis, etiā ſi conueniatur occaſione ſuæ culpæ contra eccleſiam & epiſcopum commiſſæ.*
9 *Citatio quo caſu die feriata fiat, dum populus conuenit ad diuina.*
10 *Epiſcopus non pōt regulariter exercere iuriſditionē in aliena diœceſi inter ſuos ſubditos inuitos, ēt de licentia epiſcopi loci; & quando poſſit.*
11 *Subditorū epi appellatio ueniunt nedū clerici, ſed etiam laici.*
12 *Epiſcopus an poſſit cognoſcere in aliena diœceſi, extraneo agente contra ſubditum ſuum.*
13 *Subditorū appellatione non ueniunt illi, qui ſortiūtur forū rōne delicti, uel cōtract. s. ſed rōne domicilii tātū, lice. ſecus large.*
14 *Iuriſditio quot modis ſumatur.*
15 *Diœceſanorum appellatione qui ueniant.*
16 *Vicarius ex generali officialatu non poteſt dare extraneo licentiā exercendi iuriſdōnem inter ſubditos ipſius nolētis exercere.*
17 *Licentiam ubi quis petere, & non conſequi, tenetur, pōt procedere abſque requiſitione licentiæ, ſi eius præſentiam habere nō pōt.*
18 *Epiſcopus delinquens in diœceſi aliena, poteſt per epiſcopum diœceſum puniri.*
19 *Epiſcopus diœceſanus occaſione contractus uel rei, poteſt exercere iuriſditionem in alium epiſcopum.*

CAPITVLVM I.

1 QVamuis. ¶† Inferiores epiſcopis de ſuis ſedibus expulſi nequeunt exercere iuriſdictionem contentioſam eis competentem in alienis diœceſibus. Quod eſt dicere, ꝙ iſta clem.1.non habet locum in inferioribus prælatis, cum ponat indulgentiam epiſco- 2 pis conceſſam.not.hic gl.in uer.[*Epiſcopis*] ¶† Electus in epiſcopum & confirmatus, licet nondum ↄſecratus, gaudet priuilegio huius cle.notanter ponit hic glo.in uerb. [*Epiſcopis.*] Ex qua ſingulariter not. ꝙ priuilegium conceſſum epiſcopis, uidetur indultum etiam electis & confirmatis; aduerte, quia ↄtrarium uidetur uelle gl. in cle. 2.de cele.miſ.in uerbo [*Pontificum*] quæ concludit, ꝙ priuilegium conceſſum pontificibus, non uidetur indultum electis & confirmatis, adhuc.n.ante conſecrationem nō poſſunt dici pōtifices ſeu epiſcopi, ut in c.tua.de his quę fi.a pręla. & clarius in c.inter corporalia, de tranſla.prælа.ſed concordando poteſt dici, ꝙ aut ſumus in caſu, in quo eadem prorſus eſt ratio in electis confirmatis, quæ quæ eſt in conſecratis; & tunc diſpoſitio ēt priuilegiatiua loquens de epiſcopis, ſeu pōtificibus, habet locū ēt in electis & ↄfirmatis tm̄, ut hic, & uidetur tex.bonus, in c. inter corporalia, in 2.col.de tranſla. præla. datur.n.hic iſta indulgentia in fauorē epiſcopalis iuriſditionis, quæ ita competit electis & confirmatis, ſicut conſecratis.ar. in c.tranſmiſſam. de elec.ſecus ubi non concurrit prorſus eadem ratio; puta quia ad decorem dignitatis epiſcopalis aliquid indulgetur epis, certe non extenditur iſtud priuilegium ad electos, & confirmatos tm̄, cum ipſi nondum habeant dignitatē epiſcopalē.d.c.2.de tranſla.prælа.& ſic loquatur gl.contraria, & hic no. 3 ¶† Quanquam nomine partis contineatur dimidia, attamen quādo additur hoc uerbū, aliqua, tunc uerificatur in qualibet particula, & reſtringitur eius ſignificatum per illud uerbum adiectum; ad hoc uide bo.gl.in uer.[*Aut earum parte*] & 4 tene illam menti. ¶† Exemptus locus dicitur eſſe in diœceſi epiſcopi, & pars ipſius.vide tu ad hoc bonū text. cū ibi notatis in c.grauem.de offi.or.& ſic uidetur, ꝙ ſi cōceditur epiſcopo priuilegium, ut aliquid poſſit in diœceſi ſua facere, ꝙ illud poterit explicare in loco exempto ſuæ diœceſis.vide hic tex.iun.gl.in uerbo [*Aut earum par*- 5 *te*] poſt principium. † Exempti ſunt quo ad aliqua ſubditi ordinariorum locorum, in quibus degunt.vide gl.pñl. ſuper uerbo [*Aut earum parte*] in fi.& uide multos caſus, in quibus exempti ſunt ſubditi ordinariis in clem. 2. de pœ.& remi.in fi.iuncta gl. & per gl.in cle.2.de ſepul.in uerbo [*Inſtante.*] Et uide tex.in d.cle.2. de pœ.& re.& de teſta.c.1.de ſta. re.c.2. de reli.do.c.2. de iurepat.c.1. quandoque non punit, ſed iuris pœnam duplicat, ut in cle.1.de priui.quandoque non punit, ſed abſoluit. de ſepul.c.1.quandoque circa loca dat ſolum iuriſditionē.de ſup.neg.præla.c.uno, de ſepul.c. 2.generalius datur iuriſditio contra eos.de ſepul.c.1.lib.6. ¶ In expulſione epiſcopi de propria ſede iniuria irrogatur eccleſiæ ſuæ, quam poteſt ipſemet hac ratione uindicare, uide tex.ſingularem hic in uer.[*Ne iniuria*] iuncta gl.in uerbo [*Eccle*- 6 *ſiis.*] ¶† Epiſcopi non poſſunt reddere ius niſi in locis inſignibus, in quibus.ſ.poſſit haberi peritorum copia, & intelligo, qn̄ cauſa talis eſt, quæ ad ſui diſcuſſionē peritis uiris indigeat.ad hoc facit optime in ar. iſte tex.poſt prin.in uer.[*Locis inſignibus.*] nam ſi talem locum debent eligere in aliena diœceſi, fortius hoc debent facere in propria.& pro hoc gl.in c.cum epiſcopus, in uerbo, loco.de offi.ord.li.6.ubi gl.ſupplet honeſto.ſ.non.n.eſt honeſtū tractare cauſas arduas in locis non inſignibus, & hoc ſingulariter no.ad limitationem dicti.c.cum eps, & ad extenſionem.c.ſtatutum, in prin.de reſcrip.li.6.& fa- 7 cit gl.in uerbo [*Moram traxerint.*] ¶† Priuilegium conceſſum expulſis, ſeu ſpoliatis, habet locum non ſolum in his qui realiter, dum poſſident, fuerunt expulſi, ſed etiam in illis qui uenientes ad propria loca non admittuntur. vide hic glo.in uerbo [*Expulſores*] & quod not.gl. in c.olim 8 primo, de reſti.ſpo. ¶† In cauſis arduis non cogitur quis procuratorem conſtituere, etiam ſi conueniatur occaſione ſuæ culpę, etiam contra eccleſiam, & epiſcopum commiſſæ.vide tex.iuncta glo.in uerbo [*Fautoribus*] quam no- 9 tabis. † Vide hic caſum ſpecialem, in quo fit citatio die feriata, etiam dum populus conuenit ad diuina. & uide gl.in uerbo [*Feſtiuis,*] & ratio ſpecialitatis ponitur in litera iſta, ut ſcilicet facilius talis citatio, quæ fit per edictū, poſſit peruenire ad notitiam citati. Ex hoc poſſet dici, idem dicendū, ubicunque expediret talem citationē fieri ēt in aliis cauſis, & pro hoc uide gl.in cle.cauſam, in fi.de elec.in uerbo ſolenniter uolumus. & adde hic gl.q 10 hic ſequitur ſuper uerbo [*Ad diuina.*] ¶† Non pōt eps de iure communi regulariter exercere iuriſditionem in aliena diœceſi inter ſuos ſubditos inuitos, ēt de licentia epiſcopi loci, ſed conſentientibus ſubditis, & de licētia epiſcopi loci ſic.vide hic gl. in uerbo [*Indulgemus,*] & idem not. 11 gl.in c.ut litigantes, de offi.or.lib.6.quod no. ¶† Appellatione ſubditorum epiſcopi ueniunt nedum clerici, ſed etiam laici. ſunt enim ſubditi quo ad ſpectantia ad forū eccleſiaſticum.vide hic tex.iuncta gl.in uerbo [*Subditos*] ego allego tibi text. ſatis apertum in c. irrefragabili in principio, de offi.or. & no. ꝙ hoc procedit etiam in diſpoſitione

ſpoſition e exorbitanti, & per conſequens reſtringibili, 12 qualis eſt iſta diſpoſitio,ut no.gl.ſtatim allegata. ¶ † An autem in caſu huius cle.primæ poſſit epiſcopus cognoſcere in aliena diœceſi extraneo agente contra ſubditũ ſuum.glo. hic præal.in uerbo [*Subditos*] Concludit quòd non ; quia tex.dat indulgentiam cognoſcendi inter ſubditos, & ſic oportet quòd ambo ſint ſubditi. Ex qua gloſſ.nota. quòd actor extraneus litigando coram alieno iudice per illum actum litigij, non efficitur ſubditus; hoc mihi placet, ſed principale dictum eſt ſatis durum, cum ratio diſpendii propter defectum iuſtitiæ hic allegata, pariter militet contra extraneos, qui uolunt conuenire ſubditos expulſi, ſicut contra ipſos ſubditos. litera tamen ad corticem facit pro glo. ¶ † Appellatione ſubditorum non ueniunt illi, qui ſortiuntur forum ratione delicti, uel contractus, ſed ſubditi ratione domicilij. vide gloſſ.notabilem in uerbo [*Subditis*] in fine.large tamen dicuntur omnes ſubditi, de quo uide bon.gl. in cap. nuper.de ſenten. excommu. & eſt quinta in ordine,& facit tex.iuncta gloſſ.in cap.a nobis il primo.eo. titu.in materia ergo reſtringibili appellatione ſubditorum non ueniunt hi, qui ſortiuntur forum ratione delicti,uel contractus,ut hic. ſecus in materia non reſtringibili,ut in d.cap. a nobis. & hic not. ¶ † Quanquam iuriſditio ſumatur, quandoque ut genus, quandoque ut ſpecies, iuxta plene nota.per Barto.in l.imperium.ff.de iuriſdictio. om. iudic. attamen quando adiicitur uerbo, omnimoda, ſumitur ut genus, ut comprehendat ſub ſe omnem ſpeciem iuriſdictionis, ut merum & miſtum imperium, & ſimplicem iuriſdictionem, & tam eccleſiaſticam quàm ſecularem. vide bonam gloſſ.in uerbo [*Omnimodam.*] ¶ † Appellatione diœceſanorum ueniunt omnes habentes iuriſdictionem epiſcopalem,uel quaſi,in loco illo, vide glo. in uerbo [*Diœceſanis*] in prin. Et not.illam ſingulariter,quatenus dicit, [*Vel quaſi*] vult enim per illud,in uerbo,& ſequentia, quòd non ſolum ueniunt epiſcopi,ſed etiam inferiores habentes in illo loco iuriſdictionem quaſi epiſcopalem,id eſt competentem epiſcopis, dummodo habeant illam in illo loco excluſis epiſcopis, ut ſingulariter uult hic gloſſ. quam neſcio alibi. Nam in aliis locis uoluit gloſſ.ut ſolum uenirent epiſcopi.ut not.in clemen.1. de iure patro. in uerbo [*Diœceſanis*] & in clemen.1.in prin.de uita & honeſta.clerico.ſed limita illas gloſſ.ſecundum iſtam. habentes ergo iuriſditionem quaſi epiſcopalem in loco excluſis epiſcopis poſſunt dici diœceſani illorum locorum, & not. ſingulariter,quòd etiam poſſunt dici ordinarii,ut no.glo.in c.ordinarii.de offic.or.lib.6.& aliæ gloſſ.ſuperius allegatæ. ¶ † Vicarius epiſcopi ex generali officialatu non poteſt dare extraneo licentiam exercendi iuriſditionem,etiam inter ſubditos ipſius uolentis exercere.vide gloſſ.in uerbo [*Diœceſanis*] non ergo poteſt uicarius quæ epiſcopus. unde in his,quæ non conſiſtunt in iuſtitia miniſtranda, ſed potius in gratia impendenda, adeundus eſt epiſcopus,& non uicarius,& facit quod not. in c. ſi epiſcopus in prima gloſſ. de pœni. & remi. lib.6. & hoc intellige, cum epiſcopus eſt in diœceſi, uel circa illam. ſi autem eſt longe abſens,ſentit iſta gloſſ.quòd poteſt haberi recurſus ad uicarium.quod ego intelligo in caſu huius.c. ſecus puto ubi mera gratia eſt facienda. argu. optimum c.ſi.de offi.uica.lib.6.& in c.ſtatutum de præben. eo.lib. ¶ † Vbicunque quis habet petere alicuius licentiam in aliquo actu,& non tenetur eam conſequi, ſed ſolummodo petere,ſi non poteſt habere præſentiam illius, poteſt procedere abſque requiſitione licentiæ, & dicitur non poſſe habere præſentiam,ſi eſt longe abſens. vide gloſſ. præal.in uerbo [*Diœceſanis,*] & optime facit per locum a ſimili.c.unicum in fi.ne ſe.ua.lib.6.& faciunt hæc ad ea, quæ habentur in c.licet.de regula. ¶ † Epiſcopus delinquens in diœceſi alterius epiſcopi, poteſt per epiſcopũ diœceſanum puniri.vide hic gloſſ. in uerbo [*Procedant.*] ¶ † Idem dic ratione conſimili,ut occaſione contractus, uel rei,poſſit epiſcopus diœceſanus exercere iuriſdictionem in alium epiſcopum. & uide ad hoc quod dixi in c.ſane.de foro compe.

DE CAVSA POSS. ET PROPRIE. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ beneficialis appellatione comprehenditur quælibet quæſtio, ſiue ſit de maiori,ſiue de minori beneficio, dummodo agatur reſpectu tituli,ſecus ſi de eccleſia.*

2 *Petitorium ſuſpendere,& intentare poſſeſſorium non licet in quacunque appellatione,et beneficiali, niſi ea deuoluatur ad papã.*

3 *Actor an poſſit ſuſpendere poſſeſſorium, & intentare petitorium, ſicut poteſt econuerſo.*

4 *Agens poſſeſſorio recuperandæ in cauſa beneficiali, an teneatur probare titulum, ſeu iuſtificare poſſeſſionem ex titulo.*

CAPITVLVM I.

CAuſa. ¶ † Appellatione cauſæ beneficialis comprehenditur quælibet quæſtio, ſiue ſit de beneficio maiori,ſiue minori, dummodo agatur de beneficio reſpectu tituli; ſecus ſi agatur de eccleſia, ut de proprietate. vide hic gl.ſuper uerbo [*Beneficiali,*] & quod no.in cle. diſpendioſam,ſupra de iud.† In cauſa appellationis iudicialis uel extraiudicialis, ſiue ſit appellatum ante ſententiam,uel poſt,non licet regulariter ſuſpendere petitorium,& intentare poſſeſſorium,etiam ſi ſit cauſa beneficialis.Fallit cum cauſa beneficialis per appellationem deuoluitur ad papam, ut hic uoluit gloſſ. in uerbo [*Per appellationem.*] ¶ † An in cauſa principali poſſit actor ſuſpendere poſſeſſorium,& intentare petitorium, ſicut poteſt econuerſo.vide glo.hic in uerbo [*Spoliantis*] quæ tamen aperte non firmat. videtur tamen inclinare, ꝙ hoc nõ liceat.de quo latius no. in c.paſtoralis.de cauſa poſ.& proprie. ¶ † An agens poſſeſſorio recuperandæ in cauſa beneficiali teneatur probare titulum, ſeu iuſtificare poſſeſſionem ex titulo.uide hic gl.ſi.quæ quotidie allegatur aperte,tamen non firmat aliquam partium. videtur tamen magis inclinare, ꝙ licet non teneatur ſtrictè probare titulum, debet tamen iuſtificare poſſeſſionem ex titulo.de quo uide tu,quod late dixi in c.in literis.de reſti.ſpo.

DE DOLO ET CONTVMACIA. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Si ante ſententiam qui appellauit, iterum poſt eam latam appellet,non uidetur priori appellationi renunciare.*

2 *In optione appellantis etiam a diffinitiua eſt,proſequi primam uel ſecundam,niſi alio impedimento canonico impediatur; & qui effectus huius appellationis ſit.*

3 *Appellatio ab interlocutoria quatuor modis dicitur manifeſte friuola,quorum quilibet excludit a facultate denuo appellandi.*

4 *Contumax quis dicatur uerus,fictus,euidens,& manifeſtus.*

5 *Contumax uerus in non ueniendo,non appellat,fortius nec euidẽs, ſeu manifeſtus, fictus autem modo prædicto appellat.*

6 *Iudex a quo,& iudex ad quem,qualiter ſe habere debent, cũ contumax prætenſus appellat.*

7 *Appellatio conſiſtit in actu poſitiuo, contumacia, quæ reſultat ex non parendo,conſiſtit in actu neglecto.*

8 *Contumax in non parendo quare appellet, & contumax in non cõparendo non.*

CAPITVLVM I.

SI ante. ¶ † Si is, qui appellauit ante ſententiam, appellet iterum a ſententia diffinitiua contra ſe lata, non per hoc renunciat appellationi prius in-

terpo-

terpositæ. vide hic glo. super uerbo [*Appellare.*] ¶ Sed dices, ad quid ualet appellatio secundò interposita a diffinitiua? quia si pronunciabitur, ꝙ fuit bene appellatum ante sententiam, reuocabitur sententia diffinitiua per modum nullitatis, uel attentati, ut in cap. non solum. de ap. li. 6. Et si apparere potest, ꝙ male fuerit appellatum, apparet illum primò contumacem fuisse, & sic nil reuocabitur, solummodo dic, ut no. in gl. magna prope finē, in uer. [*Sed secundum hoc.*] 2 † Ex cuius solutione bene notabis, ꝙ iterum appellans a diffinitiua non cogitur prosequi primam interpositam ante sententiam, sed potest prosequi secundam; pōt. n. esse multū utile, prosequi potius secundam, quàm primam. forte. n. fuit interposita ad iudicem magis gratum appellanti. Item pōt esse, ꝙ tpe prosecutionis secundæ est lapsum tempus primæ prosequendæ, &c. ut in gl. ꝯclude ergo, ꝙ est in optione appellantis ēt a diffinitiua, prosequi primā, vel secundam, nisi alio impedimento canonico excludatur, ut hic in fi. literæ, & si prosequendo secundam, excipiatur de nullitate primæ, & per ꝯñs de contumacia post appellationē, poterit replicare appellans de iusta appellatione, de qua iudex incidenter cognoscet ad effectum, an sit admittēda secunda, uel non, vt in fi. gl. magnæ, quam no. 3 ¶ † No. ex gl. magna in prin. quatuor modos, per quos quælibet appellatio ab interlocutoria dicitur manifeste friuola, & quilibet illorum modorū excludit a facultate denuo appellandi, & no. singulariter quartum modū, quem nescio alibi nisi hic, videlicet ꝙ si iudex, ad quem, pronunciat causam expressam in appellatione fore falsam, & nō appelletur, dicitur appellans manifeste contumax, nisi cōpareat, quasi tacendo uideatur acquieuisse illi pronūciationi. & intelligo, qñ iudex pronunciauit hoc in præsentia appellantis. nam si ad hoc illum citauit, non tenetur comparere. arg. in c. si a iudice. de ap. li. 6. 4 † Secundò no. principaliter ex gloss. magna quis dicatur uerus contumax, fictus, euidens, & manifestus. in hoc. n. ponit gl. ista multas opiniones, tandem approbat opinionem magis communem, ut uerus contumax dicatur, quē citatio apprehendit, nisi doceat de legitimo impedimēto; & idem dicit in fi. gl. in citato a iure, ut talis etiam dicatur uerus contumax, nisi doceat de impedimento. quia fortius cadit uera ꝯtumacia in citato per ius commune, quod ignorare non licuit, quàm in citato a iudice. & in hoc no. finē gl. singulariter. & uide ad utrunq; dictum quod no. in ca. causæ, de do. & contu. in gl. pe. Euidens seu manifestus cōtumax est, qui nuncio citanti rñdit se nolle uenire; sed an hoc sufficiat dicere extra iudicium, uide tex. singularem iuncta glo. in c. uenerabilibus. §. secus. de sen. excom. li. 6. Fictus uero contumax, quem citatio non apprehēdit, utputa quia fuit citatus ad domum, nec comparuit in termino præfixo, quod limitat glo. nisi iudicialiter probari posset, ꝙ citatio ad eius notitiam peruenit. tunc. n. satis potest dici uerus contumax, nisi probet de legitimo impedimento, quæ no. & satis placent. 5 † ¶ Tertiò ex eadem glo. magna no. ꝙ uerus contumax in non ueniendo, non appellat, fortius nec euidēs seu manifestus; fictus autem modo prædicto appellat. 6 † Not. tamen in hoc nouum & singulare dictum gloss. qualiter iudex a quo & iudex ad quem debent se habere, cum contumax prætensus appellat. Nam iudex a quo, si scit illum euidentem, uel uerum contumacem, appellationi non deferet, sed in causa uel executione procedet. Iudex uero ad quem, appellationē recipiet, & prius de hac præiudiciali cognoscet, an. s. potuerit appellare. Et si causa cognita inuenerit illum manifestum uel euidentem contumacem, uel uerum, siue nō inuentū, qui tamen postea citatum se nouit, nec apparet ipsius iustum impedimentum, pronunciabit appellationem non deuoluere, & in appellationis causa non procedet; si uero apparebit de contrario, pronunciabit appellationem deuoluere. Sed aduerte diligenter, quia gl. ista expressè non respondet ad contrarium, quod formauit de isto tex. in prin. sui. Nam cum tex. iste requirat appellationem debere esse manifestè friuolam, ut appellationem secundam excludat, apparet ꝙ contumacia debet esse manifesta ad exclusionem appellationis. non autem uidetur sufficere uera. Sed dic saluando conclusionem glo. s. factam, ꝙ tex. loquitur non in nuda contumacia in non ueniendo, sed in illa quæ surgit ex appellationis interpositione. Nam potest esse ꝙ appellatio in se non sit omnino iusta, & tamen posset aliquod probabile dubiū appellantis excusare a contumacia, ut sentit glo. prope finem. Item potest dici, ꝙ quando est manifestè friuola, nullo mō admittitur appellatio, nec per iudicem a quo, nec per iudicem ad quem. & sic intelligatur tex. sed si nō est manifestè friuola, iudex illam admittet ad effectum, scilicet cognoscendi, si oppositum fuerit, an fuerit uerus contumax, uel non; utputa quia non habuit iustam causam appellandi, nec aliqua probabilis causa illum a contumacia excusat. uel dic quando quis recedit a iudice per appellationem, & appellatio in ueritate non tenet, aut habuit probabilem causam appellandi, & illa excusat a uera contumacia, & per consequens admittitur ad appellandum. argu. in capitu. sacro. de sent. excom. aut non habuit probabilem causam appellandi, & tunc sua appellatio non potest esse manifeste friuola, & habet tunc locum finis huius text. & ideo text. iste requirit, quòd sit manifeste friuola, & solutio forte melior. 7 † & diuersitatis ratio est, quia appellatio consistit in actu positiuo, nō sic contumacia, quæ resultat, ex non cōparendo, quia consistit in actu neglecto. 8 ¶ † Vltimò not. quia ex gloss. ista magna post principium, quare contumax in non parendo, appellat, secus in contumace in non comparendo. & dic ut in ea. & ex his habes summatam & notatam istam glo. quæ difficilis solet reputari.

VT LITE PENDENTE NIL INNOVETVR. Rubrica.

SVMMARIVM.

1. *Electione sola ad ecclesiam facta, non desinit ecclesia uacare, sed per confirmationem subsecutam sic.*
2. *Beneficia confirmati in curia ad dignitatem, cuius adeptio facit illa uacare, non facit illa uacare in curia.*
3. *Beneficia electi in episcopum & in curia consecrati non uacant in curia, & per consequens non possunt illo consentiente conferri.*
4. *Beneficia, quorum possessionem tempore consecrationis habebat episcopus, uacant in curia, in qua fuit consecratus.*
5. *Consecratus consentire non dicitur, licet sciat Papam sua priora beneficia contulisse, etiam si fuisset præsens in actu collationis.*
6. *Beneficium in curia per procuratorem renunciatum, uacat in curia, & quare.*

CAPITVLVM I.

SI duobus ¶. 1 † Per solam electionē factam ad ecclesiam uacantem non desinit ecclesia uacare, sed per confirmationem subsecutam sic. Ex quo infertur, ꝙ si electus non confirmatus moritur in curia, ecclesia, in qua facta est electio, nō uacat in curia; secus si ibi moriatur electus cōfirmatus. vide gl. in uer. [*Collato*] in prin. 2 ¶ † Beneficia confirmati in curia ad dignitatem, cuius adeptio facit illa uacare, non facit illa uacare in curia; quia per simplicem prouisionem uel collationem non uacant priora, sed per prouisionem & possessionis adeptionem, uel ex quo stet per eum, quominus illam habeat, ut in c. licet eps. de præb. li. 6. & c. cōmissa. de elec. eo. li. & per ꝯñs nō pñt uacare in curia, ubi fuit facta tñ collatio, uel prouisio, quod procedit ſm opi. gl. etiam si procurator suus, existente eo in curia, apprehēdisset possessionem i partibus. vacāt. n. extra curiam, ubi apprehēditur possessio, cū fingatur esse, ubi est procurator suus; secus si amicus, uel negociorum gestor apprehendisset illam possessionem; tunc. n. uacarent in curia, in qua iste habuit

habuit illud fructum. quia tunc fingit possessionem apprehendere. hæc omnia uoluit gloss. præalle. in uerbo [*Collato*] ¶ † Beneficia electi in episcopum & in curia consecrati non uacant in curia, & per consequens non possunt illo consentiente conferri; quia per electionem, & confirmationem, seu prouisionem, & consecrationem, non uacant priora beneficia. sed requiritur quòd apprehendatur possessio. de quo dicendum, ut habetur in capitu. cum in cunctis de electio. §. cum uero. † Sed si consecrationis tempore habebat possessionem, tunc illico uacant in curia, in qua fuit consecratus. uide hic gloss. in uerbo collato prope finem. & tene eam menti. quia male seruatur. † Et dic, quòd non dicitur consecratus consentire, licet sciat papam illa sua priora beneficia cõtulisse, etiam si fuisset præsens in actu collationis, per ea quæ not. Ioan. Andr. in regula, is qui tacet, in merc. & quia in præiudicialibus tacens non habetur pro consentiente. ut not. Innocen. in c. in genesi. de electio. & gloss. in regula, is qui tacet, præallega. Item quia uidetur tacuisse ob reuerentiam papæ. ad hoc. quòd legitur & not. in l. 1. §. qua onerandæ. ff. quarum rerum ac. non da. † Beneficium resignatum in curia per procuratorem, uacat in curia, quia ibi fingitur mori, quo ad illud beneficium, ubi fit renunciatio. uide gloss. præallega. in uerbo [*Collato.*]

SVMMARIVM

1. *Innouata post citationem lite pendente, reuocanda sunt in pristinum statum ex mero iudicis officio, secus lite non pendente, quia tunc libellus, & litis con est. requiruntur.*
2. *Possessor quando dicatur aliquid innouare, & quando non.*
3. *Litis pendentia quando incipiat, & quando desinat.*
4. *Competens, seu idoneus, iudex qui dicatur.*
5. *Priuilegia & rescripta impediuntur per solam causæ commissionem, licet non sit secuta citatio.*
6. *Citationem, quo ad iurisditionem perpetuandam, sufficit emanasse a iudice; tamen, quo ad litis pendentiam, oportet quòd peruenerit ad partem.*
7. *Litis pendentia ut inducatur, copia libelli debet inseri in citatione.*

CAPITVLVM II.

Cum lite pendente. ¶ † Innouata lite pẽdente post scilicet citationem, de qua hic, reuocanda sunt in pristinum statum sine libello & contestatione litis, ex puro & mero iudicis officio, secus, ubi quis prætendit se spoliatum lite nõ pendente. quia tunc ad prosequendam restitutionem offertur libellus, & lis contestatur, & in hoc differunt. uide hic gloss. primam. & diuersitatis ratio potest esse, quia in priori casu læditur non solum pars, sed iudex contemnitur. in secundò uero tantum pars, ideo in priori casu magis exuberat iudicis officium ¶ † Non dicitur possessor aliquid innouare, si lite pendente utitur sua possessione, ut prius, sed bene fieret innouatio, si ipse possessor priuaretur possesione sua, uel alienaretur res litigiosa, uel super causa impetraretur priuilegium, tacita litis pendentia. uide gloss. super uerbo [*Innouari*] ¶ † Pendentia litis incipit, prout habetur hic in text. desinit autem per sententiam, a qua non est appellatum, uel aliter, ut legitur & not. in capitu. 1. de lit. contesta. lib. 6. uide hic gloss. in uerbo [*Postquam.*] ¶ † Competens seu idoneus iudex dicitur, qui habet in causa iurisditionem cum exercitio, dato quòd illa iurisditio possit exceptione elidi, siue exceptio contingat personam, siue iurisditionem, ualet enim utroque casu processus, si non excipiatur, meritò ante exceptionem dicitur competens, seu idoneus. & in hoc not. glo. istam singulariter, quia potest facere ad multa, cum sæpe fiat mentio de iudice competenti. ¶ † Per solam causæ commissionem, licet non sit secuta citatio, priuilegia & rescripta impediuntur. uide gloss. hic in uersicu. [*Citatio.*] ¶ Quanquam quo ad iurisditionem perpetuandam sufficiat citationem emanasse a iudice, licet non peruenerit ad partem, tamen quo ad inducendum litis pendentiam, oportet quòd peruenerit ad partem, ut hic. uide glo. Et ad partem ¶ † Not. bonum consilium gloss. ultimæ, ut ad inducendum litis pendentiam, inseratur in citatione copia libelli, ut pars citata posset plene instrui, super quibus sit in iudicio conuenienda.

DE SEQVESTRATIONE POS. ET FRVC. Rub.

SVMMARIVM.

1. *Sententia, si contra possessorem fertur, non tamen pro petitore; & ideo non est locus sequestrationi.*
2. *Sententia diffinitiua quid sit, & quid interlocutoria.*
3. *Sententia oportet quòd sit lata contra possessorem, & pro petitore super beneficio, ut locus sit dispositioni huius Clem.*
4. *Sententia diffinitiua fertur super possessorio.*
5. *Sententia lata per auditores curiæ, dicitur lata apud sedẽ apostolicam; & ab eis ad Papam appellatur.*
6. *A sententia Papæ non appellatur.*
7. *Sententia una satis est, quòd feratur in curia, licet primò fuerit sententiatum in partibus.*
8. *Fructus nedum beneficii, sed ipsum beneficium quo casu sequestretur, & iura beneficii & beneficiati exerceat sequester.*
9. *Possessum quòd aliquid sit per triennium, ubi requiritur, oportet quòd triennium sit consummatum.*
10. *Litis motio facit desinere pacificam possessionem.*
11. *Sequestrari beneficium debet apud illum, qui est in ordine, quem beneficium ipsum requirit.*
12. *Custos beneficii potest, nisi specifice ei prohibeatur, conuertere redditus superexstantes in emptione prædiorum ipsius beneficii.*
13. *Dispositio continens uerba generalia excommunicationis cõprehendit episcopos, licet de eis specialis non fiat mentio.*
14. *Sequester quando fructus restituere teneatur, & quando eorum æstimatio sufficiat.*
15. *Clausula, nullatenus absoluatur, an impediat ualiditate absolutionis per ordinarium factæ.*
16. *Exceptio nullitatis aduersus sententiam ubicunque tollitur, non uidetur sublata illa, per quam negatur iurisditio asserti iudicis.*

CAPITVLVM I.

Ad compescendas. ¶ † Si fertur sententia contra possessorem, non tamen pro petitore. quia non agit dicens beneficium esse suum, uel sibi debitum, sed ad aliũ effectum puta ad priuationem, non est locus sequestrationi. de qua hic uide glo. in uerbo [*Contra possessorem*] est enim hæc dispositio restringenda ad terminos literæ. ¶ † Tex. iste locum habet in sententia diffinitiua, non autem in interlocutoria, dicitur autem diffinitiua, quæ principalem quæstionem diffinit. Interlocutoria est, quæ inter principium & finem causæ fertur super his, quæ incidunt uel emergunt. & not. bene istas diffinitiones, quas ponit hic glo. 1. in uerbo [*Diffinitiua*] quæ quotidie solet allegari. ¶ † Ad hoc ut sit locus dispositioni huius clemen. oportet quòd sententia sit lata contra possessorem, & pro petitore super beneficio; si aũt fertur sup alia qõne psonali, uel reali, sec⁹ est, puta q̃ dicit petitor, bñficiũ esse obligatũ ad annuũ cẽsũ, uel rectorẽ ad aliquod seruitiũ teneri, uel quid simile. vide hic gl. in uerbo [*Beneficio.*] ¶ † Etiam cum agitur possessorio, fertur sententia diffinitiua, est text. hic apertus, & quotidie allegatur, maxime iuncta gloss. super uerbo [*Possessorio.*] ¶ † Sententia lata per auditores curiæ dicitur lata apud sedem apostolicam, & ab auditoribus curiæ appellatur

latur

latur, scilicet ad papam; de his est tex. hic iuncta glo. in 6 uer. [*Promulgata.*] † Et intelligo de auditoribus quibuscũque deputatis per papam in causa illa. Nam si ferretur sententia per papam, non esset locus huic constitutioni, quia non fieret sequestratio, sed ipsa sententia mandaretur executioni, cum a sententia papæ non appelle- 7 tur, ut in c. cuncta per mundũ. 9. q. 3. † Et satis est, q una sententia feratur in curia, licet primò fuerit sentẽtiatum 8 in partibus, ut no. hoc in eadem glo. prælleg. ¶ † No. hic iuncta gloss. in uer. [*Beneficium.*] casum singularem, quem nescio alibi ita clarum, in quo sequestrantur nedum frustus beneficii, sed ipsum beneficium, & iura beneficii & beneficiati exercet sequester, etiam si beneficium sit curatum ut hic. & pondera glo. in eo quòd dicit, sequestrũ possidere. & tamen loquitur iste tex. in sequestratione necessaria, quæ scilicet fit per iudicem authoritate iuris, cõtra no. in c. 1. de sequestra. & c. examinata. de iudi. & dic 9 ut ibi. † ¶ Vbicunque requiritur, quòd aliquid fuerit possessum seu habitum triennio, oportet quòd totum triennium sit consumatum, non autem sufficit annum tertium fuisse inchoatum, uel maiori parte illius tertii anni fuisse illud possessum, uel habitum; hoc uoluit glos. hoc in uerbo triennio. quam no. quia facit ad multa, quòd ubi requiritur annorum etiam numerus, oportet totum tempus requisitum esse completum, nec annus ultimus inchoatus habetur pro completo. & uide quòd no. Arch. in capit. si annum. de iud. lib. 6. & quod no. glo. in clemen. generale. supra de æta. & quali. & quod ibi dixi. & in l. ad rem publicam. ff. de mu. & ho. & gloss. in cap. cum in cunctis, de 10 electio. in gloss. in uerbo. [*Exegerit.*] ¶ † Post litem motam super re possessa non dicitur possessor pacifice possidere, motio ergo litis facit desinere pacificam possessionem. uide hic glo. in uerbo. [*Antea.*] & adde ad materiã tex. iuncta glo. notabili in uer. [*Pacificam.*] in cap commis 11 sam, de elect. lib. 6. ¶ Aequum est in casu huius clement. sequestrare beneficium apud illum, qui est in ordine, quẽ beneficium ipsum requirit. ita dicit glos. hic in uer. [*Idoneam.*] Pau. putat, quòd imo necessarium est per literam istam, quæ dicit quòd sequester debet habere plenam & debitam curam; & hoc puto uerius. & idem puto dicendum ubicunque beneficium apud aliquem sequestratur. & pro hoc allego in simili bonus tex. in cap. ex ratione. 12 de æta. & quali. in uer. [*Et clericis idoneis.*] ¶ † Habens custodiam alicuius beneficii potest, si sibi specifice a iure uel a superiore non interciditur, conuertere redditus superextantes in emptionẽ prædiorum beneficii, uel alias in ipsius utilitatem. uide glo. super uer. [*Restituat.*] in casu autem huius clemen. non potest, quia hic limitatur pote- 13 stas. ¶ † Dispositio continens uerba generalia excommunicationis, sententiam comprehendit etiã in episcopos, licet de eis non fiat mentio specialis, uide glos. super uer. [*Si quis.*] & idem no. in c. quia periculosum. de senté. ex- 14 commu. ¶ † Satis est habenti rem sequestratam, quòd restituat ipsos fructus, si extant; uel ipsorum æstimationem, si non extant. hoc uoluit hic gloss. in uerbo. [*Fructibus.*] quod indubie procedit, quando fructus non poterant conseruari, quia tunc illos uendere debet, & pretium apud se retinere. ut in l. quemadmodum, alias litib⁹. C. de agri. & censib. libr. 11. si autem poterant conseruari, non uidetur, quòd sit licitum sequestro illos uendere. 15 de quo tamen dic ut not. in l. prælega. ¶ † An per uerba, nullatenus absoluatur, impediatur ualiditas absolutionis per ordinarium factæ. uide hic gloss. in uerbo. 16 Nullatenus. ¶ † Vbicunque tollitur exceptio nullitatis aduersus sententiam, non uidetur illa sublata, per quam negatur iuriditio asserti iudicis, oportet ergo quòd constet de sententia, ubi allegatur, & per consequens de iurisditione proferentis. Et ex quo constat de iurisditione & pronunciatione, alia nullitas opponi non potest, uide hic gloss. singularem quæ quotidie allegatur in uerbo. Non obstante. in contrarium tamen facit gloss. in clementi. prima de regul. iur. & uide quod ibi dicam.

DE PROBATIONIBVS. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Verbis narratiuis alicuius citra papam non creditur, etiamsi sit legatus.*

2 *Verba narratiua rescriptorum papalium, an, & quando faciant fidem, & quam & nu. 4*

3 *Clausula, uolumus fidem plenariam adhiberi, an & quibus casibus admitant probationem in contrarium.*

CAPITVLVM I.

1 Literis. † ¶ Verbis narratiuis alicuius citra papam non creditur regulariter, etiam si narrans sit legatus, & de reseruatione per eum facta uelit fidem facere, uide glo. in uer. [*Reseruasse.*] & dic, ut plene not. in cap. post cessionem de proba. & in cap. super his, de fide 2 instrum. † ¶ Circa uerba narratiua rescriptorum papaliũ, an & quando faciant fidem, & quam, & distingue, ut colligitur ex glo. [*Fecisse narramus.*] quòd aut super illis non fundatur intentio papæ, & tunc non probãt. & habet tũc locum. cap. si papa de priui. lib. 6. & patet exemplum ibi in gloss. 2. aut fundatur, vt puta quia papa confert beneficium, quòd dicit suæ collationi prius reseruasse, uel in curia uacasse per mortem beneficiati, & tunc aut illa uerba narratiua sunt super facto alieno, & faciunt fidem, sed admittitur probatio in contrarium, exemplum secundo loco supra positum. poterit enim quis probare illum beneficiatum decessisse extra curiam, nam in facto alieno de facili papa posset errare. Aut sunt de facto proprio, ut in primo exemplo, & tunc faciunt adeo fidem, ut non admittitur probatio in contrarium secundum gl. 3 & communem intellectum. & hoc per illa uerba [*Fidem plenariam &c.*] posita in text. & hic not. singulariter istum text. iuncta gloss. quòd hæc uerba, uolumus fidem plenariam adhiberi, importans ut nõ admittatur probatio in contrarium. Et limita hoc uerbum secundum glo. ut non admittatur probatio in contrarium, talis scilicet quæ faceret papam mentiri. secus si adiuuaret probantem stantem narratione papæ. exemplum, papa dicit beneficium certum contulisse per renunciationem factam in manibus suis, alius vult probare quòd beneficium non pertinebat ad renunciantẽ, per hoc enim non perimitur narra- 4 tio papæ, cum utrunque esse possit. † Ego limitarem secundum & tertium membrum ad ea, quæ consistunt in plena dispositione papæ, ut in exemplis narratis in litera, & in similibus. & forte non sine ministerio dixit tex. uel alia similia, secus puto in aliis non dependentibus a plena dispositione papæ narrantis. quid enim si papa donat uni comitatum alicuius dicens, illum comitem sibi illum donasse, uel in manibus suis illum liberè resignasse? dicemus ne talia uerba narratiua facere plenã fidẽ? certe dicerem, quòd non, maxime in præiudicium laycι non suppositi suæ iurisditioni. faciunt not. per Innocen. in capitu. inquisitioni, de sen. excom. Item quia de iure diuino non fit fides de aliquo minori testimonio duobus 2. q. 4. §. 1. Et idem putarem, ubi papa per sua uerba narratiua uellet, quem suo iure priuare, quem priuare non posset, nisi probata culpa. exemplum in priuatione uasalli. ut in c. uno, de feudo sine cul. non amit. col. 10. cum si.

SVMMARIVM.

1 *Christiani producti in testes contra iudæos possunt per exceptionem criminis a testimonio repelli.*

2 *Iudæi non compescuntur regulariter per ecclesiam, sed per iudices seculares, casus tamen exceptos uide remiss.*

Iudæos non possunt principes priuilegiare in his, quæ sunt opprobriosa fidei.
4 *Exortatio quid, & quomodo reguletur.*
5 *Consilium reuerentiæ obligat, secus in consilio perfectionis.*
6 *Consilium reuerentiæ quid sit, & consilium perfectionis. & nu. 7.*

CAPITVLVM I.

1 Cum iudæi. ¶† Christiani producti in testes contra iudæos possunt per exceptionem criminis a testimonio repelli; quia licet iudæi sint, non tamen debet legitima exceptio eis subtrahi, uide gloss. in hac cle. 1. in uer. [*Christianos*] † Iudæi non compescuntur regulariter per ecclesiam, sed per iudices seculares, in casibus tamen de eis iudicat ecclesia. uide hic gloss. in uerbo. [*Principium.*] & casus in quibus ecclesia iudicat de iudæis colligit glo. in c. iudæi. 2. de iudæ. & uide tu quod not. Innocen. in capitu. quòd super his de uoto. uide gl. 1. de re iudi. ¶† Non possunt principes priuilegiare iudæos uel saracenos in his, quæ sunt approbriosa fidei. uide tex. hic iuncta gloss. præalleg. in uerbo. [*Principum*] in fin. † Exhortatio est quoddam consilium, vnde regulatur ad instar consilii. † Consilium autem reuerentiæ obligat, secus in consilio perfectionis. uide hic gloss. in uerbo. [*Exhortamur,*] & gloss. pleniorem. in capitu. ad aures. de æta. & quali. † Et dic, quòd potest dici consilium reuerentiæ, quando materia ex se est necessitatiua, ideo illi est obediendum, uel princeps utitur uerbo consultiuo propter reuerentiam illius, cui scribit, & sic dupliciter potest sic appellari. † Cõsilium perfectionis est quando materia de se non necessitat sed disponit & intendit hominem, cui consuluit, inducere ad maiorem perfectionem, ut magis mereatur.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio attestationum impedit testes super eisdem directè contrariis produci, quando receptio & depositio illorum tenuit, alias secus.*
2 *Testes quando adhuc produci possint, publicatis etiam attestationibus.*
3 *Contrarietatem indirectam licet probare per testes, publicatione aliorum non obstante, si opponitur falsitas cum corruptione.*
4 *Dispositio huius clem. cessat parte consentiente.*
5 *Capitulis super ueteribus quando liceat producere testes in causa appellationis.*

CAPITVLVM II.

1 Testibus ¶† Publicatio attestationum impedit testes super eisdem uel directe contrariis produci, quando receptio illorum testium seu depositio tenuit, alias secus. uide hic text. iuncta gloss. in uerbo. 2 [*Ritè.*] ¶† Si attestationum publicatio est indiscrete facta, puta inscia uel inuita parte supple, ex causa rationabili contradicente, non impedit, quominus pars, si testificata non uidit, adhuc testes producere posit, uide glo. 3 in uerbo [*Bublicatis.*] Indirectam contrarietatem licet probare per testes, publicatione aliorum testium non obstante, si opponitur falsitas cum corruptione. uide gloss. præallega. in uer. [*Directè,*] & rationem uide per not. in capitu. fraternitatis. eod. titu. ubi explicatur plenius materia huius clemen. ¶† Parte aduersa consentiente cessat dispositio huius clemen. not. gloss. in uerbo. 5 [*Producere*] quam not. quia nescio gloss. alibi ¶† Super ueteribus capitulis nullo modo probabilibus, uel probatis aliter, quàm per testes, puta per instrumenta, licet producere testes in causa appellationis. quibus casibus non habet locum hæc clemen. sed procedit. l. per hanc. C. de tem. ap. uide hic glo. penul.

DE IVREIVRANDO Rubrica.

SVMMARIVM

1 *Papa est Christi uicarius, et non Petri, quia uicarius uicarium dare non potest.*
2 *Apes, & apex, qua differentia notentur.*
3 *Discordia quid significet.*
4 *Pacem reformare inter Christianos ad papam, & alios prælatos spectat.*
5 *Instrumentum ut ualeat, debet tabellio de eo esse rogatus.*
6 *Dispositio facta per uerbum, quisquã, includit etiam romanum Pontificem.*
7 *Forma, secundum quam constituendi sunt nuncii Romanorum regis petentis approbationem, & coronationem ab ecclesia, uel a Papa.*
8 *Diadema, corona, & sertum, quomodo differant.*
9 *Examinatio personæ prouendæ quando sit necessaria, & quando non.*
10 *Liber pontificalis est approbatus ab ecclesia.*
11 *Imperator non debet appellari ex sola electione in imperatorem ab ecclesia etiam recepta, nisi incoronetur.*
12 *Pactum, & pollicitatio quomodo differant.*
13 *Antidotum, multiplicis significationis est.*
14 *Imperator licet fidelitatis iuramentum præstet Romano pontifici; subditi tamẽ Imperatoris de teporali dominio ecclesiæ nõ sunt.*
15 *Imperator incoronatur triplici corona, de qua materia, a quibus & in quibus locis, uide remiss.*
16 *Electus in imperatorem nondum corronatus an possint priuilegia concedere, & aliter iura imperiis exercere.*
17 *Electis duobus in discordia, uterq; administrat omnẽ imperii iurisditionem, donec alterius electio per papã fuerit approbata.*
18 *Donatio per Constantinum ecclesiæ Romanæ facta an uoluerit, & an possit per successorem reuocari.*
19 *Rex Romanorum ante coronationem non utitur bulla, sed sigillo*
20 *Archiuus quid significet.*
21 *Imperator triplex iuramentum præstat Papæ tribus diuersis locis.*

CAPITVLVM III.

1 Romani. ¶† papa est christi uicarius, & si alicubi reperitur quòd est Petri uicarius, illa est impropria locutio, uel exponitur, id est gerit uicariam, quam gessit petrus. uicarius enim non dat uicarium. de offic. uica. c. clericos. hic uoluit gloss. hic in uerbo [*Vicarium.*] ¶† Differentia inter apes apis, & apex apicis. uide 3 hic gloss. in uerbo [*Apicem*]. ¶ † Discordia significat di-4 uersitatem cordium. gloss. hic in uer. discordia ¶† Ad papam spectat reformare pacem inter christianos. Item & 5 ad alios prælatos, gloss. hic in uerbo [*Pace.*] ¶† Quòd tabellio debet esse rogatus de confectione instrumenti text. hic iuncta gloss. in uerbo. [*Requisitis.*] & uide quod 6 not. in capitu. 1. de fi. instru. ¶† Dispositio facta per uerbum, quisquam, includit etiam romanum pontificem. ui de hic text. iuncta gloss. in uerbo cuiquam. † Formam, secundum quam constituendi sunt nuncii romanorum regis petentis approbationem, & coronationem ab ecclesia, seu a papa, uide hic in uer. [*Dictus namque Henricus*] 8 iuncta gloss. in uerbo [*Exponendi*] ¶† Differentiam inter diadema, coronam, & sertum. uide gloss. hic in uer. [*Dia-9 dema*] ¶† Non est necessaria personæ examinato, cum de ea plena habetur notitia, secus, si habetur non plena, sed aliqualis notitia, tunc enim non debet sine examinatione promoueri. uide tex. hic iuncta gloss. in uer. [*Ali-10 qualem*] ¶† Liber pontificalis est approbatus ab ecclesia. uide hic gloss. in uer. [*Pontificali.*] ¶† Electus in impera-11 torem non debet appellari ex sola electione imperator, etiam si sit approbatus ab ecclesia, & eius electio recepta, sed assumit nomen imperatoris post coronationem & consecrationem, quas recipit a papa, uel ab alio de eius mandato, uide ex hic in uer. [*Henricus*] iuncta gl. 1. uer.

12 uer.[*Futurus.*¶†Differentiam inter pactum, & pollicitationem.uide hic per glo.in uer.[*Pollicetor*]& est tex.in l. 3.quem glo.allegat.Cum papa alium papam ducit in te-
13 ftem,uide hic glo.in uer.[*Bonifacius*]¶†Pro multiplici significatu huius uerbi, antidotum.uide hic tex. iuncta gl.
14 in uer.[*Antidotum.*]¶†Licet imperator præstet fidelitatis iuramentum romano pontifici,non per hoc sequitur, ꝙ subditi imperatoris sint de temporali dominio ecclesiæ,
15 uide hic tex.iuncta glo.in uer.[*Existere*]¶†Quòd imperator coronatur triplici corona,de qua autem materia, & a quibus,& in quibus locis.uide gloss. in uer.[*Vestigiis.*]
16 †An electus in imperatorem nondum coronatus possit ꝑcedere priuilegia, seu aliter exercere iura imperii.uide
17 glo.hic in uer.[*Reges romanos*]†Et inter cætera not.singulariter illam gl.quatenus dicit, quòd de antiqua consuetudine approbata per tolerantiam papæ habet,quòd electis duobus in discordia,uterque administrat, ut rex,& omnem imperii iurisditionem exercet,donec per papam alterius electio fuerit approbata,uel reprobata, fortius
18 ergo dic unicum posse administrare ex sola electio†An donatio facta per Constantinum ecclesiæ romanæ ualuerit,& an possit per successorem reuocari,uide gl. in uer. [*Constantinum,*]quæ tandem concludit per hunc tex. & c. fundamenta.de elect.lib.6. eam tenuisse, & irreuocabi-
19 lem esse†Ante coronationem Rex romanorum non utitur bulla,sed sigillo,sed post coronationem utitur bulla, & quandoque aurea,uide tex.hic iuncta gl.pe. q̃ incipit
20 [*Aurea.*] ¶†Archiuus est librorũ, seu scripturarũ locus, & deriuatur ab archa.uide gl.fi.hic,alibi iste locꝰ appellatur gazofilatium,ut in c.cũ causam,iuncta gl.1. de pro
21 ba.†Vltimò collige ex tex.& glo.1.formam trium iuramentorum,quæ papæ præstat imperator,Primum tempore suæ approbationis. Secundum cum ingreditur in italiam in ipso ingressu. Tertium tempore coronationis.

DE EXCEPTIO. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis exceptio opponi potest dilatoriè & peremptoriè,& quomodo in utroque casu.*
2 *Excommunicationis exceptio potest opponi in qualibet litis parte.*
3 *Terminus an præfigi possit ad proponendum omnes peremptorias.*
4 *Terminus præfixus ad dilatorias proponendas, intelligitur peremptorius.*

CAPITVLVM I.

1 Excommunicationis.¶†Excommunicationis exceptio opponi potest dilatoriè,& peremptoriè;primo casu potest opponi in qualibet parte litis, tam contra actorem,quàm eius procuratorem,seu iudicem,non obstante lapsu termini præfixi ad proponendũ omnes exceptiones dilatorias,& declinatorias, hoc
2 uoluit tex.hic iuncta glo.in uer.[*Dilatorie*]¶†Quòd procedit, ut scilicet possit opponi in qualibet parte litis, etiam si fuisset præfixus specifice terminus ad excommunicationem proponendam,& hoc uoluit notabiliter gl. pe.hic.in fi.quam tenebis menti, peremptorie non potest opponi,cum proponitur ad litem perimendam,puta contra petentem beneficium oppono, quòd tempore collationis uel electionis suæ erat excommunicatus, & sic non ualuit collatio,uel electio,& hoc casu non habet locum iste tex.quia non opponitur talis exceptio inter dilatorias,sed opponetur loco & tempore peremptoria
3 rum.¶†An autem possit præfigi terminus ad proponendum omnes peremptorias,uide glo. hic in uer. [*Dilatorias.*]uide tu glo.in cle.sępe de uer.sig.in uerbo [*Partes,*] quæ quærit an iudex possit statuere terminũ peremptoriũ ad exhibendum omnia,quibus partes sunt in iudicio usurę,& dic ut ibi,& uide qđ no.doc.in c.cum dilectus.
4 de fide instru. ubi plene scripsi.¶†Terminus præfixus ad proponendas dilatorias intelligitur peremptorius,licet non exprimatur. uide gloss.in uerbo[*Peremptorio,*] quam not.& facit.l.fi.ff. de feriis.

DE RE IVDICATA. Rubrica.

SVMMARIVM

1 *Executio fieri debet, antequam agatur de nullitate sententiarum, quod et habet locũ in causa criminali, cuius executio postmodum retractari potest.*
2 *Executio ut fieri possit priusquam de nullita agatur, tres requiruntur sententiæ super eodem articulo.& nu.7.*
3 *Sententiæ tres interlocutoriæ sufficiunt, ut prius executio fiat, q̃ de nullitate ipsarum agatur.*
4 *Sententia uerificatur tam in diffinitiua, quàm in interlocutoria, ubi subest eadem ratio.*
5 *Executio in ciuili fieri non debet antequam de nullitate agatur, si talis executio esset inretractabilis.*
6 *Executio si desit uel in minima parte eius, quod pronunciatum est, non potest agi de nullitate.*
8 *Executio trium sententiarum non impeditur, quamuis quiuult de earum nullitate agere, reportauerit, bene per eum appellatũ.*
9 *Exceptio nullitatis ubi remota est, quo casu & remoueatur illa, per quam negatur iudicis iurisditio.*

CAPITVLVM I.

1 Vt calumniis. ¶†Etiam in causa criminali locum habet dispositio huius cle.1. ut fiat executio antequam agatur de nullitate sententiarum. & uide hic notabilem glo.in uer.[*Quamuis*] sed intellige secũdum pau.hic in tali causa criminali,cuius executio potest postmodum retractari.puta quia condemnatio fuit pecuniaria,secus si non posset retractari, quia tunc debet prius discuti de nullitate,alias frustra postea discuteretur,quod est de mente huius tex.in uer. [*Donec*] iuncta
2 gl.super eodem uerbo.†Non habet locum dispositio huius cle.nisi tres sententiæ ferantur super eodem articulo,& successiue,uide hic glo.in uersi. [*Tres*] placet mihi quod dicit de eodem articulo,quia si super diuersis articulis,cessat ratio calumniæ,super qua se fundat iste tex. sed quatens requirit,quòd successiue fuerint latæ, non placet.tex.enim iste solum requirit,ut tres sententię sint contra aliquem latæ,unde licet altas pars habuit aliquã intermediam pro se, tamen ex quo tres habuit cõtra se,
3 hoc sufficit ad hoc, ut sit locus huic dispositioni. ¶†Dispositio primæ partis huius clem. locum habet etiam si tres sententiæ fuerint interlocutoriæ,cum tex. iste in prima parte loquatur simpliciter de sententiis, & non adiicit, diffinitiuis,sicut facit in.§.similiter.hoc uoluit gloss.
4 hic in uerb.[*Sententias.*]†Ex qua singulariter not. quòd uerbum,sententia,uerificatur tam in diffinitiua, quàm in terlocutoria, cuius contrarium not.gloss.in c. cum olim. de testi.uide quod ibi dixi.Item motiuũ gl.posset impugnari per.l.qui filiabus.ff.de leg.1.ubi habetur, quòd si in aliqua parte testamenti est facta commemoratio de posthumis, tunc appellatione filiarum , ueniunt etiam posthumæ,ita dicamus hic,quòd cum in.§.similiter,specifice faciat mentionem de diffinitiuis , nec apparet ratio quare magis requiratur,quòd sint diffinitiuæ in.2.responso, quàm in primo, intelligamus ergo primum responsum etiam in diffinitiuis , maxime cum uerba sint capienda in potiori significatu.ut in.§.quotiens.insti.de iure na.gen.& ci.& facit quod no.glo.16.q.1.c.placuit. cogita tñ.Vel pt dici saluando gl.dicti.c.cũ olim.& istã, ꝙ in odiosis habeat locum illa glo.sed in aliis procedit, gl.ista,ubi tamen subest eadem ratio in diffinitiua & interlocutoria. Habens tres sñias ꝯ se non pt agere de nullitate ipsarum, anteq̃ dictæ sñiæ executioni mãdent,et si uictor

uictor petat executionem illarum. potest ergo uictor ante executionem repellere agentem de nullitate per uiam exceptionis. uocens ergo agere de sententiarum nullitate ante executionem factam, offerat se ultro executioni, & sententiis pareat, quantum in se est. uide glo. in uersicu. admittatur, quam not. ¶ † Post executionem trium sententiarum potest uictus agere de nullitate illarum, & si in causa nullitatis obtinebit, reuocabitur executio. hoc uoluit gloss. in uerbo. donec, quam not. Ex qua infertur, quòd etiam in ciuili non debet fieri executio, antequam agatur de nullitate, si talis executio esset irretractabilis, cum frustra postea ageretur. quòd est contra mentem huius titu. ¶ † Etiam si desit executio in minima parte eius, quod pronunciatum est, non potest agi de nullitate in casu huius clemen. uide gloss. in uerbo. [*Plenarie.*] Ex qua infertur, quòd non resarcitis expensis, super quibus facta est etiam condemnatio, non debet admitti uolens agere. ¶ † Not. quòd iste. §. similiter. non habet locum nisi quando tres sententiæ successiuè contra aliquẽ latæ fuerunt. hoc uoluit gloss. in uersicu. fuerint & idem dixit gloss. supra allega. quo ad primum responsum. sed ego non uideo, quare hoc gloss. requirat. cum tex. de hoc nullam mentionem faciat, unde puto sufficere supra, quòd tres sententiæ latæ fuerint contra aliquem, licet aliqua medio tempore fuerit lata pro uicto. & hoc ratione præsumptæ calumniæ. ut in prin. literæ ¶ † Text. iste in uersicu. similiter, procedit etiam, si appellatio interposita ab aliqua interlocutoriarum sit finita in fauorem ipsius uolentis nunc agere de nullitate, ut quia fuit pronunciatum bene per eum appellatum. tamen ante istam pronunciationem reportauit diffinitiuam per eundem iudicem contra se, & sic cum aliis sententiis habet tres diffinitiuas contra se, hoc uoluit gloss. hic in uerb. [*Pendere*] mouetur ad hoc dicendum per text. in primo responso, ubi remouetur exceptio nullitatis ad finem impediendi executionem sententiæ. at iste in casu prędicto allegat nullitatem, quia ex quo fuit pronunciatum eum bene appellasse, constat iudicem, a quo fuit appellatum, diffinitiuam ferre non potuisse, † Et not. singulariter hãc rationem gloss. per hanc enim sentit aperte, quòd ubi remouetur exceptio nullitatis, uidetur remota etiam illa, per quam negatur iudicis iurisditio, quod uidetur contra gloss. in clemen. una, supra de sequest. poss. & fruc. & ideo multi tenent in hoc illam gloss. & istam non admittunt. ut not. hic & in d. clemen. unica. posset iudicio meo dici, quòd de ęquitate gloss. ista sustineri posset, ut dicamus quòd ubi tres sententię latæ sunt super eodem articulo contra aliquem, tunc nulla nullitatis exceptio admittitur, etiam si resultat iurisditionis defectus, & hoc propter præsumptionem, quæ resultat ex trium sententiarum prolatione, super qua præsumptione text. iste fundatur. & hoc casu procedat text. iuncta gloss. prælleg. Sed ubi unica sententia lata tollit nullitatis exceptione, non intelligitur de illa, quæ resultat ex iurisditionis defectu, quo casu procedat gloss. contraria, sed de rigore procedit gloss. contraria indistinctè ista reprobata per rationem, quam ponit illa gloss. quia non potest dici sententia illa, quæ lata est a iudice non suo. sed iste text. fundat se super prolatione trium sententiarum, quæ in casu nostro non concurrunt, ex quo is, qui tulit unam ex illis, non habebat iurisditionem, ergo cessat dispositio huius tex. Nam ut dicit Barto. in l. 1. ff. quod ui aut clam, ubicunque statutum fundat se super aliqua qualitate, potest semper opponi exceptio, per quam remouetur illa qualitas, & dixi plene in c. item cum quis. de restitu. spo. & facit text. iuncta gl. in c. notificasti. 33. q. 5. quomõcunque statutum remoueat omnem exceptionem. ut in. d. l. 1. not. præterea text. ita remouet exceptionem in casu illius clemen. unicæ, sicut in casu istius. sicut ergo ibi admittitur, nullitatis exceptio respectu iudicis, ita & in casu isto debet admitti. Item facit notabile dictum Bald. in l. una. C. ne liceat in una eademque causa. ubi dicit, ꝙ exceptio nullitatis notorię bene admittitur in casu huius clemen. quia tunc cessat pręsumptio calumnię, super qua iste text. se fundat, ut patet in prin. Ita dicendum, quando notorie constat unam ex illis sententiis non tenuisse, ut est in casu nostro, quando tempore petitę executionis reperitur pronunciatum pro uicto in causa appellationis ab interlocutoria. Et si diceres, nonne & quãdo appellatio ab illorum iudicum altero pendet, & de hoc opponitur, disceptatur de nullitate ex iurisditionis defectu? quia si appellatio fuerit legitima, constat illico fuisse iurisditionem iudicis suspensam, & an fuerit, uel non, pendet ex futuro euentu, ut in c. non solum iuncto c. si a iudice. de appell. lib. 6. & tamen hoc casu non obstat talis oppositio ad impediendum executionem, ut in hoc text. 2. responso. Respondeo, quòd licet contrarium uideatur urgere, potest tamen sic responderi, quòd glo. in clemen. una, de seque. loquitur quando negat prorsus proferentẽ habuisse iurisditionem, sed in casu huius. § similiter, non negabatur, imo dicitur, quòd erat iudex, sed quòd fuerat a sua interlocutoria seu grauamine appellatum, & per aliam partem negatur appellationem fuisse legitimam, & exquo iudex appellationi non detulit, sed ad ulteriora processit, præsumitur magis pro iudice, quam pro parte. argu. in c. nisi, de præben. & capitu. ad audientiam de præscrip. ideo talis oppositio pendentiæ appellationis non enaruat prẽsumptionem trium sententiarum, maxime cum sententia diffinitiua illius, a cuius interlocutoria dicitur appellatum, concordat aliorum iudicum sententiis. secus autem quando tempore oppositionis fuit pronunciatum pro appellante, quia tunc cessat omnis prẽsumptio, & constat de iurisditionis defectu, & per consequens de nullitate unius, & hoc not. pro hoc facit quod not. hic in gloss. pe. quam uide.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non compellit regulariter iudæos.*
2 *In, ponitur quandoque pro ualde.*
3 *Iudex in facto notorio procedens debet prius illud factum pronunciare notorium.*
4 *Libræ signum, quem sol ingreditur in mense Septembris, sic appellatur, quia tunc dies & noctes æquantur.*
5 *Causa in sententia non est exprimenda, & quare.*
6 *Citatio, si fit ad locum notorie non tutum, sine etiam appellatione non arctat citatum.*
7 *Admodum, ponitur pro ualde.*
8 *Consistorium unde dicatur.*
9 *Iuramentum non est seruandum, si sine periculo mortis seruari non potest.*
10 *Morti se quis offerre potest propter iniustitiam auertendam, sicut Ambrosius, & Augustinus fecerunt.*
11 *Ius commune fundat intentionẽ Imperatoris in toto orbe, Episcoporum uero in eorum diœcesibus.*
12 *Remissio criminosi ad locum delicti, an ex urbanitate, an ex necessitate fiat, & an sine causæ cognitione.*
13 *Homoligius, & uasallaticum, qui sit & quomodo fiat.*
14 *Forum quis sortitur ratione originis tam propriæ, quàm paternæ & auitæ.*
15 *Sententia non ualet, ex cuius tenore euidens deprehenditur iniquitas.*
16 *Imperator potest ratione criminis absoluere omnes uasallos a fidelitate, qua tenentur criminoso.*
17 *Iuspatronatus non perditur per donationem, uel confiscationem iudicis secularis.*

CAPITVLVM II.

PAstoralis. ¶ † Quod regulariter ecclesia non compellit iudæos, uide hic gl. iuncto tex. in uerbo [*Christiani*] & quod notatum fuit in clemen. 1. supra de testi.

2 testi.† Qd dictio,in,qnq; ponit pro ualde,ut inuigilare. 3 i.ualde uigilare glo.in uerbo.[*Inuigilare.*]† ¶Vtile consilium est, ut in facto notorio iudex procedens declaret prius illud factum esse notorium, sicut fecit hic imperator, ut non posset refrigari in dubium de ualiditate processus.uide glo. hic in uer. [*Declarato*] & facit ad materiam quod no.Innocen.in cap.tua in fin.de cohab.cler. 4 ¶† In mense septembris sol ingreditur signum libræ, & sic appellatur, quia tunc dies & noctes æquantur glo. in uer.[*Libramini.*]& ponit etiam illa glo. quid sit librare, & hoc sit pro iuuenibus, ut sciant allegare glo.ad sciendum æquinoctiũ.¶† Ex causa in sententia inserta, facile 5 deprehenditur ipsius sententiæ iniquitas,ideo datur consilium, ut causa in sententia non exprimatur.uide glo.in 6 uer.[*Causis.*]iuncto text. ¶† Si citatio sit ad locum notoriè non tutum,non solum potest exceptione non opposita appellari, sed etiam sine appellatione talis citatio nõ arctat citatum.& sic nõ est opus appellare.uide hic tex. iuncta glo.notabili in uer. [*Notorio.*]& tene illam men 7 ti.¶† Admodum,ponitur pro ualde,uide glos.in uerbo. 8 [*Admodum.*]¶† Consistorium dicitur a consisto consistis. 9 uide gloss.in uer.[*Consistorii.*] ¶ † Si captiuus ad pœnam uel periculum mortis relaxatur cũ iuramento suo de redeundo ad carcerem certa die, si mors erat iniuriosa, redire non tenetur, alias tenetur,gloss.est singularis hic in uerbo.[*Per uiolentiam.*]& tene semper menti,& probatur iure,quòd iuramentum non est seruandum,si sine periculo mortis seruari non potest.22.quæst.2.§.fin.no.in cap. si uero.de iureiurand.& an sit peccatum fugere carcerẽ hostis,uide glo.in capitu.iusgentium.1.distin. & de materia uide quod plenius no.Bald.in l.adoptio.C.de ado 10 ptio.¶† Quis potest se offerre ad mortem per iniustitiã inferendam ex multæ patientiæ merito, sicut fecit Ambrosius.uide glo.in uer. [*Offerre*]& idẽ fecit beatus Tho 11 mas de Aquino. ¶ † Ius commune fundat intentionem imperatoris in toto orbe, sicut intentionem episcopo- 12 rum in eorum diœcesibus,glo.in uer.[*Districtum*].¶†An remissio criminosi ad locum delicti,fiat ex urbanitate, an ex necessitate. Item an petens talem remissionem possit animaduertere in iudicem,si non remittit,& an iudex sub quo degit, teneatur illum remittere sine aliqua li causæ cognitione.uide de his tribus quæstionibus bo. glo. hic iu uerbo. [*De more.*]quæ quotidie allegatur.¶Et circa primam quæstionem uidetur tenere, quòd talis remissio fit ex necessitate.ubi delictum fuit graue. ¶In secunda uero concludit, quòd nolens remittere debet puniri per iudicem suum, non autem per petentem remissionem, nisi sit alias iudex suus. In tertia uidetur inclinare in partem,ut remissionem præcedat aliqualis cognitio,ne remissus sine causa legitima infametur. tu uide ad materiam plene per Cald.in capit.1.de rapto.& ibidem 13 per alios,dixi plene in cap.fin.de foro compe. ¶† Differentiam inter homoligium & uasallaticum seu fidelitatem uide hic in uerbo.[*Homoligius.*]ubi glo.concludit, quòd homoligium fit actori, uel regi nullius alterius fidelitate salua,& præstans iuramentum dicitur homoligins,quasi ligatus uel ligalitatem seruans. Vassallaticũ uel fidelitas fit seruata saltem imperatoris fidelitate,seu authoritate.& ideo concludit glo.quòd quis non potest esse ligius duorum, sed bene potest esse ligius unius, & uasallus alterius.ut hic in text. de isto ligio habetur uel uasallus plurium ut in li. fue.in leg.imperialẽ & no.hanc 14 glo. ¶† No.quòd ratione originis quis sortitur forum, facit text.hic iuncta glo. in uerb. originem. tu tñ de origine propria,quàm paterna,uel auita,uide per Bar.in l. 15 asumptio.ff.ad municip. ¶†Non ualet,sententia ex cuius tenore deprehenditur euidens iniquitas. uide hic bonam glo.in uer.[*Non habeat.*] & uide quòd plene dixi.in 16 cap.quoniam,de proba.¶† Potest imperator absoluere ratione criminis omnes uasallos a fidelitate, qua tenentur criminoso;ut hic,si hebet iurisditionem in causa. ui- 17 de glo.super uer.[*Fidelitate*]† Quod per donationem,uel confiscationem iudicis secularis non perdit quis iuspatronatus.hoc arg.colligit hic gl.in uer.subiecte.uide latius per glo.in c.filiis.16.q.7.& in c.satis peruersum.56. dist.& distingue ut ibi.

DE APPELLATIONIBVS. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ualet coram maiore parte plurium iudicum, siue sint ordinarii,siue delegati,siue ad causas, siue ad gratias executores,siue arbitri iuris sint,& in quacunque appellatione.*
2 *Appellare licet quis possit a pluribus iudilibus separatim, tamen non ab uno,sed ab omnibus appellare debet.*
3 *Appellari a solo iudice potest, quando ex pluribus ille solus processit.*
4 *Appellandum est in præsentia iudicis,si haberi potest,alias coram honestis personis.*
5 *Clausula in fine posita concernit omnia præcedentia.*
6 *Appellatio non est necessario interponenda,in præsentia appellati,sed sibi est postea intimanda;& quomodo.nu.7.*
Appellari licet possit separatim coram pluribus iudicibus,ipsi tamen conuenire debẽt ad deferendum,uel non,seu ad præfixionẽ termini.

CAPITVLVM I.

1 SI a iudicibus.¶† Dispositio huius clemen.primò locum habet,siue iudices, a quibus est appellandum, sint ordinarii, siue delegati,siue sint ad causas, siue executores ad gratias, siue sint arbitri iuris,uide glo. 1. 2 ¶Item siue sit appellandum in iudicio,siue extra, siue sententia, siue a grauamine,uide hic glo.2.¶† Licet quis possit appellare a pluribꝰ iudicibus separatim iuxta formam hic contentam,tamen cum appellat,non debet ab uno sed ab omnibus appellare; quia ex quo omnes pariter procedunt,non potest unus solus grauare, uide glos. 3 in uer.[*Simul*] prope fin.† Si autem unus solus ex pluribus processit,tunc ab illo solo poterit appellari,ut habe 4 tur in eadem gloss.¶† In præsentia iudicis est appellandum,& si sint plures, & non possunt haberi omnes uel maior pars, etiam separatim tunc præmissa protestatione appelletur coram illis,uel illo,qui haberi potest. Et si nemo haberi potest,appelletur coram iudice ad quẽ, si eius præsentia haberi potest. 2.quæstio.6. capitul. biduum.alias coram honestis personis.uide hic glo.in uerbo.coram.iuncta glo.in uer.maiori.¶ † Tam appellatio 5 quàm apostolorum petitio potest separatim coram iudicibus fieri.uide glo. hic in uer.appellare. Ex qua no.ꝙ qualitas in fine posita concernit omnia præcedentia. de 6 quo no.per Bar. in l.prætor.ff.de ui.bo.rap.¶† Appellatio non est necessariò interponenda in præsentia appellati,sed sibi ignoranti est postea intimatio fienda, secus si scit appellatum fuisse,uide hic tex:iuncta glo.in uerb. 7 ignoranti.¶† Sed an ista intimatio sit fienda, quando talis est appellatio, quæ ipso facto non deuoluit causam, ut appellatus ire teneatur, nisi citetur.uide hic per doct. & in clemen.causam,de elect.& communiter tenetur, ꝙ non:in contrarium tamen facit quod no.hic gloss. final. quæ uidetur sentire hoc ultimum, cogita.¶ † Licet coram pluribus iudicibus possit separatim appellari,ipsi tamen iudices debent postea simul conuenire ad deferendum, uel non, seu ad præfixionem termini.gl.hic in uerbopræfixionis.

SVMMARIVM.

1 *Terminus 30.dierum ad petendum apostolos,a quo tempore incipiat currere.*
2 *Decernimus,inducit ius nonum.*

3 *Apostoli, quomodo aliter uocentur, quid sint, unde dicantur, & de quadruplici eorum specie, uide remiss.*

4 *Apostoli dantur, ut iudex ad quem instruatur.*

5 *Appellans, qui petiit apostolos, an teneatur iterum comparere, si iudex alium dederit terminum:*

6 *Terminus statutus a iudice an, & quibus casibus possint praeueniri a parte.*

7 *Apostoli cuius expensis sint tradendi.*

8 *Libellum actor suis expensis debet offerre reo.*

9 *Appellans nõ tenetur amplius comparere coram iudice a quo apostolos petiit.*

10 *Apostolos petenti si iudex dare obtulit infra terminum iuris, potest petentem tenere impeditum per totum terminum.*

11 *Appellans, & iudex, quibus casibus in materia appellationis puniantur, & qua poena.*

CAPITVLVM II.

1 QVamuis.¶†Tempus 30. dierum ad apostolos petendum & tradendum a iure praefixum currit a tempore sententiae, uel ab eo tempore, quo incipit currere decendium appellationis interponendae, id est a tempore sententiae latae, uide hic gloss. 3. & plenius per glo. & Ioan. And. in nouella. in cap. ab eo. eod. titul.

2 ¶†Verbum, decernimus, inducit ius nouum. uide glo. in uerbo [*Decernimus*] & no. eam pro his quae not. in capit. decernimus de iud. ubi aliqui scripserunt contrarium, sed primum ibi tenui.

3 ¶†Apostoli, qui petuntur in causa appellationis, interdum uocantur epistolae, interdum dimissoriae. & quid sint apostoli, unde dicãtur, & de quadruplici ipsorum specie, & eorum formis, uide in Specu. eodem titu. quarta parte, uer. sequitur, & glo. in cap. cordi. eod. titu. lib. 6. in uerbo. petat apostolos. & uide glo. hic in uerbo [*Apostoli.*]

4 ¶†Et dantur apostoli, ut instruatur iudex ad quem. ut dicit hic glo. in uer. [*Nec petatur.*]

5 ¶†An appellans, qui semel petiit apostolus, & denuo in in termino sibi per iudicem praefixo petiit, teneatur iterum & tertiò comparere & petere, si iudex praefixit secunda uice alium terminum infra tamen terminum iuris uide bo. glo. hic in uer. [*Videtur.*] quae uidetur determinare, quòd ultra secundam uicem non tenetur appellans pro hac causa comparere; dicit tñ tutius esse, ut iterum in termino prorogato compareat, ex quo est infra terminum iuris.

6 ¶†No. bene glo. in uerbo. [*Infra dictum*] ex qua habes, quòd si terminus certus praefigitur ad recipiẽdum apostolos, seu ad comparendum, uel aliquid in iudicio faciendum, non potest terminus praeueniri. Sed si terminus praefigitur sub hac incertitudine, scilicet infra terminum iuris, seu infra terminum. 20. dierum, satis est, ꝙ infra terminum id fiat quandocunque, dum tamen congruo loco & tempore. Et no. ex eadem glo. aliud esse, si iudex ad recipiendum apostolos statuat terminum iuris, aliud si dicat, infra terminum iuris. nam primo casu non potest comparere ante ultimum diem termini iuris, in secundo uero quandocunque, modo tamen praedicto.

7 ¶†Cuius expensis sunt apostoli tradendi, an appellantis, an iudicis. uide bonam glo. in uerbo. [*Oblatos*] quae uidetur uelle, quòd de mente iuris est, ut ipsorum datio sit gratuita; sed contrarium dicit seruari, ut scilicet detur expensis appellantis, quod dicit aequitatem habere, saltẽ in delegatis.

8 †dicit etiam incidenter, quòd actor debet suis expensis offerre libellum reo, de quo uide latius per glo. in clemen. sepe. infra de uerb. sign. in uerbo [*Pronunciatio*] & credo etiam super alio uerbo ibi [*Queras*] dixi in cap. 1. de libel. obla.

9 ¶†Si iudex, a quo instanter petũtur apostoli per appellantem, nihil respondet, non tenetur amplius appellans coram iudice comparere, quemadmodum contingit, quando respondit se daturum nullo termino assignato. uide tex. cum glo. in uerbo [*Aut si*]

10 ¶†Si iudex dicit se uelle apostolos dare infra terminũ iuris, infra quem postea appellans comparuit, & petiit, non tamen iudex illico dare tenetur, sed potest tenere impedimentum appellantem per totum terminum iuris. uide hic tex. iuncta glo. in uer. [*Vel infra.*]

11 ¶†Nota ex tex. iuncta glo. ultima, quatuor casus contra appellantem, & quinque contra iudicem in materia petitionis & exhibitionis apostolorum, poena uero contrarium facientis in appellante est, quia uidetur suae appellationi renunciasse, in iudice uero, nullitas processus. & dic ut in glo.

SVMMARIVM.

1 *Dies, in qua interponitur appellatio, nõ computatur in termino ad prosequendum praefixo.*

2 *A, iuncta numero dierum excludit illam diem, cui iungitur.*

3 *Appellatur extraiudicium tantum, a futuro grauamine, & tempus anni a die solum illati grauaminis currit.*

4 *Anno elapso, qui ad prosequendum & finiendum appellationem tam iudicialem, quàm extraiudicialem datur, utraque remanet decerta, cessante impedimento.*

CAPITVLVM III.

1 SIcut.¶†Dies, in qua interponitur appellatio, non cõputatur in termino anni ad prosequendum & finiẽdum praefixi, glo hic in uerbo. [*A die.*]

2 Ex qua etiam nota quòd dictio, a, coniuncta numero dierum excludit illam diem, cui adiungitur. exemplum hic in litera [*A tali die &c.*] simile no. in cap. statutum. de praebend. libr 6.

3 ¶†A futuro grauamine appellatur extra iudicium dumtaxat, & tunc tempus anni currit non a die interpositionis ipsius, sed a die illati grauaminis, uide tex. hic iũcta gloss. [*A futuro.*] Et nota singulariter duo ex hac litera.

4 †Primum, quòd sicut datur annus in appellatione iudiciali, & ex causa biennium, ita in extraiudiciali. Item, quòd tempus anni datur ad prosequendum & finiendum in utraque appellatione. Et quòd cessante impedimento, utraq; appellatio per lapsum anni remanet deserta. ¶Et circa impedimentum uide hic gl. pe. & dic latius. ut no. in c. ex ratione. de app.

SVMMARIVM.

1 *Tempus appellationi praefixum ut non currat, partium conuentione impeditur.*

2 *Mortalitas uel alia pestis an excuset a comparitione iudiciali.*

3 *Appellationis prosequendae tempora ut non currant, non sufficit tacitus appellantis & appellati consensus.*

4 *Appellationis in causa ut procedatur, quibus casibus possit iudex supplere, non obstante partium conuentione.*

CAPITVLVM IIII.

1 QVamdiu.¶†Possunt appellans & appellatus conuenire, ut tempore mortalitatis, seu alterius pestis imminentis, non currant tempora appellationi praefixa. uide tex. hic iuncta gl. in uerb. [*Vel alias.*]

2 †Ex qua glo. singulariter not. quòd cessante conuentione, mortalitas, uel alia pestis non excusat a comparitione iudiciali, & prosecutione appellationis, & per consequens citatus ad locum mortalitatis tenetur comparare, si uult euitare contumaciam, contrarium sentit Bart. in l. de aetate. ff. ad Trebell. ubi uide, & latius tetigi post gl. in cap. cum dilectus. de dolo & contuma. ubi de hoc.

3 ¶†Tacitus consensus appellantis, & appellati, non sufficit, ut appellationis prosequendae tempora non currãt; utputa si simul ad domicilium redeant. requiritur enim expressus consensus. ut hic in tex. iuncta gloss. in uerbo, [*Expressi.*]

4 ¶†In matrimonio spirituali, & carnali, & in aliis causis, quae celeritatem desiderant, potest iudex supplere, ut procedatur in causa appellationis non obstante partium

partium dispositione in contrarium, uide hic glo. in uer. [*Immineri*] quam no. quatenus generaliter dicit. [*De causis celeritatem &c.*]

SVMMARIVM.

1 *Appellans ab interlocutoria uel grauamine non potest causas nominatim in appellatione non expressas prosequi.*

2 *Notorietas non releuat ab onere proponendi, licet releuet ob onere probandi. cuius termini intelligentiam & exempla uide late.*

3 *Appellatio ab interlocutoria licet non possit nisi ex deductis causis iustificari, secus tamen in diffinitiua, quæ ex nouis etiam causis iustificari potest.*

CAPITVLVM V.

1 APpellanti.¶†Appellãs ab interlocutoria uel grauamine non potest causas nominatim in appellatione non expressas prosequi, etiam si sint notoriæ. & no. singulariter hoc ultimum, & rationem glos. dum dicit rationem esse, quia notorietas non releuat ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi. ut di-2 cit hic gl. in uer. alias. †Et qua not. ꝙ habens causam seu exceptionem quantũcunq; notoriam tenetur illã exprimere, si uult ex illa iuuari, licet illam sic propositam probare non teneatur, quia notoria non indigent probatione, hoc intelligo in eo qui est præsens in iudicio, sicut cõtingit in appellate; sed absens citatus, cui notorie competit exceptio declinatoria, uel alia contra partem, non tenetur comparere, nec aliter proponere, si non uult; quia talis citatio tanquam temeraria non habet arctare citatum. exemplum patet in citato ad locum notorie nõ tutum, ut dixi post gl. in cle. pasto. §. tit. prox. & uide quod no. Inn. in c. 2. de dila. facit. l. non uĩ. ff. de iudi. sed qñ est præsens, & non proponit, uĩ illi tacite renunciare. sed absens non comparendo uĩ illam tacite proponere. & in 3 hoc cogita.¶†Licet appellatio ab interlocutoria nõ possit iustificari nisi ex causis nominatim deductis in ipsa appellatione, secus tñ est in appellatione a diffinitiua. illa. n. põt iustificari ex nouis causis. uide hic gl. in uer. nec ꝓcessus, quã not. tu canonista, sed tex. est expressus de hic ultimo. in l. scio. ff. eo. facit quòd legitur. & not. in c. cum Ioannes. de fi. instr. Duo requiruntur ad appellationem ab interlocutoria iustificandam, uidelicet ꝙ grauamen præcessit appellationẽ. ut hic & quòd grauamen fuerit expressum in ipsa appellatione, ut hic in secundo responso. uide glo. in uer. [*Ex nouis.*]

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, quæ ab initio non tenuit, non conualescit, appellante & appellato simul, uel appellato tantum eam prosequente. & de ratione uide nu. 2*

3 *Appellatus post appellationis desertionem appellantis negligẽtia an possit prosequi ut pronuncietur male appellatum, & sententiam transiuisse in rem iudicatam.*

4 *Sententia nulla, a qua tamen fuit appellatum, non transit in rem iudicatam, licet appellatio deseratur.*

CAPITVLVM VI.

1 SI appllon.†Appellatio, quæ a principio nõ tenuit, ut puta quia interposita tertio, uel post. x. dies, non cõualescit, licet appellãs, & appellatus siĩ prosequanĩ ipsam, uel appellatus tantũ, uide gl. hic in uer. [*Desertam*] idem si post renunciationem fiat per eos prosecutio.

2 ¶†Quare nõ ualet sententia lata a iudice appellationis, utroq; s. appellante & appellato prosequente, si appellatio erat deserta. uide gl. magnam prope medium, q̃ reddit rationem hanc, uidelicet lapsus temporis prosecutionis fiendæ ratificat sententiam, & facit perinde ac si nũ fuisset appellatum; snia ergo postea lata, quę reperitur a suo non iudice lata, meritò non ualet. & uide circa hoc 3 quod dixi in c. quoniam, de prob.¶†Nunquid post appellationis desertionem per negligentiam appellantis possit appellatus prosequi petendo pronunciari male appellatum, & sñiam transiuisse in rem iudicatam? facit tex. in ar. ꝙ sic, inquantum dicit, appellatum prosequi; hęc snia nihilominus non minus censetur transiuisse in rem iudicatam, & uide hic glo. magnam in uer. [*Sit huius ratio*] quę hoc sentit. uĩ tamen in fine dubitare, nunqd illa duo simul accumulari possint; mihi tamen plus placet, ꝙ nõ possit, sed satis est ꝙ pronunciet super desertione & transitu in rem iudicatam.

4 ¶†Sententia nulla, a qua tamẽ fuit appellatum, non transit in rem iudicatam, licet appellatio deseratur. uide glo. fin.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi locus est, si iudex exceptionem non recipit, uel ad ulteriora procedit.*

2 *Sentẽtia super peremptoria an ita ferri possit, ut in ea exprimatur, quòd obstet; & an habeat tunc uim diffinitiuæ.*

CAPITVLVM VII.

1 CVm a repulsione.¶†Si iudex exceptionem non recipit, uel ad ulteriora litis procedit, uidetur illi repellare ita, ꝙ appellationi locus est, uide gl. se-2 cundam.†Ex cuius fine etiam collige, ꝙ sententia lata super peremptoria non est diffinitiua, sed interlocutoria. dicit tamen illa gl. in fi. ꝙ sententia lata super peremptoria, q̃ obstet, habet uim diffinitiuæ. quam no. dic tamen, ꝙ non est necesse sic pronunciare, cum pronũciandum sit super principali. ut in c. 1. de ord. cog.

DE VITA ET HONE. CLE. Rub.

LIBER TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Diœcesanorum appellatione an ueniant ordinarii, qui in loco habẽt iurisdictionem.*

2 *Per uerba generalia constitutionis, qua præcipitur ordinariis locorum, ut in aliquo procedant contra clericos, non uidetur data potestas contra exemptos.*

3 *Constitutio super certis criminibus pœnam inferens non habet locum super aliis delictis etiam grauioribus.*

4 *Taberna, carnifices, & macellarii, unde dicantur.*

5 *Constitutio fundans super aliquibus qualitatibus, eis uel earũ altera cessante, cessat & ipsa.*

6 *Qui per alium facit, per se facere uidetur, etiam ad incurrendam pœnam.*

7 *Clerici ut priuari possint priuilegio clericali ab ordinariis, specialiter nominibus expressis sunt monendi, non generaliter.*

8 *Nominatim, dictio quid importet.*

9 *Peremptorium unum non sufficit, quando iura ad pœnam incurrendam exigunt, ut quis tertio, seu tribus edictis moneatur.*

CAPITVLVM I.

1 DIœcesanis.¶†Appellatione diœcesanorum nõ ueniunt inferiores ordinarii, licet in loco iurisdictionem habeant, sed tantum epi, uide gl. 1. in fi. Aduerte, quia in ꝯrium uidetur gl. in cle. unica. de fo. comp. quam ibi notaui, & saluãdo istam potest dici dupliciter. Primò ꝙ ista gl. procedit in habentibus ordinariam, nõ tamen quasi episcopalem; secus in habentibus quasi epalem, quo casu procedit illa gl. & facit quod no. gl. in cle. 1. de reb. ecc. non alie. in uer. [*Proprii*] Vel sic aut in loco sunt

sunt ordinarii inferiores episcopis habentes quasi episcopalem iurisditionem in ipso loco exclusis episcopis, & habeat locum glo. contraria, quæ ita loquitur. aut habent, sed non exclusis episcopis, quia concurrunt cum eis in iurisditionis exercitio, & procedat glo. ista, quia ex quo est in loco etiam episcopus, debet uerba sumere in suo proprio & potiori significatu. & hec plus placet. Nec obstat ratio huius glo. quòd hoc sit ius nouū. nam & tex. in d. cle. unica de foro compe. ponit ius nouum, & est priuilegiatum, quod plus est, etiam in alterius præiudicium. Item tenendo contrarium remaneret in loco illo excessus incorrecti, quod non est dicendum, cum publicæ utilitatis sit &c, de sent. exco. c. ut famæ. & hæc not. ¶ † Per uerba generalia constitutionis, qua præcipitur ordinariis locorum, ut in aliquo procedant contra clericos, non uidetur data potestas super exēptos, nisi de eis fiat specialis mentio, uide gl. in uer. [*Clericos*] ¶ † Constitutio emanans super certis criminibus pœnā pro illis inferens, non habet locum cum aliis delictis etiam grauioribus. uide gloss. super uerbo [*Macellariorum*] & potest esse ratio, quia constitutio comprehendit quandoque certa delicta, quia homines sunt promptiores ad illa committenda. 33. quæstio. 2. cap. admonere. & cap. lator. & l. aut facta in fine. ff. de pœnis. ¶ † Vnde dicitur taberna, unde carnifices, & unde macellarii, uide glo. hic in uerbo [*Tabernariorum*] & uer. [*Macellariorum*] & uer. [*Carnificum.*] ¶ † Vbicunque constitutio fundatur super aliquibus qualitatibus, eis uel earum altera cessante, cessat constitutio. Glo. hic in uer. [*Publice*] & personaliter præsupposito ē ꝙ illis cessantibus, nō cessat ꝓrsus peccatum; cōstitutio tn̄ illa cessat. ¶ Constitutio puniens facientem certum quid personaliter non habet locum in eo qui per alium facit, licet in faciente per alium non cesset peccatum. uide glo. hoc notabilem in uer. [*Publice & personaliter.*] Ex qua collige, quòd qui per alium facit per se facere uidetur etiam ad incurrendam pœnam, ut in c. mulieres. & de sen. excom. hoc uerum nisi constitutio requirat quòd personaliter fiat. ¶ Nota quòd ad incurrendam pœnam huius constitutionis non sufficit ꝙ admonitio fiat in genere, sed oportet quòd specifice nominibus delinquentium expressis fiat monitio, de qua hic, uide glo. in uerbo. [*Nominatim.*] † Ex qua primò collige argumen. optimum, quòd cum ordinarius intendit procedere contra clericos incedentes sine habitu, uel cum armis, ad priuationem priuilegii clericalis, nisi desistant, non debet clericos monere generaliter, sed specialiter ipsorum nominibus expressis. & tene menti. † Secundò nota quid importat uerbum, nominatim, & uide per Innocen. in c. lateranensi, de præben. † ¶ Vbicunque ad pœnam incurrendam iura exigunt, ut aliquis tertiò seu tribus edictis moneatur, non sufficit unum peremptorium. uide hic glo. notabilem super uerbo. [*Tertio*] & sic est casus, in quo unum peremptorium non æquiualet tribus edictis, & uide quod not. in cap. ex tuæ. de cle. non resid. ubi dixi latius.

SVMMARIVM.

1. *Clericorum appellatione ueniunt clerici primæ tonsuræ tantum, quamuis materia sit pœnalis.*
2. *Vestes rubeæ & uirides licet clericis sint prohibitæ, in eis tamen nō habet locum pœna in aliis uestibus expressa.*
3. *Indefinita æquipollent uniuersalibus, etiam in pœnalibus.*
4. *Pœna ubi imponitur eoipso, neq; monitio, neq; sententia est necessaria ad illam pœnam incurrendam.*
5. *Suspensus a suorum beneficiorum fructibus, si eos percipiat, non incurrit irregularitatem, neque beneficiis priuatur.*
6. *Fructus, a quibus clericus est suspensus cui accrescant.*
7. *Inhabilitationis ad beneficia pœnam potest imponere episcopus aut legatus tam clerico quàm laico, in perpetuum, & ad tempus.*
8. *Clericus in minoribus, secularibus uestibus & sine tonsura incedēs, etiam monitus non incurrit priuationem priuilegii clericalis.*
9. *Tonsura, clerica, & corona, qualiter sint diuersa, quid significet, & quibus dentur.*
10. *Religiosus habitum sub habitu clericorum secularium portans an incurrat apostasiam.*
11. *Infula, & pilleus, quid significent.*
12. *Ora, & hora quid designent.*
13. *Talaris, uestis clericalis, qualis esse debeat.*
14. *Monachus quando & quam eleemosynam facere potest, & quando non.*
15. *Pœna in constitutione apposita, an intelligatur repetita in fine, qui alteri constitutioni adduntur.*

CAPITVLVM II.

QVoniam. ¶ † Appellatione clericorum ueniūt clerici etiam primæ tonsuræ tantum, quamquē materia sit pœnalis. uide hic gl. in uerbo [*Clericus.*] ¶ † Licet uestes rubeæ & uirides sint clericis prohibitæ, in eis tamen non habet locum ista constitutio, sed in uestibus hic expressis tantum. uide glo. in uerbo [*Partita*] in fi. ¶ † Indefinita æquipollet uniuersali, etiam in pœnalibus, & eadem ratio est in omnibus in genere comprehensis. uide glo. iuncto tex. in uerbo [*Beneficiorum.*] ¶ † Vbi pœna imponitur eoipso, non est necessaria monitio, neque sententia ad pœnam illam incurrendam, uide gloss. uerbo [*Eoipso.*] ¶ † Si suspensus a beneficiorum suorū fructibus suspensionem non seruat fructus recipiendo, non ꝑ hoc incurrit priuatione beneficiorum suorum, aut irregularitatem; fructus tamen sic perceptos restituere tenetur, uide glo. in uer. [*Suspensus.*] † Cui autem sint tales fructus restituendi, seu cui accrescant tempore suspensionis beneficiati, dic ut in eadem glo. quam no. & tene menti. ¶ † Ex causa potest episcopus aut legatus imponere pœnam inhabilitationis ad beneficia tam clerico quàm laico in perpetuum, & ad tempus. uide gl. in uer. [*Inhabilis*] quam no. ¶ † Constitutus in minoribus, secularibus uestibus utens sine tonsura, non incurrit hanc priuationis pœnam priuilegii clericalis, licet præcesserit contra eum monitio. uide hic text. iuncta gloss. in uerbo [*Et tonsuram*] Ego fateor quòd contra talem in minoribus constitutum non est huic constitutioni locus, sed an episcopus possit ex suo officio contra talem procedere ad reassumptionem habitus sub pœna perditionis priuilegii clericalis, uide tex. cum ibi notatis. in c. contingit. 2. de sent. excommu. ¶ † De tonsura, clerica, & corona, qualiter sūt diuersa, & quid significent, uide bonam glo. in uerbo [*Et tonsuram*] post principium. Et in eadem glos. habes, quòd conuersi non portant clericam ex parte superiori, sed tōsuram sic ex parte inferiori usque ad aures. Item quòd monachi debent portare maiorem clericam quàm clerici seculares. † De religioso portante habitum sub habitu clericorum secularium, an incurrat apostasiam. uide glo. in uer. [*Extrinseci*] uide tu plenius per Io. de Lig. in c. deus qui eo. ti. ubi dixi. ¶ † Pro significato infulæ & pillei, uide hic gl. super uer. [*Infulam.*] ¶ Ora sine aspiratione designat finem uel extremitatem rerum præcipue regionum & uestium. cum aspiratione uero designat tempus ut hora tertiæ. uide glo. in uer. [*Oram.*] ¶ † Vestis superior clericorum debet esse talaris. i. usque ad talos longa. uide gl. in uer. [*Videatur*] quàm no. in eo ꝙ dicit superior, non ergo dēt esse ita breuis, ut uestis inferior uideat. ut hic. ¶ † Monachus administratione carens, eleemosynam facere non potest, nisi sit in studio, uel peregrinatione de licentia abbatis. n. moderatam eleemosynam facere pt. uide hic bonam glo. in uerbo [*Conuertendum*] & quod no. gl. 12. q. 1. non dicatis. † Pœna in aliqua constitutione apposita non intelligit repetita in fi. qui addit ad cōstōnem ꝑcedētē, ēt si eodem tpe fiat adiectio. uide gl. singularem

larem hic in uerbo[*Sanctioni*] ſed contrarium allego tibi glo.Ber.in c.de multa.in fi.de præb.in uerb.in eadem,& uide quod ibi ſcripſi.

DE PRAE BEN. ET DIGNI. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſio facta de beneficio uel dignitate motu proprio ualet, licet de cura illi annexa non fiat mentio.*

2 *Motus proprius non firmat contra intentionem ſcribentis, nec ſupplet qualitates intrinſecas beneficii.*

3 *Gratia facta de beneficio, de cura non habita mentione, non extenditur ad curatum, licet in fine addatur illa clauſula. Quòd animarum cura ſi illi imminet, nullatenus negligatur.*

4 *Gratiam impetrans ad beneficium curatum, uel nõ, an teneatur & quibus caſibus, facere mentionem nedum de beneficio, quod obtinet, ſed etiam de cura illius.*

5 *Gratiã impetrans an teneatur facere mentionem de qualitatibus beneficii habiti, de cura, ordine illi annexo, & quantitate redditũum.*

6 *Gratiæ neceſſaria ſi non in eius confectione, ſed in executione ipſius ad conſeruationem indemnitatis beneficii ponatur, per talẽ expreſſionem non ualidatur gratia.*

7 *Diſpoſitio loquens de dignitatibus habet locum etiam in beneficiis.*

8 *Generale uerbum adiectum alicui ſpeciei licet illam ſpeciem ampliet, aliam tamen ſpeciem non includit.*

9 *Si mandetur prouideri alicui de dignitate uacante, uel uacatura, an ueniat dignitas, cui prouidetur per electionem.*

10 *Prouideri alicui de aliqua dignitate ſi mandatur in eccleſia, ubi unica tantum & principalis dignitas eſt, an illa debeatur.*

11 *Prouideri alicui de aliquo beneficio ſi in eccleſia mandatur, ubi unum tantum ſit, de illo prouideri non poteſt, & quare.*

CAPITVLVM I.

1 SI per dignitationem. ¶† Valet prouiſio facta de dignitate, uel beneficio motu proprio, licet de cura illi annexa nulla fiat mentio, uide glo. in iſta clem. in uerbo[*Mandamus*] iuncto text. in uerbo [*Illi uel alteri*] Sed aduerte tu diligenter, quia text. quem allegat gloſſ. hic non probat. nam clementi. ſi romanus, loquitur cum non fit mentio de cura beneficii prius habiti, non autem loquitur de beneficio nunc motu proprio conceſſo, nã de cura beneficii conceſſi uidetur, quòd omnino ſit habenda mentio, quia non eſt de intentione papæ prouidere de beneficio curato, niſi de cura fiat ſpecialis mẽtio, 2 ut probatur in c.cum in illis. de præben.libr.6.† Motus autem proprius non firmat contra intentionem ſcribentis, nec ſupplet qualitates intrinſecas beneficii, de quo uide omnino in c.ſi motu proprio.eo.tit.lib.6.ubi Io.And. ſi bene recolo, uidetur ſentire contrarium eius, quod hic 3 ſenſit in glo. iſta. ¶ † Gratia facta de beneficio, de cura mentione non habita, non extenditur ad curatum, licet in fine addatur illa clauſula, quòd animarum cura ſi illi imminet, nullatenus negligatur, uide hic gloſſ.in uerbo [*Diſpenſantes*] & per hoc declarat iſtum text. procedere etiam in caſu, in quo non fit diſpenſatio ſuper pluribus retinendis, ſed ſimpliciter fit gratia de beneficio obtinendo, quod nota. & pro hoc facit ratio poſita in fine 4 huius clementi. quæ pariter militat in utroque caſu. † An impetrans gratiam ad beneficium curatum, uel non, teneatur facere mentionem nedum de beneficio, quod obtinet, ſed etiam de curata illi annexa. Et aduerte ad unũ caſum indubitabilem. habenda eſt enim mentio curæ beneficii, quod nouiter impetratur, quia papa non intendit prouidere de beneficio curato, niſi de cura illi annexa mentionem faciat, ut in c.cum in illis.eodem titu.libr. 6. 5 † Sed dubiũ eſt, an de qualitatibus beneficii habiti ſit facienda mentio, ut de cura, ordine illi annexo, & quantitate reddituum, & profecto iſte text. in primo reſponſo multum ſtricte facit, ut de cura ſit fienda mentio, gloſſ. hic in uerbo [*Vel alteri*] multum late hoc diſputat ponendo tres lecturas ad iſtum text. ¶ Prima eſt, quòd de illis mentionem facere non tenetur, & hanc firmat in fine, & nota. hoc ſingulariter; & ad iſtum text. reſpondet, quòd non ualet diſpenſatio, ut utrunque poſſit retinere; ſed ſi uult dimittere primum, & tenere ſecundum, poteſt, & fortius hoc procedit ſecundum glo. quando nullam diſpenſationem impetrauit, ſed ſolum impetrauit beneficium curatum, faciens mentionem de beneficio, quod obtinebat, non tamen de cura illa annexa. ¶ Secunda lectura eſt, ut hoc nouum inducat hæc clemẽ. ut etiam qualitas curæ imminens, quod habet impetrans, exprimenda ſit in impetratione. ¶ Tertia lectura, quòd aut quis ſimpliciter impetrat beneficium, & non tenetur facere de cura beneficii habiti mentionem; aut impetrat etiam diſpenſationem, ut primum poſſit cum ſecundo impetrato obtinere, & tunc mixtura diſpẽſationis & gratiæ prouiſionis in eadem litera conceſſarum uitiet utranque. hoc tamen non placet gloſ. per regulam, utile per inutile. de reg.iur.li.6. ego alle.tex.ſingularem in cap.ſi eo tempore, de reſcrip. libr.6. ubi probatur, quòd ſi in eadem litera continetur duplex gratia, in quarum altera ſit commiſſa ſurreptio, non uitiatur utraque gratia per hanc mixturam, ſed tantum illa ſurreptitia. & nota ſingulare hoc dictum gloſſ. Et circa principale dictum uide quod plene ſcripſi in capitul. ad aures. de reſcript. ubi plene ſcripſi, an, & quando ſit fienda mentio de qualitatibus beneficiorum habitorum, & obtinendorum; & multum facit ille tex. ut etiam illo iure debeat impetrator exprimere nomen digni-6 tatis. ¶ † Si neceſſaria ad utilitatem gratiæ non ponantur in confectione ipſius gratiæ, ſed in executione ipſius ad conſeruationem indemnitatis beneficii, per talem expreſſionem non ualidatur gratia, licet ponantur illa uerba in litera gratiæ. uide hic text. quem neſcio alibi in primo reſponſo, in fin. & clarius in ſecundo reſponſo, in fin. iuncta gloſſ. in uerbo[*Cura.*] ¶ Diſpoſitio huius clementi. loquentis de dignitatibus habet locum etiam in beneficiis, quibus prouidetur per electionem; & idem quo ad capitul.cum in illis. de præbend.libr. 6. 8 eſt dicendum. uide gloſſ, in uerbo[*De dignitate.*] ¶ † Verbum generale adiectum alicui ſpeciei licet illam ſpeciẽ ampliet, aliam tamen ſpeciem non includit, maxime in materia reſtringibili; exemplum patet hic in tex. in uerbo[*Quamuis diſpoſitionem*] nam iſtud uerbum, diſpoſitio, non includit electionem, licet ſit ei adiectum iſtud uerbum generale [*Quamuis &c.*] & uide hic gloſſ. in uerbo. [*Quamuis*]. ¶ † Et not. ex eadem gloſ. quòd regulariter in 9 iure indefinita æquipollẽt uniuerſali. ¶ † An ſi mandetur prouideri ſimpliciter de dignitate uacante, uel uacatura, ueniat dignitas, cui prouidetur per electionem, uide glo. præalleg. in uerbo[*Quamuis*] quæ uidetur dubitare, inclinat tamẽ in partem affirmatiuam, quam no. & pro 10 ea facit. c. dilectus. de offi. leg. ¶ † An ſi mandatur alicui prouideri de dignitate in aliqua eccleſia, & ibidem non eſt niſi una & principalis dignitas, utrum illa debeat. uide hic gl. notabilem. in uer.[*Incerta*] quæ arguit, & ponit opiniones contrarias, & uidetur in fine inclinare in par-11 tem negatiuam, aperte tamen non firmat. ¶ † Si mandatur alicui prouideri de aliquo beneficio in eccleſia, & ibi non ſit niſi unicum, de illo prouideri non poterit, quia illud relatiuum, aliquo, ſupponit diuerſitatem beneficiorum, & ſic non poteſt uerificari in loco, ubi eſt tantum unicum beneficium, uide hic bonam gl. in uerb.[*Incerta*] quam no. quia facit ad multa ratione ſui.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia non ueniunt in prouisione clericorum per literas benefi ciales. & nu.6.*

2 *Motus proprius non ampliat gratiam,& uim uerborum.*

3 *Motus proprii efficatia,quanta sit uide remissiue.*

4 *Monasteria habent officia hospitaliorum, quæ tamen non ueniunt sub literis beneficialibus.*

5 *Ecclesiæ,decimæ,& alia iura spiritualia quibus hospitalibus, & quomodo accedere possint.*

7 *Legatus etiam de latere non confert hospitale in titulum, etiam si habet ecclesiam annexam, nec confert ecclesiam ad præsentatio nem laici patroni pertinentem.*

8 *Papa confert hospitale,& ecclesiam spectantem ad præsentationem laici patroni,si de hoc in eius literis fiat mentio, cũ omnes aliæ probationes non sufficiant.*

CAPITVLVM II.

1 PEr literas. ¶ † Sicut non ueniunt hospitalia in literis directis super prouisione clericorum,ita nec in literis confectis super reseruatione fructuum beneficiorum,uide hic tex.iuncta glo.in uerbo[*Super prouisione*]& rationem literæ & huius glo.uide hic per glos.in uerbo [*Eleemosynariis*]quia scilicet cum loca ista sint deputata ad certum usum, ad alium usum sine licentia papæ conuerti non debent,infra de relig.domi. clemen.2. non ergo ueniunt sub literis beneficialibus.Et idem dic de fabricis,eadem ratione,secundum glo.proxime allegatam in fine sui. 2 ¶ † Motus proprius non ampliat gratiam,uel uim uerborum,licet excludat surreptionem eius,pro quo scribitur,uide gloss. notabilem hic in uerbo [*Directas*]per quam rationem gloss.hic concludit, text. istum habere locum, & si motu proprio literæ emanassent,quod bene nota. 3 † & uide quod de efficatia motus proprii not.Ioan.And.in cap. si motu proprio. eodem titu.li.6.& quod dicam,infra eodem.c.si romanus. 4 ¶ † Multa monasteria habent officia hospitaliorum,ut eleemosynarii &c. quæ non ueniunt sub literis beneficiorum.uide gl. in uer.[*Eleemosynariis.*] 5 † Ecclesiæ,decimæ, & alia iura spũalia,possunt accedere hospitalibus religiosis,id est authoritate episcopi ædificatis, ita quòd uenient iure accessorii,& ipsa hospitalia sunt principalia;& tales ecclesiæ non debent in titulum conferri,sed sequuntur naturam hospitalium,secus autem si hospitalia ipsis ecclesiis accederent,quia tunc ecclesiæ sunt principales, & disponuntur, sicut aliæ ecclesiæ & hospitalia ueniunt iure accessorii. Si uero hospitale & ecclesia sunt annexa ita,quòd neutrum est principale , habet adhuc locum ista clemen. ut talis ecclesia non comprehendatur in literis beneficiorum. Idem si nescitur quid sit principale , quia impetrans debet fundare intentionem suam ; uide de omnibus istis text.hic iuncta glo. nota.in uerbo[*Ecclesias*]quam not. 6 ¶ † Verbum,decernimus,inducit ius nouum.uide hic glo.in uerbo [*Decernimus*]etiam in casibus, in quibus hospitalia possunt in titulum conferri,de quibus in clemen.2.de relig.domi.in uer.nisi in fundatione, non ueniunt in literis beneficiorum,nisi de hospitalibus fiat speccialis mentio.uide hic bo.glo.in uerbo[*Prouideri.*] 7 ¶ † Legatus etiam de latere non confert hospitale in titulum,etiam si habet ecclesiam annexam,nec etiam cõferre potest ecclesiam spectantem ad præsentationem laici patroni ; papa autem utrunque conferre potest,dũ tamen hoc exprimat.uide hic text.in fin. iuncta gloss. in uerbo [*Apostolicis*]quam bene notabis. Et aduerte, quia non sufficit mentio generalis , ut puta de quibuscunque beneficiis,dignitatibus,officiis , &c.uide hic glo.fi.Nec sufficit probare intentionem papæ, quòd noluit de talibus hospitalibus prouidere , per testes,uel aliam probationem ; sed oportet , quòd in literis apostolicis de hoc fiat mentio, uide hic tex.iuncta gl.in uer.[*Literis*]q̃ colligit in hoc casum specialem,in quo ad probandũ intẽtionem papæ etiam in gratia facta requiritur litera apostolica,non autem sufficiunt testimonia.sed tu uide,quia ex stillo curiæ non potest fieri probatio per testes,sed tantum per literas.ut plene no.per Arch.& Io.An.in prooemio. 6. uide quod plenius dixi in clem. & si principalis. de rescriptis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia plura quo casu per receptionem alterius uacent.*

2 *Dispensatio super duobus beneficiis specifice nominatis,non extẽditur ad aliud comprehensorum alteri simile; secus si dispensatio generaliter fit.*

3 *Beneficium curatum non uacat per adeptionem secundi simplicis cui ecclesia curata annexa est.*

CAPITVLVM III.

1 SI plures. ¶ † Si habenti plura beneficia curata,etiam ex dispensatione legitima confertur aliud consimile,ad quod non extenditur dispensatio , non ualet collatio istius ultimi , & priora nihilominus uacant ipso facto , nec secundi beneficii adipiscitur possessionem , secus si per eum stetit quominus possessionem consequeretur,tunc enim non uacant priora.Nec obstat.cap.licet episcopus.eodem titu.lib.6.& cap.commissa.de electio. eodem lib.ubi paria iudicantur,quòd quis recipiat possessionem secundi, uel per eum stet quominus eam consequatur:illa enim procedunt,quando tenet collatio ultimi,secus ubi non tenuit, quia humanitas iuste pœnitudinis non est deneganda;forte enim pœnitet,ideo cessat a perceptione possessionis. & uide de prędictis glo. hic in uerbo[*Vacare*]maxime in fin.& eam not.& inducitur nullitas collationis secundi, per cap.ordinarii in fin.de offic.ordi. libr.6.& fortius dic collationem secundi esse nullam,si prouisus iniuste tenebat plura curata.cum tũc sit inhabilis ad aliud beneficium consequendum.ut in di cta decreta. ordinarii.in fin.& hodie clarius per extrauagantem,execrabilis,de qua hic in glos.fin. ¶ Et quod supra dictum est de pluribus beneficiis curatis,idem dic in habẽte plures dignitates, uel personatus,uel alterum cum altero,cum eadem sit ratio,uide hic gl. in uer. [*Dignitates.*] 2 ¶ † Dispensatio super duobus beneficiis curatis specifice in dispositione comprehensis , non extenditur ad unum ex illis , & ad aliud , quod postea consequitur;imo eoipso quòd adipiscitur aliud consimi mile,uacant omnia priora.uide hic tex.iuncta glos.magna.Si autem dispensatio fit generaliter, ut possit tenere duo beneficia incõpatibilia, intelligitur de duobus , quæ alias canonice conferentur.uide bo.gloss.hic præal lega.& tex.singularem.in c.non potest.de præben. lib.6. 3 ¶ Quòd in casu,quo per adeptionem secundi non uacat primum curatum,puta quia consequitur quis beneficiũ simplex,etiam si ei est annexa ecclesia curata,ut in c.super.eod.titu.lib.6.uel in casu.c.si tibi concesso.eod.tit. & lib.nec etiam uacant plura priora beneficia curata , quæ obtinebat prouisus ex dispensatione,uide hic text. iuncta glo.in uerbo[*Sunt.*]

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius Papæ ualidat gratiam contra uitium surreptionis & quid de alia inualiditate.*

2 *Beneficii collatio motu proprio facta non inducit dispensationem si alias de iure retinere non poterat.*

CAPITVLVM IIII.

1 SI Romanus. †Motus proprius ualidat gratiam contra uitium surreptionis, aliam autem inhabilitatem illius, pro quo scribitur, non tollit, nisi aliud exprimatur, & si illa inhabilitas surgat ex detentione plurium beneficiorum incompasibilium. uide de hoc glo. notabilem. in uerbo [*Validam*] quam tene menti. Et maximè in eo quòd postea dicit satis esse illi dare, quod certum operetur effectum, scilicet de quo supra, nec alium operabitur præter intentionem scribentis. Et adde hic aliam glo. quæ habetur. s. eo. clem. 2. in uer. [*Directas*] quæ dicit, quòd motus proprius non ampliat gratiam, uel uim uerborum, licet excludat surreptionem. & de hoc plenius per Ioan. And. in c. si motu proprio eo. titu. lib. 6. & Ioã. Cal. in c. nostra. de rescrip. & per do. de Ro. in eorum decisionibus. dic tamen, ꝙ gratia motu proprio facta recipit in dubio pinguiorem interpretationem, quàm si fuisset ad instantiam alterius facta, ut est tex. singularis in c. si pluribus, eod. titu. lib. ¶ †Gratia seu collatio beneficii motu proprio facta alicui beneficia obtinenti non inducit dispensationem, ut simul illa retinere possit, si alias de iure retinere non poterat, sed solum surreptionem excludit. uide hic text. iuncta gloss. fin. quemadmodum nec illorum beneficiorum mentio dispensationem inducit, ut est text. notabilis in capitul. non potest. de præbend. libr. 6.

SVMMARIVM.

1 *Semestre tempus præfixum ordinariis ad conferenda beneficia, non currit executori, quo minus conferre possit.*

2 *Executor, cui mandatur ut prouideat de beneficio spectante ad collationem certi episcopi, de illo prouidere non potest, qd tempore prouissionis deuolutum est ad alterius collationem, licet tempore datæ pertinent ad priorem episcopum.*

3 *Executor, cui mandatur prouideri de beneficio spectante ad collationem episcopi, an possit prouidere de eo, cuius electio est deuoluta ad ipsum episcopum per negligentiam inferioris, confirmatio uero spectat ad eum iure proprio.*

4 *Executor papæ potest prouidere de beneficio ad papam deuoluto negligentia illius, in præiudium cuius papa mandauit prouideri, secus de deuoluto ex alterius negligentia, uel cessante deuolutione.*

5 *Legatus papæ potest prouidere de beneficiis deuotis ad papam, in illis tamen, quæ in mandato continẽtur executor papæ præfertur ipsi legato.*

6 *Interpretatio licet fiat stricta in beneficialibus, contra tamen concedentem fit larga.*

7 *Executor prouidet de beneficiis ad papam deuolutis per negligentiam illius, in cuius præiudicium scribitur, si originaliter ad eũ spectabant; sed quid, si per negligentiam inferioris ad ipsum essent deuota, & finaliter ad papam?*

CAPITVLVM V.

1 SI de beneficio. ¶ †Negligentia executoris in nõ conferendo beneficium, etiam post sex menses a tempore uacationis, non obstat ei, quominus possit de nouo conferre. & sic tempus semestre præfixum aliis ordinariis ad conferendum non currit executori, uide hic gloss. notabilem. in uerbo [*Episcopi*] quod limita, ut in ea

2 not. ¶ † Si mandatur executori, ut prouideat de beneficio spectante ad collationem certi episcopi, non potest executor de illo prouidere, quod prouisionis tempore deuolutum est ad alterius collationem, licet tempore datæ pertineret ad collationem illius episcopi. ui-

3 de hic gloss. in uerbo [*Existit.*] ¶ † An, si mandatur prouideri de beneficio spectante ad collationem episcopi, possit prouideri de beneficio, cuius electio est deuoluta ad ipsum episcopum per negligentiam inferioris, institutio uero seu cõfirmatio spectat ad eũ iure proprio, uide hic gloss. in uerbo [*Capituli*] quæ uidetur dubitare, quia electio non includebatur in literis, per clemen. primam, supra eodem, & in hanc partem uidetur inclinare. ego dubito, quia tempore prouisionis spectat ad collationem episcopi, cum possit ipse episcopus procedere per uiam collationis, licet diuerso iure electio & confirmatio ad ipsum pertineat, ut not. in capitul. ut circa. de ele-

4 ctio. libr. 6. sed cogita circa hoc. ¶ † Executor a papa deputatus potest prouidere de beneficio ad ipsum papam deuoluto ex negligentia illius, in præiudicium cuius papa mandabat prouisionem fieri, secus si fuit deuolutio facta ex alterius negligentia. Item prouidere non potest executor de beneficio spectante ad collationem papæ cessate deuolutione, ut sunt beneficia in curia uacantis, uide hic gloss. bonam iuncto tex. in uerbo [*Siue ad*

5 *nos.*] † Item not. ex eadem glo. quòd legatus papæ potest prouidere de beneficiis deuolutis ad papam in illis tamen executor papæ præfertur ipsi legato propter speciale mandatum quo ad ea, quæ competunt ipsi executori,

6 quod not. ¶ † Licet in beneficialibus fiat aliës stricta interpretatio. ut in capitul. quamuis de præbend. libr. 6. tamen contra ipsum concedentem fit larga. uidd hic bo-

7 nam gloss. in uerbo [*Siue ad nos*] prope finem. ¶ a Executor prouidet de beneficiis deuolutis ad papam per negligentiam illius, in cuius præiudicium scribebatur, si originaliter heneficium spectabat ad illius collationem; secus, si per negligentiam sui inferioris ad ipsum erat deuolutum, & finaliter ad papam. hoc uoluit glo. in uerbo [*Episcopi*] Ego autem dubito an hoc dictum sit uerum, cum satis sit ꝙ saltem tempore datæ spectaret ad illius, in cuius præiudicium scribitur, collationem, licet per alterius negligentiam. argum. eius quod hic no. super glo. *Existit*] cogita.

SVMMARIVM.

1 *Rescripto papæ si cui de dignitate prouideri mãdatur, an possit prouideri illi de dignitate habente præbendam annexam?*

2 *Dignitatem, quæ nullam habeat præbendam, si cui conferri rescribitur, an de habente annexam præbendam prouideri ei possit.*

3 *Canonicum habens, & ius ad præbendam, ac ad dignitatem, quam duceret acceptandam, si unam sine dignitate uacantem noluit, simul totum habere uelle protestans, iusta causa est ad negligentiam excludendam.*

4 *Præbendam ex gratia apostolica expectans non potest acceptare præbendam dignitati annexam, secus si dignitatem expectaret.*

5 *Præbendæ adeptione in eadem ecclesia uacat ipso iure prima, quã etiam alias legitime adipisceretur.*

6 *Episcopus non potest dispensare, ut quis duos canonicatus habeat in eadem ecclesia, licet possit dispensare in canonia, & personatu, uel officio.*

CAPITVLVM VI.

1 SI iuxta. ¶ † Si mandatur prouideri per rescriptũ papæ alicui de dignitate, an prouideri illi possit de dignitate habente præbendam annexam? uide bonam glo. in hac clem. in uerbo [*Mandati*] quæ uidetur in hoc dubitare. & primò dicit, ꝙ egeret declaratione; in fin. uero sentit, quòd debeatur, sed loquitur, cum mandatur prouideri de dignitate aliàs habente præben-

2 dam a capitulo. † Quid autem si mãdatur prouideri illi de dignitate, quæ nullam habet præbendam? gloss. non aperit, sed idem ego puto eadem ratione. nam nec in præcedenti casu posset prouideri de tali dignitate, si in rescripto saltem per uiam accessorii non comprehenderetur præbenda annexa. ad idem

etiam

3 etiam facit.c.super.eod.titu.lib.6. ¶ † Si habens canonicatum,& ius ad præbendam primò uacantem, & ad dignitatem quam duceret acceptandam,præbendam,quæ sine dignitate uacauit,noluit protestans,quòd hoc faciebat,quia omnes dignitates ecclesiæ præbendas habent annexas,& totum simul consequi uolebat,satis esset iusta causa ad negligentiam excludendam.uide hic gloss. in uerbo.[*Acceptandam*]quam not.pro limitatione.capit. si clericis.eodem titu.libr. 6. 4 ¶ † Expectans præbendam ex gratia apostolica , non potest acceptare præbendam dignitati annexam;quia dignitas,quæ est principalis,nō est debita;secus si expectat dignitatem,tunc enim potest illam acceptare, licet præbenda sit ei annexa. uide text. hic iuncta glos.in uerbo.[*Annexa*]& not. ipsius rationē. 5 ¶ † Per adeptionem præbendæ in eadem ecclesia uacat ipso iure prima, etiam si secunda sit annexa dignitati, quam alias legitimè adipiscitur. text. singularis est hic , 6 iuncta glo. penul. ¶ † Non potest episcopus dispensare , ut quis habeat duos canonicatus in eadem ecclesia , licèt possit dispensare in canonica & personatu, uel officio.uide hic glo.fin.& plene in c.literas,de conces.præbend.ego dixi plenissime.in capitul.cum iam dudum,de præbend.

DE CONCESS. PRAEB. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Examinatorum super promouendi sufficientia deputatorum relationibus creditur,& qualiter fiat ista examinatio.*

2 *Executor ad beneficia sub conditione,si reperit illum esse uitæ laudabilis &c.deputatus,de existenti conditione ut constet , quomodo se habere debeat.*

3 *Dispositio conditionalis cum clausa de præsenti,puta decernentes ex nunc &c.non operatur effectū suū, nisi post conditionis euētū.*

4 *Ex nunc, ista uerba in aliqua dispositione apposita exponuntur, ut ualeat ex tunc.*

5 *Decretum papæ affectiuum,uel irritatiuum,afficit & ignorantes.*

6 *Gratiam habens conditionalem ad beneficium obtinendum,an præferatur secundo pure impetranti, uel sub conditione,quæ prius fuit purificata,maxime si ista secunda impetratio fuit in forma gratiæ?*

7 *Gratiis duabus pendentibus in eadem ecclesia super consimili beneficio,quarum prima est sub cōditione nondum purificata, sed in forma huius clem.secunda uero est purificata, & talis,quæ afficit manus ordinarii,cuius tale beneficium esse debeat.*

8 *Censemus,istud uerbus quibus modis capiatur,& quādo inducat ius nouum,& quando non.*

9 *Constitutionis ratio quando est antiqua,tunc constitutio ipsa extenditur etiam ad præterita.*

10 *Gratiam habens expectatiuam cum beneficio acceptandi infra mensem &c. an possit beneficium uacans acceptare post mensem.*

11 *Gratiam habens,ut sibi prouideatur de beneficio,quod infra mensem duxerit acceptandum,non potest acceptare beneficium uacaturum,sed uacans solum.*

12 *Gratiam habens ad beneficium,potest acceptare beneficium uacās, etiam si uacabat tempore gratiæ.*

13 *Vacans,ista dictio potest referri & ad præsens tempus,& ad futurum.*

14 *Gratiam habens, ut prouideatur sibi cum beneficio acceptandi, potest acceptare sine executiōis præsentia, quamuis cautius sit cum illius præsentia.*

15 *Gratiam habens cum beneficio acceptandi,potest acceptionis actū per procuratorem explicare.& quomodo id exequetur.*

16 *Beneficii locus si caret habitatoribus,debet attendi notitia uacationis apud locum uicinorum.*

17 *Terminus mensis, qui hodie communiter præfigitur hic habentibus gratiam expectatiuam,currit etiā illis,qui non sunt in culpa,& quomodo,& quare.*

CAPITVLVM I.

1 Cum ei,quem.¶ † Creditur relationibus examinatorum per superiorem deputatorum super promouendi sufficientia.& fit ista examinatio in forma pauperū,quomodo legant,cantent,& cōstruant,uide hic 2 glo.in uerbo.[*Reputamus.*] † Vtile consilium est,ut executor deputatus ad prouidendum sub conditione,si reperit illum esse uitæ laudabilis &c.super sufficientia pronunciet,uel quòd facta mentione de illa inhibeat,uel saltem suam potestatem insinuet, alias non facile conditionem 3 extare constabit.uide glo.in uerbo.[*Extet.*]¶ † Dispositio conditionalis cum clausula decreti affectiua per uerba de presenti,puta,decernentes ex nunc &c.non operatur 4 effectum suum , nisi post conditionis euentum . † & illa uerba, ex nunc, exponuntur cum suppletione uidelicet exnunc,ut ualeat extunc,uide text.hic iuncta glo. in uerbo [*Ex nunc*]¶ † Decretum papæ afficiens,seu affectiuum, uel irritatiuum,afficit & ignorantes.uide tex.hic iuncta 6 gloss. in uerbo [*Attentati*] ¶ † An habens gratiam ad beneficium obtinendum conditionalem præferatur secundo impetranti pure,uel sub conditione,cuius gratia fuit prius purificata per conditionis euentum,maximè si ipsa secunda impetratio sit in forma gratiæ.uide bo.gloss. hic in uerbo [*Executorem*]quę hoc examinat , & uidetur satis dubitare,tandem concludendo dicit,æquum fore , quòd si conditio primi impetrantis extitit ante collationem factam secundo , debet præferri ipse primus impetrans secundo impetranti,siue habeat formam gratiæ,siue pauperum, siue sua gratia sit pura, siue sub conditione, quæ prius extitit, quàm conditio primi ; & pro hac conclusione optime facit text. hic in uerbo. [*Antequam existet &c.*]& hic dicit uerum,quando conditio primi dependet ex rei existentia,uel ex uoluntate ipsius, cuius facta est gratia; & in istis casibus procedat iste text. secus autem si conditio gratiæ primi dependet ex alterius arbitrio,tunc enim præfertur secundus pure impetrans,ex quo sua gr͞a præcessit existentiam conditionis primæ alteri factæ,per c.si pro te,de rescri.libr.6.ubi bonus text. isto enim casu gratia illa prima est multum tenuis, et nihil ualet alio,ex cuius arbitrio pendet,recusante, dicto c.si pro te.& hæc not.uide tamen tu in hoc ultimo casu tex.in d.c. si pro te.loquitur enim quando secundus impetrans fuerat receptus in canonicum antequam gratia primi esset purificata per conditionis existentiam,sed dubium mihi facit , quid si re existente integra purificetur gratia primi,quæ pendebat ex alieno arbitrio,an debeat præferri secundus, qui pure obtinuit gratiam pendente conditione primi impetrantis?pondera tex.dicti.capit.si 7 pro te.¶ † Si pendentibus duabus gratiis in eadem ecclesia super consimili beneficio, quarum prima est sub conditione nondum purificata,sed in forma huius clemen. in prima parte.secunda uero est purificata & talis , quæ afficit manus ordinarii , ipse ordinarius beneficium uacans contulit tertio, demum extante conditione primi executor secundi illud beneficium contulit eidem secundo, postquam collationem executor primi contulit primo,quæritur cuius sit dictum beneficium? uide glo. præalleg.in uerbo.[*Executorem*]in uersic. [*Sed fingas*]quæ concludit,quòd est primi impetrantis.Nam si collatio ordinarii fuerit impedita per gratiam secundi,quæ erat pura & affectiua,collatio secundi non ualuit;quia fuit facta, postquam gratia primi fuit purificata , & sic contra hunc text. in uerbo [*Antequam extet*] a contrario sensu. & per consequens primus est potior , qui uincit ordinarium non ex persona sua , cum tunc sua gratia non esset purificata , sed ex persona secundi . ¶ † Verbum , censemus , ex se uidetur inducere ius nouum , si tamen ratio constitutionis est antiqua,non causat tunc ius nouum.nec omnino resistit etymologia uocabuli, quia secundum deriuatores ponitur pro iussu deliberatione

ne æstimatione & prolatione sententiæ, uide hic bonam glo. in uer. [*Censemus.*] Ex qua etiam not. quòd quando costitutionis ratio est antiqua, extenditur tunc constitutio etiam ad præterita. quòd bene not. ¶ † An habēs gratiam expectatiuam cum beneficio acceptandi infra mensem &c. possit beneficium uacans acceptare post mensem: uide hic plene per gloss. super uerbo [*Infra mensem*] in uersicu. [*Sed quæritur*] quæ tandem dicit, se credere, quòd si clausula reseruationis, & potestas executoris adiungitur beneficio uacaturo, quòd acceptabit impetrans infra mensem, ut ponitur hic in tex. & in forma hodie in curia romana solita, quòd non possit per expectantem acceptari, uel ei tale beneficium uigore illius gratiæ conferri. Secus si reseruatio est diuisa a spatio temporis, ut puta, si dicatur, beneficium, quod in tali loco uacauerit quod duxerit acceptandum, tibi conferendum collationis nostre præsentibus reseruamus, Inhibentes, ne infra mensem postquam tibi de uacatione cō stiterit, aliquis de illo præsumat quacunque auctoritate disponere &c. uel per similia uerba. quod not. & uide latius hic in gloss. hæc omnia uidetur gloss. limitare, nisi papa prouidisset de canonicatu, & circa præbendam dedisset beneficium acceptandi infra mensem, tunc enim licet reseruatio & executoris potestas adiungatur præbendæ infra mensem acceptandæ, & hac ratione non possit executor prouidere post mensem, quia tamen canonicus est, poterit executor ex ui canonicatus, si nullus ibidem expectat, etiam post mensem illi impetranti & canonico de illa præbenda prouidere. Nec ob. c. si clericus. de præben. lib. 6. ubi in tali casu data negligentia recurritur ad ordinarium, quia ibi expirauerat in totum potestas executoris, cum esset restricta ad primam uacaturam, sed in terminis nostris durat, saltem quo ad aliam uacaturam, quam infra mensem acceptabit; quare ratione canonicatus poterit nunc executor conferre illam uacantem nulli debitam. cogita tamen, quia passus 11 est satis dubius. ¶ † Habens gratiam, ut sibi prouideatur de beneficio, quod infra mēsem a uacationis notitia duxerit acceptandum, non potest acceptare beneficium uacaturum, sed uacans duntaxat, nam illa uerba, a uacationis notitia, non patiuntur, quòd uacaturum accepter; secus, quando fit gratia, ut ei prouideatur de beneficio, quod duxerit acceptandum: tunc enim potest acceptare primum incertum, quod uacabit, uel ulterius. de quo tamen dicendum, ut habetur in capitu. ne captandæ. de concess. præben. lib. 6. & uide de utroque dicto gloss. hic 12 in uer. [*Notitia.*] † Ex qua etiam no. quòd habēs gratiam fm primam formam potest acceptare beneficium ua-13 cans, etiam si uacabat tempore gratiæ. † quia id uacabit, qđ uacans reperitur, unde illud uerbū, uacās, pōt ad utrunque tempus, scilicet præsens, & futurum, adaptari. 14 quod bene not. ¶ † Habens gratiam, ut prouideatur sibi cum beneficio acceptandi, potest acceptare sine executoris præsentia. uide bo. gloss. hic in uerbo. [*Executorem*] cōsultius tamen est, ut fiat in præsentia executoris, ut sic euitetur opinio contraria, de qua in fine huius 15 gloss. ¶ † Habens gratiam cum beneficio acceptandi potest acceptationis actum per procuratorem explicare, qui quidem procurator petendo beneficium sibi conferri per executorem, uel illud ab executore recipiendo, uidetur illud satis acceptare, sicut hic disponitur in ipso principali. uide hic bonam gloss. in uerbo [*Præsenti*] 16 ¶ † Si locus beneficii caret habitatoribus, debet attendi notitia uacationis apud locum uiciniorem. uide hic glo. in uerbo [*Loco*] quam nota in simili materia. Satis tamen est, quòd uacationis notitia sit in ecclesia, ubi est beneficium, licet non sit in illo loco ecclesiæ. puta in oppido, seu castro, in quo consistit illa ecclesia. sic uoluit hic gl. in uerbo [*Vel ecclesia*] quòd intelligo quando ecclesia ha-17 bet habitatores per statim dicta. ¶ † Terminus mensis, qui hodie cōmuniter præfigitur habentibus gratiam expectatiuam currit etiam illis, qui non sunt in culpa, ut puta quia erant ita distantes a loco beneficii, quòd uerisimiliter uacationis notitiam habere non potuerunt, ita tamen quòd per se uel per alium uacationis notitiam habere potuerint, alias sec⁹, ut satis colligitur hic in fine literæ iuncta gloss. pe. coniungendo principium cum fine. Et hoc est speciale hic secundum gloss. ut talis rigor obseruetur per rationem, quæ in litera exprimitur. Secus autem est in aliis casibus, in quibus requiritur notitia alicuius facti, non enim imputatur ei, qui non fuit in culpa. & uide latius per glo. præallega. quam bene notabis.

DE REBVS ECCLE. NON ALIE. Rub.

SVMMARIVM

1. *Constitutio quandoque quo ad pœnam dicetur non iuris editoris, quæ non trahitur ad præterita.*
2. *Constitutio edita contra religiosos etiam in materia concernente pariter clericos seculares, non extenditur ad ipsos clericos.*
3. *Constitutio edita contra religiosos, an includat religiosos translatos ad ecclesias seculares.*
4. *Redditus differunt a fructibus, & quomodo.*
5. *Pœnalis constitutio licet sit restringenda, quibus tamen casibus indefinita non æquipolleant uniuersali.*
6. *Concessio facta alicui ad eius uitam, quibus casibus dicatur perpetua.*
7. *Abbates habentes ecclesias pleno iure sibi subiectas, præstare possunt auctoritatem alienationibus rerum illarum ecclesiarum loco episcoporum.*
8. *Prælati inferiores habentes ecclesias, seu subditos pleno iure subiectos, quæ iura episcopalia possint in illis exercere.*
9. *Exemptorum prælatus proprius est* Papa.
10. *Abbates immediatè episcopis subiecti non alienant sine ipsorum consensu, & auctoritate.*
11. Pœna *simpliciter apposita, etiam si sit suspensionis ab officio, intelligitur perpetua.*
12. *Alienare, obligare, uel uendere prohibitus, potest locare ad modicum tempus, contra Accursii opin.*
23. *Prælatus potest ad modicum tempus locare, uel fructus uendere sine superioris uel proprii capituli auctoritate, & consensu.*

CAPITVLVM I.

1 MOnasteriorum. ¶ † Constitutio quādoq; quo ad pœnam duntaxat dicitur noui iuris editoria, uide glo. in uerbo [*Prohibemus*] ex qua infertur, quòd licet materia constitutionis sit antiqua, tamen ex quo pœna de nouo additur, nō dēt ad pterita extendi. facit ad not. s̄. in proœ. & in c. 2. de psti. & in c. fin. eod. 2 ti. ¶ † Constitutio edita contra religiosos etiam in materia concernente pariter clericos seculares, non extenditur ad ipsos clericos seculares gloss. notabilis est in uerbo [*Religiosus*] sed uide gloss. contrariam in clemen. 1. de rescrip. & quod ibi dixi. huic tamen gloss. concordat gl. in clemen. 1. de sup. ne. præla. & in cle. 1. infra de deci. in 3 fin. de priuile. ¶ † An constitutio edita contra religiosos includat religiosos translatos ad ecclesias seculares, uide hic gloss. in uerbo [*Cuius*] in fine, quæ uidetur uelle, quòd non, quando ex tenore constitutionis potest comprehendi, quòd iurislator uoluerit consulere monasterio seu administrationi religiosæ, sicut colligitur hic in principio, secus puto, ubi constitutionis causa concernit personas religiosorum, quocunque se uertant, & ad hoc uide gloss. in clemen. 1. de deci. inspiciatur ergo constitutionis causa, & si non est expressa, coniecturetur naturalis ratio ipsius constitutionis. iuxta not. per Cyn. in l. 4 non dubium. C. de legi. ¶ † Redditus differūt a fructibus uide hic gloss. iuncto tex. in uerbo [*Redditus*] & quod no. 5 in c. pastoralis, de deci. ¶ † Nota hic gl. in uer. [*Possessiones*] quæ tex. exponit, idem certas, uel omnes. Ex qua iuncto

cto tex. singulariter not. quòd licet constitutio pœnalis sit restringenda, & indefinita æquipolleat uniuersali præsertim ad pœnam euitandam, tamen quando surgat absonus intellectus, seu constitutio redderetur parui effectus, indefinita non æquipollet uniuersali, etiam quo ad pœnam uitandam, ut hic singulariter probatur in tex. in uerbo [*Possessiones*] iuncta gloss. si enim tex. intelligeretur generaliter in alienante possessiones, idest omnes possessiones monasterii, raro aut nunquam hæc constitutio haberet effectum, & hanc puto rationem quare gloss. exposuit, id est certas, uel omnes, & hoc est notandum. 6 ¶ †Concessio facta alicui ad eius uitam duratura, potest dici perpetua. uide hic gloss. in uerbo [*Ad eius*] sed declara, ut habes glo. pleniorem. 10. q. 2. c. perpetua. ¶ † Nota 7 ex gloss. super uerbo [*Proprii*] quòd abbates habentes ecclesias pleno iure sibi subiectas, præstare possunt auctoritatem alienationibus rerum illarum ecclesiarum loco episcoporum. Et idem dic de aliis prelatis inferioribus habentibus iurisdictionem episcopalem, uel quasi, eadē ratione. & facit quod dixi post glo. in cle. 1. supra de ui 8 ta & hone. cle. †Et ex hoc etiam not. quòd prælati inferiores habentes ecclesias seu subditos pleno iure subiectos possunt in illis exercere omnia iura episcopalia, quæ tamen sint iurisditionis, & non ordinis episcopalis, quia illa non possunt acquiri non habenti illum ordinem episcopalem, ut in. c. quanto, de sue. & uide ad primum, quod plene dixi. in c. significasti de foro compe. 9 †Item nota quòd proprius prælatus exemptorum est papa, & intellige de exemptis immediate papæ subiectis. 10 †Item quòd abbates immediate episcopis subiecti non alienāt sine consensu & auctoritate ipsorum, de quo uide text. in capitu. abbatibus. 12. quæstio. 2. & c. in uendi- 11 tionibus. 17. quæstio. 4. ¶ †Pœna simpliciter apposita, etiam si sit suspensionis ab officio, intelligitur perpetua. uide gloss. hic in uerbo [*Pœna*] & dic ut plene not. in c. 12 ex literis, de constitutio. ¶ †Prohibitus alienare, obligare, uel uendere, potest locare, & hoc uerum ad modicum tempus, licet Accur. dixerit, quòd potest locare ad centum, seu mille annos, quòd iure non probatur, uide hic 13 tex. iuncta gloss. notabili in uerbo [*Locationes*] ¶ † Potest prælatus ad tempus modicum locare, uel fructus uendere, sine sui superioris, uel proprii capituli auctoritate, & consensu. uide hic tex. in fine iuncta glo. notabili in uerbo [*Modicum*]. ¶ †Modicum tempus dicitur infra decennium. uide hic bonam gloss. in uerbo [*Modicum*] & tene eam menti. cum allegationibus suis.

SVMMARIVM

1 *Abbates licet habeāt ecclesias pleno iure subiectas, illas tam unire, uel unam alteri subiicere, non possunt, & quare.*
2 *Ecclesiarum uniendarum, uel unius alteri subiiciendæ ius an præscribi possit per inferiores episcopo.*
3 *Ecclesia una non potest alteri uniri, seu subiici, uel loco religioso dōnari p episcopū sine sui capituli cōsensu, qui est impræscriptibilis.*
4 *Grauia omnia debent cum consensu capituli per episcopi expediri.*
5 *Ecclesia licet rectore eius non uocato possit per episcopum uniri, unio tamen de ea sine prælato fieri non potest; & de diuersitatis ratione.*
6 *Ecclesia inferior uacans sicut uniri alteri per episcopum, defensore non dato, potest, sic & ecclesia cathedralis, uacans per papam alteri episcopatui.*
7 *Vnio sicut, ita & dissolutio sede uacante an fieri possit.*
8 *Ecclesia uacans quare, defensore non dato uniri potest, & non sic eius bona alienari.*
9 *Ecclesia uacante an episcopus cum capitulo possit aliqua statuere in præiudicium ipsius uacantis ita ut rector futurus teneatur illa obseruare.*
10 *Episcopus sicut ecclesiam mensæ suæ, uel capituli non potest, ita & fortius non potest unire mensæ communi.*
11 *Decimam antiquam, quam habes in feudum, non potest laicus donare episcopo, capitulo autem sic, & quare.*
12 *Dignitas non firmata per papam an possit de ecclesia cathedrali tolli per episcopum & capitulum.*
13 *Ecclesiastica res ut alienetur, quibus casibus auctoritas episcopi et cum consensu capituli non sufficit, non ad archiepiscopum, sed ad papam recurritur.*
24 *Ecclesia sicut præbendæ, & ecclesiæ cathedrali per episcopum cū capitulo uniri potest, quare & non ipsi capitulo?*
15 *Episcopus abundans an possit aliqua de bonis suæ mensæ donare ipsi capitulo?*
16 *Dispositio damnans consuetudinem extenditur ad præterita, & quare.*
17 *Constitutio damnans consuetudinem per uerba generalia, omnem consuetudinem, cuius etiam memoria non sit, damnare uidetur.*

CAPITVLVM II.

1 SI una. ¶ †Licet abbates habeant ecclesias pleno iure subiectas, illas tamen unire, uel unam alteri subiicere, non possunt. hæc enim sunt episcopalia, & sic per solum episcopum explicanda, uide hic gloss. notabilem in uerbo [*Episcopum*] ego de hoc dubito, per ea quæ not. per gloss. in clemen. supra proxi. in uerbo [*Pro-* 2 *prii*] & quod ibi dixi. †An autē per inferiorem episcopo possit præscribi hec facultas uniendi, uide per gl. in cle. 3 ne in agro. de statu regu. § ad hæc. ¶ † Vna ecclesia non potest alteri uniri, seu subiici, uel loco religioso donari per episcopum sine sui capituli consensu. & talis consensus est per episcopum impræscriptibilis. uide hic text. in fine iuncta gloss. notabili super uerbo [*Consentiente.*] 4 †Et idem dic quo ad facultatem alienandi bona eccle 5 siæ suæ eadem ratione, & satis sensit hic gloss. in fine. †& dic quòd omnia grauia debent cum consensu capituli per episcopum expediri. ut not. Innocen. in capitu. edoceri, de rescrip. ¶ †Licet ecclesia possit alteri per episco 5 pum uniri, etiam rectore ipsius ecclesiæ non uocato, ut hic, tamen sine consensu illius prælati, cui illa ecclesia subest, unio fieri non potest, uide gloss. bonam super uerbo [*Rector.*] Et diuersitatis ratio inter rectorem & prælatum potest sumi ex his, quæ habentur in gloss. sequen. super uerbo [*Vocatus*] Nam rectori nullum facit præiudicium unio, quia sortitur effectum post mortem ipsius, ut in capitu. consultationibus, de dona. sed prælato superiori generaret præiudicium saltem in potestate proui- 6 dendi. ¶ †Sicut ecclesia inferior uacans uniri potest alteri per episcopum defensore aliter non dato, sic & ecclesia cathedralis uacās potest per papam alteri episcopatui uniri. 16. quæstio. 1. c. & temporis. uide hic glo. in uer 7 bo [*Vacabat*] † quæ etiam incidenter tractat, an sicut unio, ita & dissolutio unionis fieri possit sede uacante. & sentit quòd sic, quo ad ecclesiam inferiorem, sed quo ad episcopalem dubitat, per cap. 1. ne sede uacā. & uidetur concludere quo ad illam, quòd non; ego idem dicerem quo ad ecclesiam inferiorem quo ad ecclesiam sibi unitam, ut illa ab ea dissolui non possit ea uacante defensore non dato, quia talis dissolutio pertinet ad alienationem, quæ fieri non potest defensore non dato. ut in capitu. 1. eod. titu. lib. 6. sed ubi duæ ecclesiæ non essent unitæ principaliter, posset procedere opinio huius 8 glo. quia tunc ex nulla parte sequitur alienatio. ¶ † Quare autem potest una ecclesia uacans alteri uniri etiam defensore non dato, & non sic ipsius aliqua bona alienari, uide hic gloss. sequentem in uerbo [*Defensor*] ¶ † An ec- 9 clesia uacante possit episcopus cum capitulo aliqua statuere in præiudicium ipsius ecclesię uacantis, ita ut rector futurus teneatur illa obseruare, uide hic gloss. præallega. in uerbo [*Defensor*] quæ refert opiniones, & uidetur tandem inclinare, quòd sic; ad tempus tamen, & ex causa, sed non, quo ad perpetuum præiudicium, supple defensore non dato, quasi sit quædam species alienationis

10 iurium ipsius ecclesiæ, quod nota.¶† Sicut non potest episcopus ecclesiam unire mensæ suæ, uel capituli, ita & fortius non potest illam unire mensæ communi, quia tunc uterque disponeret & auctorizaret in facto pro-11 prio, uide hic gloss. in uerbo [*Mensæ suæ*]¶† Non potest laicus donare decimam antiquam, quam habet in feudũ, episcopo loci, q̃a auctorizaret in facto proprio, sed capitulo donare potest cum auctoritate episcopi, quia hoc casu non requiritur consensus capituli, & sic non auctorizat in facto proprio, uide hic glo. præallega. in uer-12 bo [*Mensæ suæ*]¶ Dignitas non confirmata per papam potest de ecclesia cathedrali tolli per episcopum & capitulum, si bona non sunt illis communia, secus si sunt communia; hoc fuit dictum Host. ut refert hic gloss. in uerbo [*Mensæ*] sed gloss. non firmat. dic tu de hac materia, ut 13 not. in capitu. cum accessissent, de consti.¶ † In casibus, in quibus in alienatione rei ecclesiasticæ non sufficit auctoritas episcopi, etiam cum sui capituli consensu, ut puta quia ambo uel alter auctorizaret in facto proprio, debet ad ualitatem alienationis recurri ad papam, non autem ad archiepiscopum; quia non est iste de casibus, in quibus archiepiscopus impedit se in diœcesibus suorũ suffraganeorum. uide hic gloss. notabilem in uerbo [*Mensæ*] in fine, & eã tene mẽti. ¶† Quare ecclesia põt uniri p̄bendæ canonici etiam ecclesiæ cathedrali per episcopum cum consensu capituli, & non ipsi capitulo? uide hic gloss. in uerbo [*Ipsi.*] in fi. quæ reddit rationem, quia in secundo casu capitulum auctorizaret in facto proprio, non autem sic in priori. Et not. ex hac ratione, capitulum consentiendo alienationi dicitur auctoriza-15 re.¶ † An episcopus abundãs possit aliqua de bonis suæ mensæ donare ipsi capitulo, uide hic gloss. in uerbo [*Ecclesiam*] quæ notabiliter concludit quòd sic, quia non est proprie alienatio, cum remaneat in dominio ecclesiæ, ita quòd etiam iuramentum de non alienando non obstaret tali donationi, quod singulariter nota, dicit tamẽ 16 tutius esse, ut fiat cum superioris auctoritate.¶ † Dispositio damnans consuetudinem extenditur ad præterita, quia consuetudo notat tempus præcedens. uide hic glo. 16 notabilem in uerbo [*Decernimus.*] ¶† Constitutio damnans consuetudinem per uerba generalia, puta quamuis consuetudinem &c. uidetur damnare omnem consuetudinem, etiam illam, cuius initii non est memoria, uide hic gloss. fin. quam not. Item dic de uerbis similibus, puta consuetudinem quantocunque tempore obseruatam &c. uide tex. iuncta gloss. in uerbo [*Quantocunque*] de consue. lib. 6. ex quo uidetur secus dicendum, si simpliciter damnatur consuetudo, ut non intelligatur de illa tanti temporis, cuius initii memoria non existit, sic in simili dicimus in præscriptione, quòd damnata præscriptione non intelligitur damnata omnis præscriptio. ut in c. 1. de præscrip. lib. 6

DE RERVM PERMVTA. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio facta in fraudem expectantis non præiudicat ipsis expectantibus.*
2 *Hospitalia, & alia loca quibus casibus in beneficium conferuntur, possunt etiam cum aliis beneficiis permutari.*
3 *Beneficium non potest permutari nisi cum alio beneficio.*
4 *Renuncianti ex causa permutationis licitum est talem causam exprimere in ipso actu, & de utilitate talis expressionis.*
4 *Permutationis tractatus potest licitè præcedere inter permutare uolentes sua beneficia.*
6 *Permutare beneficia uolentibus episcopus solus potest auctoritatem præstare.*
7 *Permutationi beneficiorum capitulum sede uacante auctoritatem præstare potest, & quibus non.*
8 *In præiudicium renunciantium permutationis causa, non ualet collatio alteri facta, nec electio, seu præsentatio.*

CAPITVLVM I.

1 NE concessione.¶ † permutatio facta in fraudẽ expectantium non præiudicat ipsis expectantibus, nec etiam habet locum iste tex. quin aliis, quàm permutare uolentibus, possunt illa beneficia permutata conferri, cessat enim hoc casu ratio huius literæ. uide 2 hic tex. iuncta gloss. in uerbo [*Viventibus*] quam not.¶ † Hospitalia & alia loca similia in illis casibus, quibus in beneficium conferuntur, possunt cum aliis beneficiis permutari; & alia loca, quæ sic conferuntur, ueniunt appellatione beneficiorum, secus ubi non conferuntur in titulum, tunc enim non possunt cum beneficiis permutari, nec ueniunt appellatione beneficiorum. uide hic tex. iun-3 cta gloss. in uerbo [*Beneficia*] Et not. finem gloss. quatenus dicit, q̃ beneficium non potest permutari, nisi cum alio 4 beneficio. ¶ † Ergo licitum est ex causa permutationis renuncianti in renunciationis actu exprimere, quòd renunciat permutationis causa, & dato quòd hoc non exprimatur, satis est ad gaudendum beneficio huius clem. quòd constet ex coniecturis, uel prius actis. uide gloss. 5 in uerbo [*Ex causa*] & nota.¶ † Inter uolentes sua beneficia permutare potest licite præcedere permutationis tractatus; permutatio tamen expeditur superioris officio, uide tex. iuncta gloss. notabili in uerbo [*Volentibus*] 6 ¶ † Permutare, seu permutationibus auctoritatem præstare, pertinet ad episcopum duntaxat, licet beneficiorum collatio uel electio pertineat ad inferiores, ipsi tamen inferiores, quorum est conferre uel eligere, habent consentire. uide hic bonam gloss. in uerbo [*Conferantur*] 7 ¶ † Capitulum sede uacante permutationi auctoritatem præstare potest, & hoc nisi in illis beneficiis, quorum collatio, seu præsentatio, uel electio pertinet ad solum episcopum, quia cũ in illis nõ succedat capitulum directè. ut in capitu. uno, ne sede uacan. lib. 6. ergo nec indirectè per uiam permutationis se impedire potest, uide gloss. præallega. in uerbo [*Conferantur*] quam bene nota.¶ † In 8 præiudicium renunciantium permutationis causa, non ualet collatio alteri facta, nec electio, seu præsentatio, uide glo. proxi. allega.

DE TESTAMEN. ET VLTI. VOLVNTATIBVS. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Constituta quomodo & quando concernat futura negotia, quo ad actus gerendos.*
2 *Voluntas codicillaris dicitur ultima uoluntas.*
3 *Religiosi claustrales, qui præfecti sunt ecclesiis secularibus tanquam seculares, claustrales non sunt. & quare.*
4 *Constitutio loquens de religiosis non comprehendit religiosos ecclesiis secularibus profectos.*
5 *Religiosi non claustrales, nisi alias exempti sint, rationem legato papæ, uel suo superiori reddere compelluntur.*
6 *Licentia superioris tacita non sufficit in casibus, in quibus tenetur subditus petere licentiam, & obtinere.*
7 *Licentiam suscipiẽdi executionis officium quod superior dedit, potest illam reuocare.*
8 *Constitutio loquens de religiosis exemptis in præiudicium exemptionis, non habet locum in clericis secularibus, licet eadem sit rationi utrisque.*
9 *Ratio executionis susceptæ, de qua in hac clem. quibus reddenda sit.*
10 *Executor testamentarius an teneatur reddere rationem, si testator ab onere reddendi eum liberauerit.*

Executor

11 *Executor testamentarius quibus casibus teneatur rationem reddere ordinario, etiam non petenti.*
12 *Pœna ubi in iure non est expressa, iudici est arbitraria.*

CAPITVLVM I.

1 Religiosis. ¶ † Nota ex glo. prima huius clem. 1. in verbo [*Deputatis*] quòd constitutio concernit præterita negocia quo ad actus gerendos in futurum, & hoc quando actus futuri sunt separabiles ab actibus de præterito; si autem non sunt separabiles, non regulantur ab ea constitutione, sed relinquuntur dispositioni antiqui iuris, quod no. singulariter. ¶ † Etiam uolũtas codicillaris dicitur ultima uoluntas. uide hic glo. in
2
3 uerbo [*Cuiuslibet*] ¶ † Tex. iste locum sibi uendicat in religiosis claustralibus duntaxat, uide hic gloss. in uerbo [*Quod utique*] & idem no. glo. in c. fi. eo. tit. lib. 6. quasi uelit gl. dicere, ꝙ ad religiosos non claustrales, quales sunt religiosi, qui præfecti sunt ecclesiis secularibus, tanquã seculares, locum non habet constitutio ista; isti enim nõ sunt claustrales, cum nullam amplius habeant communionem cum monasterio. 16. q. 1. cap. ne pro cuiuslibet, & uide bonam gloss. infra de sta. mona. cle. 1. §. ad hæc. in uerbo, ad claustrum. in istis enim sic præfectis non habet locum ratio literæ illius. c. fi. nec istius, cum non
4 subsint abbatibus. † Ex quo nota, quòd constitutio loquens de religiosis non comprehendit religiosos ecclesijs secularibus præfectos. de quo tamen uide, quod di-
5 xi in cle. 1. de rebus eccle. non alie. † Et in istis, in quibus non uendicat sibi locum hæc constitutio, habebit locum finis glos. 2. ut scilicet reddãt rationem papæ legato, uel suo superiori; non enim compellentur reddere rationem ordinariis locorum, si exempti sunt, cum ipsorum exemptioni non derogetur per istam constitutio-
6 nem ratione prædicta. ¶ † Non sufficit tacita superioris licentia in casibus, in quibus tenetur subditus petere
7 licentiam, & obtinere. vide gl. in uerbo [*Obtenta.*] ¶ † Superior, qui dedit licentiam religioso suscipiendi executionis officium, potest illam reuocare, etiam re non integra. vide hic bonam glo. in uerbo [*Obtenta*] quam be-
8 ne notabis in similibus quæstionibus. ¶ † Not. ex glo. in uerbo [*Tales*] quòd constitutio loquens de religiosis exemptis in præiudicium exemptionis non habet locũ in clericis secularibus, licet in utrisque eadem reperiatur ratio. Idem ego puto, si constitutio non ueniat in præiudicium exemptionis, sed alias sit restringibilis; facit quod dixi post glo. in clemen. 1. de rebus eccle. non alienan. & in clemen. 1. de rescrip. Ex his infert glo. ista, quòd ista constitutio non habet locum in clericis secularibus exemptis; & dic, quòd in eis seruabitur finis glo. 2. præalle. ut isti reddant rationem papæ, aut legato, aut eorum superiori; & loquitur hic contra gloss. de exemptis, quia in clericis secularibus non exemptis, nõ est dubium quin teneantur reddere rationem locorum ordinariis, cum illis subsint. 11. quæstio. 3. cap. de persona.
9 ¶ † Ratio ista, de qua in tex. non solum reddenda est episcopis locorum, sed etiam ordinariis inferioribus habentibus iurisditionem episcopalem in illis locis, cum tex. hic faciat mentionem de ordinariis, & non de diœcesanis, uide hic gloss. in uerbo [*Locorum ordinariis.*]
10 ¶ † An executor testamentarius teneatur reddere rationem, si testator eum liberauit ab onere rationis reddendæ. glo. hic in uerbo [*Reddere rationem*] remittit ad not.
11 in cap. Ioannes. eod. tit. in antiquis. ¶ † Executor testamentarius, de quo hic, tenetur reddere rationem ordinario loci, ẽt non petenti. uide hic gl. in uer. [*Exigere.*]
12 ¶ † Si constitutio mandat imponi pœnam debitam, & illa non reperitur in iure expressa, uenit imponenda pœna arbitraria. vide text. hic iuncta glo. in uerbo [*Debita*] Et qua nota, ꝙ pœna est arbitraria, ubi in iure expressa non est.

DE SEPVLTVRIS. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia constitutionis ecclesiasticæ in materia sibi subiecta comprehendunt clericos, & laicos, & etiam mulieris.*
2 *Clauium pluralitatis materiam uide remiss.*
3 *Excommunicationis pœnam ab ista clem. inflictam non incurrunt sepelientes in campis excommunicatos, usurarios, & interdictos.*
4 *Excommunicatis post mortem etiam non est communicandum.*
5 *Interdicti tempore quamuis possint diuina celebrari alta uoce in quatuor festis anni, non tamen licet tunc mortuos in cæmeterio sepelire, uel sacramenta probibita ministrare.*
6 *Excommunicati minori decedentes non debent in cæmeterio sepeliri, quòd si de facto sepeliantur, pœnis non est locus.*
7 *Excommunicationis publicitas potest esse duplex, & quomodo.*
8 *Interdictus non nominatim potest in cæmeterio sepeliri, dummodo locus non sit interdictus.*
9 *Excommunicati nominatim qui dicantur.*
10 *Vsurarii manifesti quibus casibus possit sepeliri in cæmeterio.*
11 *Pœnam sepelientium in cæmeterio sepeliri prohibitos, ut quis incurrat, requiritur scientia sepelientis.*
12 *Pœna sepelientium in cæmeterio prohibitos sepeliri, quos liget etiam non sepelientes.*
13 *Sepelientes unum hominem, in quo existunt omnes qualitates prohibentes sepulturam ecclesiasticam, an unam tãtum, an plures incurrant excommunicationes.*
14 *Sepelientes interdictos cæmeterio sepeliri, an teneantur satisfacere illis, quibus usuræ erant restituendæ, & aliis damnum & uiolentiam passis.*
15 *Vsurarii manifesti, publice excommunicati, & interdicti, sepulti in cæmeterio sunt exhumandi, si eorum ossa ab aliis dignoscuntur.*
16 *Sepulti tempore interdicti an debeant exhumari.*
17 *Pœnitens, qui propter interdictum loci non fuit in cæmeterio sepultus, debet relaxato interdicto in cæmeterio sepeliri.*
18 *Priuilegati subiiciuntur ordinario loci, quo ad quatuor casus in hac clem. contentos.*
19 *Verba generalia & derogatoria sufficiunt ad derogationem priuilegiorum.*

CAPITVLVM I.

1 Eos. ¶ † Verba generalia constitutionis ecclesiasticæ in materia sibi subiecta comprehendunt clericos, & laicos, & etiam mulieres. vide gloss. in
2 hac clem. 1. in fin. primæ gloss. ¶ † Pro pluralitate cla-
3 uium no. tex. hic iuncta glo. 2. ¶ † Non est locus pœnis huius cle. si excommunicati, usurarii, uel interdicti, sepe-
4 liuntur in campis. vide gl. hic in uerbo [*Cæmeteriis*] † Excõicatis tñ non debet etiam post mortem cõicari, alias cõmunicans incidit in excommunicationem. vide gl. singularem, in c. ad hæc, de priuile. facit tex. in cap. a nobis. 2. de senten. excommu. & uide quod no. per docto. in d. c. ad hæc. & ad ibi notata remittit hic glo. in uerbo [*Pu-*
5 *blicæ*] in fine. ¶ † Quamquam tempore interdicti possint celebrari diuina alta uoce in quatuor festis anni, de quibus in c. fin. de sent. excom. lib. 6. non tamen licet in illis mortuos in cœmeterio sepelire, uel sacramenta aliàs interdicta administrate. vide bonam glo. in uerbo [*A iure*]
6 ¶ † Excommunicati minori in illa decedentes non debent in ecclesia, vel cœmeterio sepeliri; si tamẽ de facto sepeliantur, non est locus pœnis huius cle. vide gl. hic in
7 uer. [*Excommunicatos*] & nota eam. ¶ † Publicitas excommunicationis potest dici dupliciter. Primò, respectu notorietatis iuris, ut quia iudex aliquem excommunicauit in bãco præsentibus officialibus suis, & partibus, uel

altera

altera contumaciter absente, & hoc casu procedat glo. in cap. exceptionem, de exceptio. Secundo respectu no torietas facti, utputa, quia fuit lata præsentibus tot hominibus, qui sufficiunt ad notorium facti inducendum, licet postea non intercesserit denunciatio, & isto modo capitur hic secundum gloss. notabilem in uerbo [*Publice*] & hoc tenet glo. ex mente iuris. non enim est uerisimile, quòd ius uoluerit punire probabiliter ignorantem, quod posset contingere, si caperetur hic publicitas modo primo; & hoc singulariter nota ad alias materias, & iura facientia mentionem de publico excommunicato, ut si ius consideret publicitatem, seu notorietatem ad præsumendam scientiam aliorum, tunc sumatur secundo modo, aliàs primo modo; puta quia statutum dicit, quòd publicè excommunicatus perseuerás in excommunicatione per sex menses, sit ipso facto priuatus omnibus beneficiis suis; satis enim dicitur publicè excommunicatus, ex quo in iudicio; quia publicitas hic non requiritur in odium aliorum, sed ipsius perseuerantis in excommunicatione, & sic reduco ad concordiam istas duas glo. præalle. & tene bene menti eas sic

8 concordatas. ¶ † Interdictus non nominatim potest in cœmeterio sepeliri, dummodo locus interdictus non sit, ita uidetur hic ex text. colligere gloss. hoc super uerbo [*Nominatim*] sed certe, & iudicio meo hoc non colligitur ex isto tex. sed solum colligitur, quòd in non nominatim interdicto non est locus huic pœnæ, non tamen sequitur, ꝙ licite possit in cœmeterio sepeliri; simile in excommunicato non publice, in quo non est locus huic pœnæ, & tamen licitè non sepelitur, ut supra dixi, ꝙ autem licitè non sepeliatur in cœmeterio, si constat ꝙ sit interdictus, licet non nominatim, facit text. in c. is

9 cui, de sent. excom. lib. 6. † Qui autem dicantur nominatim interdicti, uide per doc. in c. in lateranensi, de præ-

10 ben. ¶ † Vsurarij manifesti non debent sepeliri in cœmeterio, nisi in uita mandauerint usuras restitui, & cautio saltem per eorum hæredes post mortem de illis restituendis præstetur, nec sufficit hæredum cautio, nisi in uita sua mandauerint usuras restitui. uide in glo. in uerbo [*Manifestos*] nec per pœnã huius clem. sublata censetur prouisio pœnalis. c. quia in omnibus. de usu. sed concur-

11 runt, ut dicit finis gloss. præalleg. ¶ † Ad incurrendam pœnam huius cle. requiritur scientia sepelientis, secus si ignorabat illum excommunicatum usurarium &c. uide

12 text. iuncta gloss. in uerbo [*Scienter.*] ¶ † Quoniam iste text. excommunicat sepelientes in cœmeteriis tempore interdicti in casibus a iure non permissis, uel excommunicatos publicè, uel nominatim interdictos, uel usurarios manifestos, dubitatur an istam pœnam incurrant hi duntaxat, qui talium cadauera humo, seu tumulo condunt, cum isti dicantur proprie sepelire; an uero etiam portantes ad sepulturam, qui tamen non sepeliunt. Item comitantes funus. Item fodientes, fabricantes, uel aperientes sepulchrum. Item prælati, clerici, uel ministri ecclesiarum, in quarum cœmeteriis sepeliuntur, qui id non prohibent, uel patiuntur. Item quid de his clericis uel laicis, qui portant cruces, cereos, & similia. glo. hic in uerbo [*Sepelire*] multum dubitat, & non immeritò. uidetur tamen in fine uelle, quòd absurdum esset dicere, primos duntaxat ligari, cum posset esse hæc constitutio ludibrio, cum talis traditio nudæ sepulturæ posset fieri per uilem hominem, qui non curaret de excommunicatione. non tamen aperit, an omnes prædicti ligentur, cum periculosum sit ex unius hominis sepultura tot homines ligari; sed dicit, quòd ista magis indigent principis declaratione, quàm glosantis opinione. Ego puto, quòd clerici facientes officium sepulturæ satis ligentur. Nam tales dicuntur tradere sepulturæ in materia nostra, etiam quo ad pœnam incurrendam, ut probari uidetur in cap. quia in omnibus, in fin. de usu. ubi dicit tex. quòd qui tradiderit manifestum usurarium ecclesiasticæ sepulturæ, ab officij sui maneat executione suspensus. certum est enim, quòd illa pœna suspensionis ab officio est proportionabilis ipsis clericis tantum, & non illis laicis uilibus, qui solent corpus tumulare. Et puto, ꝙ omnes auctorizantes & cooperantes ad sepulturam, incidant in pœnam huius cle. ar. eorum, quæ leguntur,

13 & no. in c. 1. de offi. deleg. ¶ † An sepeliens unum hominem, in quo concurrunt omnes istæ qualitates, de quibus in text. ut quia est publicè excommunicatus, nominatim interdictus, & manifestus usurarius, & tempore interdicti, incurrat unam excommunicationem tantum, an quadruplicem, cum quælibet istarum qualitatum concurrens in uno, sufficiat ad pœnam incurrendam, uide hic gl. in uerbo [*Subiacere*] quæ remittit ad notata in quæstione Gualterij, & hodie est super regula, delictum, de re. iur. lib. 6. in nouella. & uide tu in simili quęstione gl. in c. uirginibus. 27. q. 1. & per Bart. in l. 2. ff. de

14 priua. deli. & in l. senatus, de accusa. ¶ † An sepelientes publicè excommunicatos, uel nominatim interdictos, uel manifestos usurarios, seu quoscunque tempore interdicti, teneantur satisfacere illis, quibus usuræ erant restituendę, seu illis, ad quorum instantiam fuerunt excómunicati, uel latũ erat interdictũ &c. uide gl. hic in uerbo [*Eis quibus*] quæ in principio sui sentit ꝙ sic, & not. glo. quę satis placet. facit. c. quia in omnibus, in fine, de usu. & c. quãquã. eo. tit. lib. 6. in §. cęterum, uersi. [*Ipsi tamen.*] Item tenentur ipsi sepelientes ad satisfaciendum his clericis, quibus uiolentiam intulerunt in actu sepulturę, ut in eadem glo. subiicitur, hæc probantur per tex. istum ge

15 neraliter disponentem super satisfactione iniurię. ¶ † An manifesti usurarij, uel excommunicati, seu interdicti, sepulti in cœmeterio debeant exhumari. gl. præall. in uerbo [*Eis quibus*] prope medium, ꝙ sic. si eorum ossa possunt ab aliis discerni. quod no. contra usurarios. Et pondera bene finem huius cle. tollit enim priuilegia exemptionis

16 omnia circa concernẽtia materiam hic ꝑtentam. † Quid autem de sepultis tempore interdicti, qui tamen non erant interdicti? glo. præall. uidetur dubitare. concludit tamen, quòd saltem post relaxatum interdictum non debẽt exhumari. similis gl. est in c. si ciuitas. de sen. exc. li. 6.

17 ¶ † An pœnitens, qui sepultus non fuit in cœmeterio propter interdictum loci, debeat relaxato interdicto in cœmeterio sepeliri. gl. supra alleg. scilicet in uerbo [*Eis quibus*] concludit ꝙ sic, quia cessat causa &c. Et an licite ab eo mortuaria recipiantur, concludit etiam ꝙ sic; de

18 quo dic, ut plenius habetur in glo. ¶ † Etiam priuilegiati contra decre. primam, de priui. lib. 6. subijciuntur loci ordinario quo ad quatuor casus hic contentos. vide gl. in uerbo [*Priuilegio*] & optime probat text. in uerbo, [*Nullo &c.*] ¶ Quod etiam uerba generalia & derogatoria sufficiunt ad derogationem priuilegiorum, uide tex. hic iuncta gl. fi. quam nota, & uide alium tex. in cle. proxi. in uer. nos etenim. ubi bonus tex. posset tamẽ priuilegium habere talia uerba derogatoria, ut opus foret in derogatione facere maiorem expressionem, de quo uide quod scripsi in c. cum instantia, de censi. & per Fel. in opere consiliorum suorum.

SVMMARIVM.

1 *Concilia generalia fieri quare non expediat priuilegiatis & exemptis.*
2 *Cathedra, solium, tribunal, & sedes, quid significent.*
3 *Alueus quid significet.*
4 *Torrens, & flumen, quid sint, & quomodo differant.*
5 *Grauius quod est, debet prius expediri.*
6 *Vepres quid designent.*
7 *Anfractus quid sint.*
8 *Antistites qui sint, & unde dicantur.*
9 *Zizania quid sit.*
10 *Periculum unde dicatur.*

Prælati

11 *Prælati qui sint.*
12 *Prælatorum appellatione non comprehenduntur rectores ecclesiarum, siue curati.*
13 *Vicarius debet gaudere prærogatiua illius, cuius uices gerit.*
14 *Studium generale constituitur ex priuilegio, uel consuetudine tanti temporis, cuius non sit memoria.*
15 *Prædicandi facultas non competit fratribus de iure communi, sed prælatis, & curatis solum.*
16 *Vicarii perpetui uel temporales ab episcopo dati possunt fratribus dare licentiam prædicandi in ecclesiis, in quibus sunt uicarii.*
17 *Priores conuentuales prædicatorum, & guardiani minorum nõ habent optionem pro eligendis confessoribus, sed ad prælatos eorum maiores hoc pertinet.*
18 *Confessionem sacerdos prius audire debet, secundò pœnitentiam imponere, tertiò absolutionem facere; qui ordo an sit de substantia, nu. 20.*
19 *Sacerdos ante peractam pœnitentiam potest celebrare cum proposito peragendi.*
21 *Sacerdotes deputandi ad audiendas confessiones debent sex habere qualitates, aliàs a prælatis non admitti debent.*
22 *Prælatus, ut de negligentia, aut malitia conuincatur, non sufficit unica monitio.*
23 *Præsentatio personarum ubicunque requiritur, debet fieri corporaliter, nec aliter sufficit.*
24 *Prædicare, & confessiones audire, licèt sint de cura animarum, non propter hoc dicuntur isti fratres curati; & qui ueri sint.*
25 *Non electus ad officium, si confessiones audiuerit, confessus est absolutus quo ad Deum.*
26 *Confessor electus ad certam diœcesim, ipse extra locum, uel alienæ diœcesis uenientes audire non potest.*
27 *Fratrum confessiones audire uolentium numerus qualiter taxari debeat.*
28 *Licentiam fratribus super confessionibus audiendis concessam nõ potest episcopus sine causa reuocare.*
29 *Episcopus põt ex causa fratres sibi præsentatos pro confessionibus audiendis refutare, cum scilicet non habeãt qualitates requisitas.*
30 *Religiosi an ualeant fratribus ad confessiones laicorum deputatis sua confiteri peccata.*
31 *Fratribus ad confessionem laicorum deputatis an clerici uel laici confiteri possint sine parochi licentia?*
32 *Libere, ista dictio importat, ut non exigatur alterius licentia?*
33 *Confessus fratribus ad confessiones deputatis, an teneatur proprio sacerdoti confiteri?*
34 *Fratres ad confessiones deputati an possit in casibus episcopo reseruatis absoluere confitentes?*
35 *Episcopi an possint sibi reseruare alios casus præter expressos in hac clemen.*
36 *Episcopi & alii superiores possunt ex speciali gratia concedere aliis absolutionem casuum sibi a iure, uel ab homine reseruatorum.*
37 *Ecclesiæ populũm non habentes, non habent de iure communi sepulturam.*
38 *Quarta parocho debita, ex quibus relictis, & a quibus sibi debeatur, & nu. 41.*
39 *Quarta non debetur ex collatis per executorem ad aliquos usus priuilegiatos, ac si ipse testator reliquisset.*
40 *Funeralia quæ dicantur.*
42 *Quarta debetur, si testatur legatum soluit in uita.*
43 *Quarta debetur, licet testator petat sepeliri in ecclesia fratrum cum eorum habitu.*
45 *Quarta an debeatur de relictis singularibus fratribus ad ipsorum commoditatem.*
46 *Prædicatores & minores ad quartam relictorum per illos, qui apud eos sepulti non sunt, minime debetur.*
47 *Parochi possunt quartam relictorum fratribus uendicare, & inhibere hæredibus, ne soluant.*
48 *Quarta ecclesiæ parochiali adeo integra debetur, ut propter obuentiones, quas habuit parochus ipse, non possit minui.*
49 *Priuilegium siue gratia apostolica ualet, de qua constat, licet scriptura super ea non fuerit confecta.*
50 *Lex noua non extenditur ad causam pendentem, uel decisam, etiam si ad præterita referatur.*

CAPITVLVM II.

1 DVdum. ¶ † Quod non expedit priuilegiatis, & exemptis fieri concilia generalia; quia sæpe per illa derogatur eorum priuilegiis, uide hic glo. in uerbo [*Instante*], quæ etiam colligit multas clemen. in 2 quibus fuit in conciliis derogatum priuilegiis. ¶ † Cathedra est nomen græcum, & de significatu ipsius, ac etiam de solio, & tribunali, & sede, uide hic gloss. in uer 3 bo [*Cathedram.*] ¶ † Alueus dicitur uenter fluuiorum, & ponitur hic pro curia romana. Item dicitur uas factum ad modum aluei fluuij, uide hic text. iuncta gloss. 4 in uerbo [*Alueum.*] ¶ † Torrens dicitur fluuius, uel aqua ueniens cum impetu, & cæt. vide gloss. in uerbo [*Torrens.*] vide text. in l. j. in principio. ff. de flumi. publi. vbi dicitur, quòd fluminum quædam sunt perennia, quædam torrentia; perenne est, quod semper fluit, torrens quod hyeme non semper. Et subiicit ibi text. quòd si flumen perenne aliqua æstate exaruit, non ideo minus perenne est. Et ita per contrarium dicendum est in 5 torrente, ut ibi dicit gloss. & hæc ultima not. ¶ † Habens ad multa intendere, ad id, quod grauius est, debet manum apponere. vide hic text. iuncta gloss. in uerbo 6 [*instantius.*] ¶ † Vepres dicuntur spinæ, quæ lacerant carnes, & uestes. vide hic gloss. in uerbo [*Vepribus.*] 7 ¶ † Anfractus dicuntur uiæ plene diuerticulis, circunflectionibus, & ruinis; sic dicti, quia undique fran 8 gunt. vide hic gloss. in uerbo [*Anfractibus.*] ¶ † Antistites solent dici episcopi, quasi ante alios stantes, uide hic gloss. in uerbo [*Antistites.*] ¶ Abstine te a lite, & minues peccata. Ecclesiasti. 28. cap. & uide hic gloss. in uerbo [*Actibus*] & pulchrum text. hic contra dissensiones, & scandala, in uer. [*Scimus*], & etiam contra quærentes uindictam, & linguam dolosam, uide ple 9 ne & pulchre in dicto capitu. 28. Ecclesiastici. ¶ † De zizania uide gloss. hic in uerbo [*Zizania*], est enim herba peruersa, scilicet lolium, & quandoque ponitur pro 10 sorde omnium segetum. ¶ † Periculum dicitur a pe 11 reo, peris. vide gloss. in uerbo [*Periculis.*] ¶ † Prælati appellantur, habentes iurisditionem, siue de iure communi, siue ex consuetudine. vide hic gloss. in uerbo [*Prælati*] iuncto text. & gloss. in uerbo [*Superior.*] 12 ¶ † Appellatione prælatorum non comprehenduntur rectores ecclesiarum siue curati. vide hic text. iuncta gloss. in uerbo [*Prælati*] quod est uerum stricte, secus largo sumpto uocabulo, uide text. in cap. tua, de cleri. 13 ægrotan. ¶ † Vicarius exercens uices sui superioris, debet gaudere prærogatiua ipsius superioris, uide hic tex. iuncta gloss. in uerbo [*Prælati*] in fine, quam nota. sed 14 uide hic per doctor. ¶ † Studium generale constituitur ex priuilegio, uel consuetudine tanti temporis, de cuius initio non est memoria; uide hic gloss. notabi. in 15 uerbo [*Generalibus*] & tene eam menti. ¶ † De iure communi fratribus non competit facultas prædicandi, sed solum prælatis, & curatis; istis autem fratribus datur hic ista potestas ex speciali priuilegio, & in certis locis, ideo quilibet locus est eis interdictus, qui non reperitur eis permissus. uide hic bonam gloss. in 16 uerbo [*Ecclesiis*] in fine. ¶ † Vicarij perpetui, uel temporales dati ab episcopo in casu licito possunt dare licentiam fratribus prædicandi in ecclesiis, in quibus sunt uicarij, uide hic gloss. in uerbo [*Sacerdotibus*], Ex qua etiam not. quòd cura spectat ad uicarios. Item quòd in pertinentibus ad curam, id possunt isti uicarij, quod ipsi principales rectores. ¶ Quamquam fratres isti mendicantes non habeant loca in certa diœcesi,

diœcesi, possunt tamen ad illam deputare certos fratres pro audiendis ibidem confessionibus, seruando tamen quod hic dicit in text. uide hic tex. iuncta gloss. in uer-17 bo[*Non habentur.*] ¶† Not. ex text. in §. statuimus. iuncta gloss. in uerbo[*Custodes*] quòd priores conuentuales prædicatorum, & guardiani minorum, non possunt etiam optionem facere apud prælatos pro fratribus eligendis, ut liceat eis confessiones audire & cæt. sed hoc pertinet ad prælatos eorum maiores, de quibus in præallega. §. statuimus. & not. illum text. pro diuersitate nominum prælatorum inter prædicatores, & minores. Item aduerte, quòd licet uicarii priorum prouincialium & custodes possint se conferre ad præsentiam prælatorum pro obtinenda licentia pro fratribus eligendis. non tamen possunt ipsi fratres ipsos eligere, sed electio pertinet ad magistrum seu generalem prouincialem & ministros; & intelligo, quòd quilibet illorum possit in ordi-18 ne suo. ad hoc gl. in uerbo[*Ministri*] iuncto tex. ¶† Prius debet sacerdos audire confessionem, secundò imponere pœnitentiam, tertiò absolutionem facere; nec debet istum ordinem perturbare, ut sic absolutionem præcedat cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio saltem affectu. uide hic text. iuncta glo. in uerbo [*Audire.*] Ex cuius fine nota, quòd ante peractam pœnitentiam 19 iniunctam tamen fieri potest absolutio. † Et per consequens infertur, quòd instante causa potest sacerdos ante peractam pœnitentiam sibi iniunctam celebrare, debet tamen propositum habere peragendi post celebrationem; quod uidetur tenere Innocen. in cap. omnis. de pœniten. & remissio. & per glo. in cap. de his. 50. distin. 20 ¶† Quid autem si sacerdos non seruat ordinem in principio propositum, utputa quia absoluit ante iniunctam pœnitentiam? uide hic per docto. & tenent plerique, 21 quòd iste ordo non sit de substantia. ¶† Nota ex §. statuimus in uerbo[*Ac deinde*] iuncta glos. in uerbo[*Probatas*] sex qualitates requisitas in istis fratribus eligendis, & deputandis ad confessiones audiendas, debet enim esse sufficientes, idoneæ uitæ, probatæ, discreti modesti, atque periti. Et si tales non sunt, possunt per prælatos non admitti, & alii debēt subrogari; sed si sine causa prælati nollent admittere, succedit papæ licentia, ut hic in text. in uerbo [*Quòd si forte*] & clarius per gl. in uer.[*Quenquam*] & in uersicul.[*Subrogari*] & no. ꝙ non requiritur in hoc per prælatum causæ cognitio. ut 22 hic in gloss. in uerbo[*Nollent.*] ¶† Quid autem si prælatus petita licentia expresse ipsam non dat, nec denegat, sed negligit, uel malitiosè differt? uide hic bonam gloss. in uerbo[*Recusauerit*] quæ concludit, quòd post trinam monitionem, uel requisitionem, habebit locum priuilegium istud eis concessum in uerbo [*Si uero.*] Et nota singulariter hanc gloss. ad multa similia, & maximè ad probandum, quòd quando inferior habet conuincere superiorem de negligentia, non sufficit unica requisitio, sed requiritur tertia. allegat. capitul. 1. de suplen. negligen. præla. quod bene facit. & nota pro intellectu & extensione illius. cap. secus dic, quando pars requirit partem, & fortius si superior minorem. uide bonam gloss. quæ sic debet intelligi in clemen. prima de hære. in uerbo, requisiuerint, iuncta gloss. & tex. in capitul. si episco-23 pus. 18. distinctio. † Vbicunque requiritur personarum præsentatio, debet fieri corporaliter, & non per literas, seu procuratorem; quia præsens dicitur, qui præbetur sensibus corporis; & ideo isti fratres electi pro confessionibus audiendis debent corporaliter præsentari prælatis locorum, de quo uide hic text. iuncta glo. notabili in uerbo[*Præsentari*] & tene eam menti. Ex quo infero, ꝙ ecclesiæ patronus debet instituendū corporaliter præsentare habenti instituere, ipse tamen patronus potest illum præsentare per procuratorem suum, uel per literas. ut est tex. notabilis. in c. ea noscitur. de his q̄ fi. a pla. & in clem. 1. de excel. præl. in uer. [*Et iudicibus*] ubi etiam clare hoc ultimum probatur, quia præsentari debet instituendus, & non patronus. ipse enim habet præsentare, & institutionem petere, in c. uno, de iure patronatus. li. 24 6. & c. ulti. eo. ti. in antiquis. ¶ † Quòd licet prædicare, & confessiones audire sint de cura animarum, non propter hoc dicuntur isti fratres curati, seu habere animarum curam, ratio quia ipsi non sunt astricti ad executionem, uel exercitium istorum actuum, nec fideles sunt astricti, ut in his ad eos recurrant. hoc singulariter uoluit hic gl. in uer.[*Impendant.*] Ex qua not. plura. Primò, ꝙ etiam per exercitium aliquorum actuum pertinentium ad curam, dicitur quis habere curam animarum, dummodo iste talis ex necessitate habeat illos actus exercere, & alii de necessitate habeāt ad eum reccurrere, alias secus. facit ad illam quæstionem, an ecclesia habens solum fontem ad baptizandum dicatur habere curam animarum. de quo uide quod no. in clem. unica, de bapti. Secundò no. ꝙ isti fratres non tenentur prædicare, nec confessiones audire, si nolunt. Item puto ad tertium hic eis concessum, scilicet quo ad sepulturam, ut non teneantur admittere aliquem ad sepulturam, cū text. hic eos non astringat, sed det facultatem, ut probatur hic in uer. [*Huiusmodi*] & in uer. [*Valeant*] & not. quicquid potestati committitur, iuris necessitati subiicitur. l. non quicquid. ff. de iudi. & c. consuluit. de offic. 25 deleg. & l. sæpe. ff. de offi. præsi. ¶† Si aliquis ex fratribus non electus ad hoc officium confessiones audiendi, se ingerit bona fide, talis confessus absolutus est quo ad Deum. Et idem in eo, qui fuit confessor electus ad certam ciuitatem uel diœcesim, extra quam confitetur tempore confessionis. uide hic bonam gloss. in uerbo 26 [*Audituri*] & tene menti. † Item puto quòd isti sic electi ad certam ciuitatem & diœcesim non ualeat etiam illic consistentes absoluere homines aliunde uenientes, nisi in casibus, in quibus possent curati illorum locorum; cum isti fratres non recipiant maiorem potestatem, quàm habeant curati, ut probatur hic in uer.[*Prohibemus.*] pro hoc, quia isti petunt licentiam a prælatis locorum, qui non habent in tales peregrinos regulariter potestatem, etiam respectu peccatorum cōmissorum in ipsorum diœcesi, ut est glo. singularis 16. q. 1. cap. placuit. hæc tamen sanè intelligas, secundum qđ not. gloss. singularis in clemen. 1. de priuil. & per Inno. 27 & alios in cap. omnis, de pœni. & remis. ¶† Quia numerus istorum fratrum uolentium audire confessiones debet taxari secundum quantitatem cleri, & populi illius loci, ut hic in uerbo [*Numerus*] ex quo glo. hic in uerbo [*Exigit*] notanter colligit numerum præsidentium deputari debere secundū subiectorū quātitatē, ubi deputari contigit. Quid si episcopus loci contendit cum fratribus super numero, quia episcopus dicit sufficere minorem numerum, gloss. hic præal. in uerbo [*Exigat*] concludit episcopum debere recipere numerum, de quo sibi uidetur. de reliquis dicit recurrendum ad arbitrium boni uiri, idest iudicis. argum. in l. continuus. ff. de uerbo. obligat. sed glo. non declarat, quis erit iste iudex. ego puto quòd poterunt fratres adire metropolitanū, qui est iudex ipsius episcopi. argum. bonum in cap. nullus. cum ibi nota. de iure patro. uel communi consensu poterunt eligere arbitros. arg. 11. quæstio. 1. cap. si clericus. Et nota diligenter quod supra dixi de uniuersitate cleri, & populi. ut secundum ipsorum paucitatem, uel multitudinem fratres constituantur, ex hoc enim text. infertur manifeste, quòd etiam clerici possunt istis fra-28 tribus confiteri, quod nota. ¶† Quòd licentiam concessam istis fratribus super confessionibus audiendis non potest episcopus sine causa reuocare. uide glo. su-29 per uerbo [*Concessit.*] ¶† Quòd episcopus potest ex causa omnes fratres sibi præsentatos pro confessionibus audiendis refutare, puta quia omnes præsentati sunt indigni non habentes qualitates hic requisitas, de quibus supra

ſupra hoc uoluit gloſſ.hic in uerbo [*Quamquam.*] Et ex
ratione gloſſ.not.quòd dictio, quiſquam, tanquam inde
finita æquipollet uniuerſali.uide ad materiam quod not.
30 Bartol.in l.hoc articulo.ff.de hære.inſti.¶ † An religioſi
ualeant iſtis fratribus ſic deputatis confiteri peccata ſua,
uide hic gloſſ.nota.in uerbo [*Volentium,*] quæ ſub dubio
forte dicit,quòd tales hic non includuntur, qui ſecũdum
ſuorum ordinum ſtatuta ſuis prælatis confiteri debent.
aliqui doct.hic tenent contrarium, ideo uideas hic not.
alii dicunt,tutius eſſe, ut confiteantur iſtis cum licentia
ſuorum prælatorum. Ego credo, quòd illi, qui non poſ-
ſunt confiteri ſacerdotibus curatis, nec iſtis poterunt
confiteri, cum iſti fratres non habeant maiorem pote-
ſtatem, quàm habeant curati, ut hic in uerbo [*Per huiuſ-
modi.*]de clericis autem ſecularibus clarum eſt, quia iſtis
poterunt cõfiteri,ut ſupra dixi,& probatur hoc in uerbo
31 [*Numerus.*] ¶ † An iſtis fratribus ſic electis & deputatis
poſſint clerici, uel laici cõfiteri ſine ſuorum ſacerdotum
parochialium licentia. gloſſ. notabiliter hic in uerbo
32 [*Libere*]colligit,quòd ſic,per uerbum iſtud,liberè. † Ex
quo not.quòd iſtud uerbum,liberè,importat, ut non exi
gatur alterius licentia,ut not.in c.de multa,de præbend.
& in c.licet epiſcopus,eodem titul.lib.6. aliqui hic con-
tra. ſatis mihi placet dictum gloſſ.cum iſti fratres in hoc
æquiparentur curatis,ut in præalleg.uer.[*Per huiuſmodi.*]
33 ¶ † Nunquid confeſſus iſtis fratribus deputatis ad actum
confesſionis teneatur etiam proprio ſacerdoti confiteri?
gloſſ.hoc in uerbo [*Impartiri.*] concludit, quòd non, &
not.gloſſ.quæ ſatis mihi placet, & eam ſequitur Paul.
34 ¶ † An in caſibus epiſcopo reſeruatis, de quibus not.in
c.ſi epiſcopus.de pœn.& remiſ.li.6. & plenius per Hoſt.
in ſumma.eodem titul.§.cui confitendum.poſſint iſti fra
tres abſoluere ſibi confitentes. uide hic gloſſ. in uerbo
[*Conceſſa.*] quæ concludit, quòd non, per iſtum text. in
præall.uer.[*Per huiuſmodi,*] quia non habent poteſtatem
35 maiorem, quàm habeant curati. † Sed eadem gloſſ.re-
fricat in dubium, an poſſit epiſcopus de nouo, ſcilicet
poſt hanc cle.reſeruare ſibi aliquos caſus, in quibus non
poſſint illi fratres abſoluere? & uidetur tandem conclu
dere, quòd ſic; quia decurtando poteſtatem curatorum
ſibi ſubiectorum,per conſequens decurtatur iſtorum po-
teſtas, quæ commenſuratur ad illam; & uide tu omnino
ad materiam quod not. maxime per Bald. in l.omnia
priuilegia.C.de epiſc.& cle.& tene menti iſtam gloſſ. ad
36 ſimiles quæſtiones in ratione ſui. ¶ † Poſſunt epiſcopi
& ſuperiores concedere iſtis fratribus ex ſpeciali gratia,
caſus ſibi reſeruatos a iure, uel ab homine, hoc uoluit
text.in uerbo[*Niſi forſam.*]& clarius gl.in uerbo[*Prælati*]
37 ¶ † Eccleſiæ populum non habentes non habent de iure
communi ſepulturam; unde iſti fratres hoc habent ex
priuilegio ſpeciali, uide hic gloſſ.in uerbo [*Sepulturam*]
38 quam nota. ¶ † Quarta debetur rectori parochiæ non
ſolum de his, quæ directè relinquuntur fratribus a paro-
chiano alterius in ipſorum eccleſiam ſepulto, ſed etiam
ſi detur eis aliquid ab executore dato ſeu deputato ad
certam ſummam ſuo arbitrio diſtribuendam, uel ſi ſibi
aliquid fuit legatum diſtribuendum, & ipſe diſtribuit in
eoſdem fratres,hoc uoluit hic gloſſ.in uerbo[*Obuentioni-
bus*]& nota ſuam rationem.tu etiam uideas bonum text.
cum ibi not. in l.unum ex familia. ff.de leg. 2. ubi patet
quòd illud,quod fit ab executore, factum uidetur ab ip-
39 ſo defuncto,qui illum deputauit. † Et ex hoc & ex ratio-
ne gloſſ.collige quòd ex collatis per executorem ſic ge-
neraliter deputatum ad aliquos uſus priuilegiatos, non
debetur quarta, ac ſi ipſe teſtator reliquiſſet, de quibus
in c.fin.de teſta.illud. c.ſi.non habet locum quo ad iſtos
fratres, ut infra patebit. Idem dicit præal.gloſſ.quòd in
primò caſu,ſi teſtator mandat executori, ut ipſe det, ſeu
40 aliquid permittat ipſis fratribus. ¶ † Illa dicuntur fu-
neralia,quæ cum funere deferuntur,uide hic gl.in uerbo
[*Funeralibus.*] Idem dic ſecundum doct.hic quo ad effe-
ctum, ut debeatur quarta de his, quæ occaſione funeris
obueniunt per iſtum text.in uerbo [*Verum*] qui genera-
41 liter loquitur. ¶ † De candelis quæ dantur ipſis fratri-
bus ad manus, & de relictis pro misſis dicendis,debetur
quarta presbytero parochiali, uide gloſſ.in uerbo [*Fune-
ralibus*] poſt principium ¶ Conſtitutio iſta eſt ueteris
iuris correctoria, cum debeatur quarta uigore eius etiã
de relictis priuiligiatis contra. c.fin.de teſta. ideo eſt re-
ſtringenda,& ad alios, quàm prædicatores & minores,
42 non extendenda.uide hic gloſſ.in uerbo [*De iure.*] ¶ † Si
teſtator legatũ ſoluit in uita, nihilominus debetur quar-
ta,uide hic gloſſ.in uerbo[*Datis*]& ſatis hoc probat text.
43 in uerbo[*Necnon.*] ¶ † Quamquam teſtator petat ſepeliri
in eccleſia fratrum cum ipſorum habitu,nihilominus de
betur quarta.Idem ſi tranſiret in ægritudine conſtitutus,
44 de qua decederet.uide gloſſ.in uerbo[*Deceſſerit*] ¶ † An
ex relicto facto ſingularibus fratribus,ſeu eis dato in in-
firmitate,de qua deceſſit teſtator,debeatur quarta eccle
ſiæ parochiali? & intellige,ut ſit dubium,de relicto facto
ſingularibus fratribus ad ipſorum commoditates, puta
emptiones librorum, uel ueſtium. uide hic gloſſ.notabi-
in uerbo[*Indirecta.*]quæ concludit,quòd ſic;quia in effe-
ctu acquiritur conuentui, ſicut per monachum monaſte-
rio;& nota bene rationem gloſſ.& maior ad hoc eſt du-
bitatio, quando relictum fieret a conſaguineis ipſorum
fratrum, maxime parentibus. de qua quæſtione uide hic
ſatis latè per Ioan.de Lig. & per Oldr. in ſuis allegatio-
nibus,& Feder.de Sen.in ſuis conſiliis, & ſatis facit text.
iſte pro opinione gloſſ.quam uidetur ſequi Ioan.de Lig.
46 & Fed.licet Oldr.contra.¶ † Prædicatores & minores
ad quartam relictorum per illos, qui apud eos ſepulti
non ſunt, minime tenentur, niſi in fraudem alibi ſepul-
tura electa fuerit, quod ex conecturis poterit iudicari.
uide gloſſ. & tene eam menti in uerbo [*Quartam*]. puto
etiam quòd de relictis & donatis per alibi ſepultos, uel
ſepelliendos, occaſione tamen in eccleſia eorum ſepul-
torum forte parentum, filiorum, uel conſanguineorum
debeatur quarta; quia omnia iſta proueniunt occaſione
ſepulturæ,ob quam debetur hæc quarta, ut ſatis colligi-
tur hic in uerbo [*Verum,*]& in cap.primo,eodem titul.in
antiquis,text. tamen iſte in dicto uer. [*Verum*] uidetur
reſiſtere, ideo diligenter cogita; primum tamen habet
47 æquitatem,& uide not.hic per docto. ¶ † Rectores ec-
cleſiarum parochialium poſſunt quartam relictorum fra-
tribus uendicare,& inhibere hæredibus,uel per fideicom
miſſum grauatis, ne illa fratribus ſoluant, maxime cum
habent eos ſuſpectos. hoc ita uoluit gloſſ. notabilis in
48 uerbo [*Largiri*] quàm not. ¶ † Quarta debita eccleſiæ
parochiali adeo integrè debetur,ut diminui non debeat
propter obuentiones, quas habuit parochialis ſacerdos
in miſſa funeris dicta apud ſuam eccleſiam, antequam
funus portetur ad fratres,hæc fuit opinio Ioan.Mon.hic,
qui etiam dixit funus prius portandum ad eccleſiam pa
rochialem,ut ibi dicatur miſſa,& recipiat ultimum uale.
maxime ſi hoc habet conſuetudo, & hæc omnia recitat
gloſſ.in uerbo [*Integre*] quàm no.diligenter, licet fratres
poſſint ad quartam exhibendam eccleſiæ parochiali co-
erceri propter exemptionem,tamen non poſſunt per or-
dinarios locorum compelli, de quo clerus ſatis conque-
49 ritur,uide gloſſ.in uerbo[*Coerceri,*]quam not. ¶ † Valet
priuilegium, uel gratia apoſtolica, de qua conſtat, licet
ſcriptura ſuper ea confecta non ſit, uide hic gloſſ.ſingu-
larem ſuper uerbo.[*Verbo*]& ſatis probatur in tex.in uer.
[*Nos*]aduertendum tamen, quia glo.loquitur de gratia,
de qua conſtat, text.tamen hic non utitur iſtis uerbis,
unde dico,quòd gratia in ſe ualet,licet de ea non cõſtet,
niſi forte ipſi, cui fuit facta; ad hoc uide per Bald. in l.
humanum.C.de legi.ſed dubium eſt, nunquid poſſit illa
uti in aliorum præiudicio,non facta de illa fide, præſer-
tim per ſcripturam; & certum eſt, quòd fides fienda eſt,
quia alias non creditur aſſerenti, ut in cap.cum iure de
offi.

offi. deleg. sed dubium est, an possitaliter probari quàm per literas apostolicas. de quo uide quod not. Arch. in proœmio Sexti. uide & in d.l. humanum per Bald. & per dominos de Rota in suis decisionibus numero. 332. & uide quod dixi in clem. 2. de rescrip. & tene semper menti istum text. iuncta gloss. ut in conscientia satis sit tutus, qui habuit gratiam a papa, licet scriptura inde facta non sit. Idem dic de statuto papæ, ut singulariter probatur per c. 1. de renunc. libr. 6. & uide per Ioan. And. in regula, nemo ad impossibile. de reg. iu. lib. 6. in mercu. ¶ Licet hic tollatur pactum, non tamen intelligitur sublatum pactum sententia confirmatum, & idem dic in 50 similibus, quod not. uide gl. in uerbo [*Pacta.*] † Ex cuius fine not. quòd noua lex non extenditur ad causam pendentem, uel decisam, etiam si ad præterita referatur.

DE DECIMIS. Rub.

SVMMARIVM

1 *Dispositio concepta contra religiosos non habet locum in clericis secularibus, uel laicis excedentibus contra illam; secus in religioso translato. & num. 2.*

3 *Constitutio edita contra religiosos includit etiam fœminas in materia proportionabili.*

4 *Constitutio concernens fauorem ecclesiarum non extenditur ad priuatas personas.*

5 *Priuilegium concessum de non soluendis decimis de nutrimentis animalium, quæ animalia comprehendat.*

6 *Famuli seu familiares religiosorum tenentur soluere decimas animalium, licèt ipsi, quibus seruiunt, sint exempti; secus si essent monasterio donati.*

7 *Armentum, & grex, quomodo differant, eorumque decima quomodo, & cui debeantur.*

8 *Priuilegiati de non soluendis decimis de nutrimentis animalium, admiscentes alia animalia an perdant priuilegium in suis.*

9 *Priuilegium de non soluendis decimis laborum, & de nutrimentis animalium, an extendatur ad terras, & animalia, quæ aliis excolendæ, & nutrienda tradentur.*

10 *Coloni censuales, uel partiarii priuilegiatorum an & quibus casibus gaudeant dominorum priuilegio.*

11 *Pœnæ decimas non soluentibus inflictæ quibus casibus procedant.*

12 *Contumacia paris, uel superioris, ut conuincatur, an unica sufficiat.*

13 *Constitutio suspendens quem ab officio, an intelligatur de officio a diuinis, an uero de temporali.*

14 *Suspensus, donec satisfecerit, non indiget absolutione, requiritur tamen declaratio super ipsa satisfactione; secus in sic excommunicato.*

15 *Dispositio super certo casu contra priuilegiatos, apposita in fine clausula, priuilegiis non obstantibus quibuscunque &c. non tollit priuilegia, nisi quæ ipsi dispositioni obstare possent.*

16 *Oblatus plene monasterio, uel ecclesiæ seculari quis dicatur.*

CAPITVLVM I.

1 REligiosi. ¶ † Clementina ista disponens contra religiosos non uendicat sibi locum in clericis secularibus, uel laicis, licet similia, seu talia hic expressa committant; hoc Go. uoluit prima hic. Ex qua not. quòd dispositio concepta contra religiosos, non habet locum in clericis secularibus, uel laicis excedentibus 2 contra illam dispositionem. † In religioso autem translato ad ecclesiam secularem dicit hæc glo. dispositionem locum habere; quod bene notabis. uide tamen in hoc quod dixi in clem. 1. de re. eccl. non alie. & in clem. 1. de 3 rescrip. ¶ † Constitutio ædita contra religiosos includit etiam fœminas religiosas. uide hic gloss. in uerbo [*Quicunque*] intellige in materia eis proportionabili; quia masculinum &c. uide gloss. in clem. attendentes. infra de 4 statu. re. ¶ † Constitutio concernens fauorem ecclesiarum, non extenditur ad priuatas personas idem ius, quod ecclesiæ, prætendentes. uide hic glos. in uerbo [*Ecclesiis.*]

5 Priuilegium concessum de non soluendis decimis de nutrimentis animalium, intelligitur de animalibus, quæ ipsi priuilegiati nutriunt per se, uel alios. uide hic, gloss. in 6 uerbo [*Animalibus.*] ¶ † Familiares religiosorum tenentur ad decimas etiam animalium, licet ipsi religiosi, quibus ipsi seruiunt, sint a præstatione decimarum exempti, nisi ipsi familiares sint plenè obligati, ut puta quia donauerunt se & sua monasterio, uide hic text. maxime in 7 fin. iuncta glos. iu uerbo [*Familiarium.*] ¶ † Verbum, grex, strictè sumptum differt ab armento, quod est maiorum animalium, ut æquorum, & bouũ. grex uero minorum, ut porcorum, caprorum, & ouium. large tamen sumptum sumitur pro maioribus & minoribus quæ gregantur. uide hic gloss. in uerbo [*Gregibus*] Et cui debeatur decimæ de fructu gregis. gloss. remittit ad notata. 13. q. 1. §. 1. & 8 c. ad apostolicæ, de deci. ¶ † An præuilegiati super decimis non soluendis de nutrimentis animalium admiscentes aliena animalia suis debeant perdere priuilegium etiam in suis? uide hic gloss. in uerbo [*Imiscentium.*] quæ uidetur tenere, quòd nõ. quam no. ad similes quæstiones. 9 ¶ † Sicut priuilegium de decimis laborum non soluendis non extenditur ad terras, quæ aliis excolendæ traduntur, ita priuilegium de nutrimentis animalium non extenditur ad animalia, quæ traduntur aliis nutrienda; uide hic text. iuncta gloss. in uerbo [*Tenenda.*] & intellige quando tenentur per alios, non tamen expensis ipsorum priuilegiatorum; nam si ipsorum expensis, ipsi uiderentur illa nutrire, ad hoc quod le. & not. in cap. ex parte, & c. dilecti de deci. & c. licet, & de hoc uide quod hic not. in glos. sequenti in uerbo [*Excolendas,*] quæ satis bene tractat istum articulum, concludens, quòd tunc dicuntur isti priuilegiati suis sumptibus colere, cum pro cultura tradunt, dato quòd nihil ex prædio proueniat: secus si sunt coloni censuales, uel partiarii; quia isti submittunt 10 se fortunæ. ¶ † An coloni censuales, uel partiarii priuilegiatorum simpliciter super decimis non soluendis teneantur ad decimas, uide bon. gloss. præalle. in uerbo [*Excolendas,*] quæ concludit ponderãda uerba priuilegii. Si enim priuilegium eximit eorum terras ab hoc onere, tunc coloni colentes illas participant illi priuilegio. Si uero eximit personas, tunc licet illi de sua parte non soluant, coloni tamen non exempti de sua soluent; quod 11 bene nota ad similia. ¶ † Religiosi decimas non soluentes non incurrunt pœnas hic contentas; in quibus autem casibus procedunt pœnæ hic statutæ, uide bonam 12 gloss. in uerbo [*Prohibuerint.*] ¶ † Vbicunque requiritur requisitio contra parem, uel inferiorem ad conuincendum eius contumaciam, sufficit unica. hoc colligitur hoc ex text. iuncta gloss. in uerbo [*Factam,*] uide quod latius 13 dixi, supra de sepul. cle. dudum. ¶ † An constitutio, uel dispositio suspẽdens simpliciter quem ab officio, debeat intelligi de officio a diuinis, an uero de temporali, puta quia est sacrista, camerarius, &c. uide hoc bonam gloss. in uerbo [*Officiis,*] quam not. uide hic latius per docto. 14 ¶ † Suspensus donec satisfecerit, non indiget absolutione, intercedente satisfactione, requiritur tamen declaratio super satisfactione; secus in sic excommunicato, debet enim indistinctè absolui. uide gloss. in uerbo [*Dom.;*] 15 quam semper menti tenebis. ¶ † Dispositio concepta certo casu contra priuilegiatos, apposita clausula in fine dispositionis, uidelicet priuilegiis non obstantibus quibuscunque &c. non tollit indifferenter priuilegia quo ad omnia, sed solum quo ad ea, quæ prædictæ dispositioni obuiare possẽt. hoc uoluit gl. hoc in uerbo [*Quibuscũque*] ¶ Non dicitur quis plenè oblatus, nisi donauerit se & sua ecclesiæ, & cum effectu, idest cum non sit appositum aliquod pactum, uel conditio, quæ habeat ipsius oblationem tenere in suspenso; uide hic text. in fi. iuncta glos. penul. & ult. & de his oblatis tam monasterio, quàm ecclesiæ seculari, uide bonam & notabilem glos. in c. ut lex continentiæ. 27. q. 1.

SVM-

SVMMARIVM

1 *Decimæ fructuum beneficiorum non debentur indistincte,& semper Papæ; sed solent imponi a papa ex causa, & ad tempus.*
2 *Hospitalia, & huiusmodi loca pia an includantur in dispositione de decimis beneficiorum loquente.*
3 *Fabricæ ecclesiarum an ueniant sub decimis beneficiorum.*
4 *Prioratus, grangiæ, & pensiones an ueniant in dispositione decimarum beneficiorum.*
5 *Distributiones quotidianæ, & oblationes minutæ an subiaceant oneri decimarum.*
6 *Capellæ & beneficia altarium an in dispositione de decimis beneficiorum intelligantur.*
7 *Decimas fructuum beneficiorum potest papa ad tempus & ex causa concedere principi, uel alteri.*
8 *Decimas quando Papa sibi, uel aliis indicit soluendas, debentur secundum taxationem consuetam,& monetam currentem; secus si papa aliud exprimat.*
9 *Decimæ solutio quomodo fieri debeat, quando beneficia sunt taxata,& quando non.*
10 *Expensæ quæ, & quibus casibus sint deducendæ ante decimarum solutionem.*
11 *Papa si de beneficio alicui prouideri mandat usque ad certam summam, certæ monetæ inspicienda est taxatio decimæ in partibus obseruata, licet plus, uel minus in ueritate percipiatur.*
12 *Papa si simpliciter mandat alicui prouideri de beneficio usque ad certam summam, an uerus ualor, an uerò communis taxatio inspiciatur.*
13 *Beneficium certæ summæ ad certam monetam si conferri mandatur,& illa moneta non currit in illis partibus, quomodo satisfiet mandato.*
14 *Decimæ solutio, non de ipsis rebus, sed in pecunia numerata fieri debet.*
15 *Monetæ si plures in loco currunt, potest beneficiatus, de qua uult, soluere decimam.*
16 *Libri, calices, & alia ornamenta diuinis officiis deputata quamuis capi non possint pro solutione decimæ, secus tamen est in aliis libris, atque iocalibus.*
17 *Decimam beneficiorum non soluentes an per secularem potestatem constringi possint.*

CAPITVLVM II.

1 SI beneficiorum. ¶ † Decimæ beneficiorum idest fructuum ipsorum beneficiorum non debentur indistinctè & semper ipsi papæ, sed ipsas solet papa imponere sibi, uel aliis, soluendas ex causa, & ad tempus, uide hic gloss.1. in princip.& gloss.in uerbo [*Tempus.*] 2 ¶ † Circa istam decimam beneficiorum.gloss.1. hic quærit de quinque quæstionibus. ¶ Prima, an includantur 3 hospitalia & huiusmodi loca pia. ¶ † Secundò, quid 4 de fabricis ecclesiarum. ¶ † Tertiò de his, qui habent 5 prioratus, grangias, pensiones &c. ¶ † Quartò de quotidianis distributionibus, & de minutis oblationibus. 6 ¶ † Quintò de capellanis & beneficiis altarium; & dic 7 de eis, ut hic in præalle.gloss. habetur. ¶ † Potest papa istas decimas ad tempus & ex causa cuiuis concedere, ut principi, uel alteri; & in regno Franciæ sæpe casus iste 8 practicatur. uide hic gloss.in uerbo [*Cuiuis.*] ¶ † Dispositio huius cle. habet locum cum papa simpliciter imponit huiusmodi decimas sibi, uel alii soluendas, ut tunc debeatur secundum taxationem decimæ in illis partibus consuetam,& ad monetam currentem; sed si aliquod certum exprimat papa in concesione, illud seruabitur, uide 9 hic gloss. iuncto text. in uerbo [*Simpliciter*] ¶ † Vbi beneficia sunt taxata in communi æstimatione prouentuũ, fiet solutio decimæ secundum illam æstimationem in prouentibus consecutam, ut si taxatũ sit beneficium in centum, soluat. 10. licet plus colligat, quàm centum, uel minus; ubi autem nulla est taxatio, tunc ratione decimæ plus, uel minus soluit beneficiatus, secundum quòd plus, uel minus singulis annis recipit, soluendo, scilicet ueram decimam omnium redditũum beneficii. uide hic gloss. 10 in uerbo [*Taxationem.*] † Et aduerte quia hoc casu debent deduci expensæ factæ pro fructibus percipienis, & sine quibus fructus haberi non poterant, licet secus sit in communibus decimis, quas quisque soluere debet ex prædiis suis, ut in cap.cum sint homines.eodem titul.& hoc uoluit notanter hæc gloss. supra alleg. quam uide. 11 ¶ † Si papa mandat alicui prouideri de beneficio usque ad certam summam certæ monetæ secundum taxationem decimæ, habet locum quod hic dicitur, ut inspiciatur illarum partium consuetudo in taxatione decimæ, idest, ut prouideatur de beneficio illius ualoris expresi secundum taxationem decimæ, quæ solet esse in partibus, licet plus, uel minus singulis annis in ueritate percipiatur; debet enim attendi æstimatio, quæ habetur in communi. hoc uoluit gloss. hic in uerbo [*Consuetam.*] Sed aduerte, quia gloss. loquitur quando papa in rescripto se restringit ad certam summam secundum taxationem 12 decimæ. † Quid si simpliciter mandaret alicui prouideri de beneficio usque ad certam summam, an debeat attẽdi uerus ualor, idest quod in ueritate singulis annis percipitur; an uero communis taxatio ibi solita? certę, si quæstio ista referatur ad text. idem erit dicendum, etiam cum simpliciter scribitur; quia in text. non fit mentio de aliqua taxatione, sed loquitur cum simpliciter fit concessio decimæ, & tamen deciditur eam deberi secundum æstimationem solitam; in beneficio tamen in titulum concesso forte aliud esset dicendum, cum debeat fieri stricta interpretatio, ut in cap.quamuis, de præben.li.6. & ideo deberet attendi uerus ualor; & hanc quæstionem, si bene reminiscor, expresè tangunt domini de Rota, & credo tetigisse in capitul.ad aures de rescrip. 13 ¶ † Quid autem si mandatur conferri beneficium certæ summæ ad certã monetam, & illa moneta non currit in illis partibus? uide hic gloss.in uerbo [*Consuetam*] prope finem, quæ notabiliter dicit, quòd fiet comparatio monetæ ibi currentis ad illam, quæ in literis exprimitur iuxta pondus & consuetudinem cambii, quæ communiter esse solet, & non iuxta casualem charistiam, uel ueritatem, quæ propter causam accideret; quæ uerba dili14 genter nota ad similes quæstiones. ¶ † Solutio decimæ beneficiorum debet fieri non in ipsis rebus, sed in pecunia numerata, uide gloss.in uerbo [*moneta*] iuncto text. 15 ¶ † Si plures monetæ currunt in loco, potest beneficiatus soluere decimam de qua moneta uult, dummodo illa communiter currat; electio ergo est soluentis, uide bonam gloss. in uerbo [*Currentem*] & ualet ad alias quæstiones.& uide gloss.fin.in c.2. de male. & de materia plenè per Bartol.in l.creditor.ff.de solu.& in c. olim, de censi. 16 & in c.quanto.de iureiur. ¶ † Quamquam libri, calices, & alia ornamenta diuinis officiis deputata capi non possint pro solutione decimæ; alii tamen libri, atque iocalia aliis usibus deputata capi poterunt, & distrahi. uide hic 17 text.a contrario iuncta gloss.in uerbo [*Deputata*] ¶ † An non soluentes decimam beneficiorum, prout tenentur, possint constringi per secularem potestatem, uide gloss. fin. hic nisi contemnat censuram ecclesiasticam.

DE REGVL. ET TRANS. AD RE. Rub.

SVMMARIVM

1 *Dispositio indistinctè loquens comprehendit omnes, etiam qui aliàs distinctione aliqua dignoscuntur.*
2 *Constitutio de masculis loquens etiam pœnalis habet locum in fœminis.*
3 *Transiens de uno ordine ad alium, quibus casibus uocem in capitulo amittat,& ad dignitates inhabilis fiat.*
4 *Transiens de ordine mendicandum ad non mendicantes, an aliqua officia habere possit,& qualia.*

Transien

5 *Transiens de ordine mendicantium ad non mendicantes auctoritate etiam sedis apostolicæ, non euitat pœnas huius clem.*

6 *Transiens de ordine mendicantium ad non mendicantes assummi non potest ad officium prædicandi.*

7 *Vicarius licet uicarium substituere non possit, ex causa tamen potest ad modicum tempus ponere alium loco sui.*

8 *Decretum irritans quibus casibus non operatur effectum suum indistinctè.*

9 *Constitutio concilii, seu Papæ licet aliquid inhibeat cum clausula, quolibet priuilegio non obstante, non tamen per hoc ligatur potestas Papæ, uel successoris, quo minus possit concedre priuilegium in contrarium.*

10 *Papa etiam cum concilio non potest imponere legem Papæ.*

CAPITVLVM I.

1 VT professores.† dispositio huius cle. habet locum etiam in illis, qui fecerunt professionem infra 15. annum suæ ætatis, uel aliàs infra probationis annum in monasterio mendicantium, & postea intrauerunt ordinem non mendicantium, cum litera ista loquatur indistinctè in principio sui, de quo uide hic per gloss. 2 1. post principium. ¶ † Constitutio istius cle. 1. locum habet etiam in fœminis ordinum mendicantium si transierunt ad non mendicantes. uide hoc gloss. in uerbo 3 [*Quoslibet*] ¶ † Si mendicans transit ad alium ordinem mendicantem, uel non mendicans transit ad mendicantem, seu non mendicantē, nō habet locum hæc constitutio. solum ergo habet locum in uno de quatuor casibus, scilicet cum mendicans transit ad ordinem non mendicantium. uide hic text. iuncta gloss. in uerbo [*Non mendicantium.*] ¶ Siquis de ordine mendicantium transiuit ante hanc constitutionem ad ordinem non mendicantium, licet ibi obtineret tempore huiusmodi constitutionis prioratum, uel aliquam administrationem, non tamē habere debuit post hanc constitutionem uocem in capitulo, nisi forte fuisset in illo ordine principalis prælatus; hoc uoluit glo. secundum unum intellectum in cle. 1. 4 præal. in uerbo [*imbi.*] ¶ † An is qui de ordine mendicantium transiuit post hanc constitutionem ad ordinem non mendicantium possit habere aliqua officia ibidem, quæ non sunt subiecta ecclesiasticæ regulæ, sed consistunt in facto, ut officium œconomatus &c. uide gloss. super uerbo [*Officia*] in principio, quæ uidetur dubitare; nam de primis officiis non est dubium, quòd ad illa etiam extra 5 monasterium assumi non possit, ut in §. prioratus. † & not. quòd procedit iste text. etiam si auctoritate sedis 6 apostolicæ transiuit, ut patet in text. ¶ † Transiens de ordine mendicantium ad ordinem non mendicantium non potest assumi ad officium etiam prædicandi, uide hic gloss. notabilem, in uerbo [*Officia.*] Et nota ex ipsius ratione, quòd prædicare est officium curæ; competit enim de iure communi solis curatis, de quo uide text. 7 cum gloss. in clem. dudum. de sepul. ¶ † Licet uicarius substituere alium non possit in uicaria, ex causa tamen ad modicum tempus potest alium ponere loco sui, uide gloss. hic, & tene menti in uer. locum illorum. & plenius per Archi. in c. perlectis. 25. distin. & aliquid per gloss. in 8 cle. una. de offi. uica. ¶ † Decretum irritans non operatur effectum suum indistinctè; illa enim cadunt in decretum, quæ sunt retractabilia. sunt enim quædam de officio curæ, quæ non possunt cadere in decretum, quia non sunt retractabilia, ut baptizare, eucharistiam dare, & his similia. Item est in his, quæ consistunt in facto, & nequeūt 9 non fuisse, sicut prædicare, castaldia, & similia. uide gloss. in uerbo [*Irritum.*] & tene menti. ¶ † Licet constitutio concilii, seu papæ cum approbatione concilii aliquid inhibeat cum clausula, quo uis priuilegio non obstante, non tamen per hoc ligatur potestas papæ, uel successoris, quominus possit concedere priuilegium in contrarium. uide hic gloss. notabilem in uerbo [*Priuilegio*] quam 10 singulariter nota. † Ex qua habes quòd papa etiam cum concilio non potest imponere legem papæ. & uidetur probari in c. cum in cunctis iuncto. c. innotuit. de elect. quod tamen limita, ut not. Spe. in titul. de le. sub rubrica. de dispen. in §. tunc breuiter. prope fi.

SVMMARIVM

1 *Habitus assumptio, uel delatio an, & quando tacitam inducat professionem.*

2 *Habitus delatio patenter distincti, ut in colore, scissura, uel forma, quantocunque tempore non inducit professionem.*

3 *Habitus delatio, quo professi, nouitii, & uitam communem cum eis gerentes utuntur, non inducit professionem in eo, qui in pupillari ætate illum assumpsit, quocunque tempore deferatur in religione.*

4 *Habitus delatio extra religionem quantocunque tempore non inducit professionem.*

5 *Habitus etiam indistincti delatio inducit intra annum post pubertatem professionem tacitam.*

6 *Habitus distincti latenter, puta per benedictionem, delatio inducit per annum professionem in monasterio, in quo delatus est.*

7 *Habitus professorum assumptio inducit professionem in genere, si triduo perseuerauit.*

8 *Professio tacitè uel expressè fienda exigit in masculo annum 14. in fœmina uerò 12. nec sufficit malitia ad supplendā ætatem.*

9 *Annus, per quem causatur tacita professio, debet esse completus.*

10 *Per, ista dictio denotat perfectionem.*

11 *Habitus nouitiorum delatio per annum tacitam inducit professionem, si post pubertatis annos quis portauerit.*

CAPITVLVM II.

1 EOs qui.† an & quādo assumptio, uel delatio habitus inducat professionem tacitam. uide hic plenissime per gloss. 2. ex qua collige aliquas conclusiones, quia propter causarum uarietatem uidetur iuuenibus intricata. 2 ¶ † Prima conclusio, delatio habitus patenter distincti, ut in colore, scissura, uel forma quatocunque tempore non inducit professionem. hoc probatur hic in fine literæ. iuncta gloss. [*Sed maxime*] in fin. 3 ¶ † Secunda conclusio. delatio habitus indistinctissimi per modum de quo in c. 1. eodem titul. lib. 6. ut, quia non solum professi, & nouitii illo utuntur, sed etiam gerentes uitam communem cum eis, non inducit professionem in eo, qui in pupillari ætate illum assumpsit, quantocunque tempore deferatur; ut probatur in d. c. 1. eodem tit. lib. 6. nec hodie corrigitur per istum tex. ut no. hôc gloss. super uerbo [*Portauerit*] secus autem in eo, qui illum assumpsit in pubertate. inducit enim in eo tacitam professionem 4 post annum, ut probatur in d. c. 1, §. qui uero. ¶ † Tertia conclusio, delatio habitus extra religionem quantocunque tempore non inducit professionem. hoc uoluit tacite iste text. in uerbo. [*In aliqua religione &c.*] ar. sumpto per contrarium, & expressius tenet hic gloss. in uerbo [*In aliqua.*] quam singulariter notabis. & facit. c. ut clerici. de regu. 5 ¶ † Quarta conclusio, delatio habitus indistincti, ut est ille, quo utuntur pariter nouitii & conuersi, inducit infra annum post pubertatem professionem tacitam, ut in c. 1. eodem titul. lib. 6. ¶ Quinta conclusio, delatio habitus distincti latenter, puta per benedictionem, inducit per annū professionem in illo monasterio, in quo habitus fuit delatus. hæc conclusio probatur singulariter per istum text. 6 ¶ † Assumptio habitus professorum inducit professionem in genere, si datur perseuerantia tridui; de quo tamen dicendum, ut habetur in c. constitutionum. eodem titul. lib. 6. in fin. etiam si talis habitus latenter distinguatur ab habitu professorum, ut probatur in d. c. 1. in fin. nec in hoc ille text. mutatur per istum text. quia loquitur in alio casu, ad quem litera ista restringitur: ut no. hic in gloss. magna in uer. [*Hodie uero*] quo

[*Quo ad hunc casum &c.*] Et ex prædictis & ex glo. ista magna in uer. [*Ex his*] no. triplicem habitum nouitiorum distinctum, & hoc dupliciter, ut s. dixi, & patet hic in tex. indistinctum, & indistinctissimum. ¶ † Ad professionem faciendam tacitè uel expressè requiritur pubertas, ita quòd masculus debet esse. 14. annorum, fœmina uero. 12. nec sufficit ad istum effectum, quòd prudentia uel malitia suppleat ætatem. hoc uoluit hic glo. in uer. [*Aetate*] quam no. Ex qua habes unam differentiam inter professionem, & matrimonium carnale; nam in illo malitia supplet ætatem, ut in cap. puberes. de despon. impub. ¶ Text. iste locum habet etiam in fratribus mendicantibus, uide hic gloss. in uerbo [*Religione.*] † ¶ Annus, per quē causatur tacita professio cum delatione habitus nouitiorum indistinctè, uel latenter distinctè, debet esse completus. uide hic glo. in uerbo [*Per annum.*] Ex quo not. ꝙ ista dictio, p, denotat perfectionem anni. facit. l. urbana. §. pernoctare. ff. de uerbo. signific. ¶ † Per delationem habitus nouitiorum tempore annali inducitur tacita professio, dummodo post discretionis annos quis talem habitum portauerit, nec habet obstare quòd illum assumpsit ante pubertatem. uide hic glo. in uerbo [*Portauerum*] & uide text. in c. 1. eo. tit. lib. 6.

DE STATV MONACHO. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Monachorum habitus nigredo quare fuerit inuenta.*
2 *Lectisternium quid designet.*
3 *Vestis superior monachorum habitui proxima debet esse nigri bruni, uel albi coloris.*
4 *Regula unde dicatur.*
5 *Regnum unde dicatur.*
6 *Monachi unū, pluresue botones in ueste pxima habitui portare nō dēt.*
7 *Sericum omne prohibitum est monachis pro foderaturis etiam uestiū.*
8 *Consuetudo excusat monachos, si meliori panno utuntur in uno monasterio, seu prouincia, quam in alia.*
9 *Abbas, prior, uel alius præsidens, quibus casibus teneatur portare flocum, cucullam, aut scapulare. & num. 10.*
11 *Monachi non possunt uti scapulari sine cappa, nisi cū induuntur ad' seruiendum in diuinis.*
12 *Cuculla, flocus, capa, & rotondellus quid sint.*
13 *Fideles non arctantur regulariter ad confitendum, & corpus Christi assumendum, nisi singulis annis; Monachi uero singulis mensibus.*
14 *Nouitiorum appellatione qui ueniant.*
15 *Venationi, uel aucupationi non debent religiosi personaliter intendere, etiam si in eis habeant redditus.*
16 *Monasterio uacante, uel abbate suspenso, beneficiorum collatio ad quē deuoluatur.*
17 *Monachis cuiuscunque habitus, & canonicis regularibus prohibitū est accedere ad curiam principum secularium absque speciali prælatorum licentia.*
18 *Abusiones 12 claustri, & 12. seculi, uide remiss.*
19 *Monachi, & canonici regulares intrantes curias principum animo dānificandi monasterium, uel prælatum, incurrunt excommunicationem ex solo etiam accessu.*
20 *Monachi tenentes arma intra septa monasterij sine abbatis licentia sunt ipso facto excommunicati.*
21 *Armorum appellatione quid ueniat, tam iure communi, quàm strictè.*
22 *Arma in stricta significatione restringuntur ad maiora secundum subiectam materiam.*
23 *Dispositio loquens simpliciter de monachis habet locum in omnibus, tā nigris, quàm albis, & reliquis.*
24 *Prior ut habeat in prioratu duos monachos, si redditus non sufficiant, non est necesse.*
25 *Prioratus non sufficiens priori & socio pt uniri per ordinarium loci*
26 *Abbates an possint unire propria auctoritate ecclesias pleno iure sibi subiectas.*
27 *Abbates an possint præscribere potestatem uniendi ecclesias, & beneficia sibi subiectas.*
28 *Monachos non posse habitare sine socio in capella, in quos monacho habeat locum, & in quo non.*
29 *Clericus secularis habens ecclesiam debet habere clericum in minoribus, a quo adiuuentur in diuinis.*
30 *Prioratum conuentualem non pōt monachus obtinere nisi 25. annū attigerit; & quid in non conuentuali curato, & non curato. nu. 31.*
32 *Prior ecclesiæ conuentualis, qui non facit se infra annum in sacerdotem promoueri, priuatur ipso facto.*
33 *Monachalem ordinem non professus non potest præfici alicui prioratui regulari, uel administrationi.*
34 *Professus præfectus non debet stare in monasterio principali, sed in suo prioratu, seu administratione tenetur residere.*
35 *Monachus nedum simplex, sed etiam prior non potest se ad studium conferre sine sui abbatis licentia.*
35 *Monachus, si ultra iuris debitum grauatur à superiore suo, potest ad superiorem superioris supplicare, uel appellare.*
37 *Abbate negligente officiū suū explere, etiam ut monachi in primitiuis scientiis instruantur, eps aut corrigere eum, aut supplere debet.*

CAPITVLVM I.

NE IN AGRO. † Nigredo habitus monachorū in siguum mortificationis carnis, & uitiorum, fuit inuentus; sed utinā hodie deficientibus meritis non significet meritorum & uirtutū obfuscationem. uide hic gl. in uer. [*Sacro.*] Constō istius cle. hēt locum in monachis nigris duntaxat, saluo qđ no. ĩ. in §. sane. & §. quia uero. cum §. se. Et potuit esse rō, quia alij monachi cōiter habent corpus & caput maius ut cistercienses, camaldulenses, & his similia. quo capite carent nigri monachi: aduerte, quia in ɔ̄rium facit tex. post princ. ibi [*Nigri, bruni, uel albi coloris &c.*] & sic aperte uī comprehendere monachos ēt albos. & facit qđ ĩ. no. in gl. in uerbo [*Albi*] cogita. Vel dic sequendo gl. ꝙ tex. loqꝰ non de ipso habitu, sed ueste ꝑxima ipsi habitui, ut est tunica, qua si innuat, ꝙ monachi nigri debent portare uestem ꝑximā habitui de nigro, bruno, uel albo colore, ut colligi uī ex principio iuncto uer. [*Status*] uel loquiꝰ de superiori ueste ꝑxima habitui. i. scapulari. & tūc stat primū dictū. & ꝓ hoc dicto optime facit hic text. in uerbo [*Si etiam*] qui clare loqꝰ de superiori ueste. ¶ † Lectisternium cōponitur a lecto & sterno, & poniꝰ ꝓ lecto strato & parato & oī ipsius paramēto. uide hic in uer. [*Lectisternijs.*] ¶ † Vestis superior monachorū habitui ꝑxima dēt esse nigri, bruni, uel albi coloris iuxta morē apud eos seruari solitū in regione, qua degunt. Et dī habitus flocus, cucula, uel scapulare. Et no. cū isti tres colores ꝑmittantur hic, alij oēs uñr prohibiti, qđ multi non ponderant; ꝙ ergo dicit rła, ꝙ de colore non causenꝰ monachi, non intendit ꝙ oībus coloribus possint uti. sed ꝙ non causenꝰ inter colores ꝑmissos, dicendo ꝙ iste sit sanctior, & pulchrior, uel melior. hæc uoluit hic text. post princ. in uer. [*Statuimus*] iun. gl. in uer. [*Habitui*] & in uer. [*Albi.*] Et nor. ex tex. & gl. ꝙ si alii oēs colores ꝑter istos tres ꝓhibenꝰ monachis i. ueste habitui ꝑxima, fortius uñr ꝓhibiti quo ad ipsum habitū principalē, & hoc apte sentit pal. gl. in uerb. [*Albi*] ¶ † Regio regionis dī a rego regis & est patria, quā rex regit, & hēt dinutiuum, regula, quasi parua regio. uide hic gl. in uer. [*Regione.*] ¶ † Pugnū dī clausa manus compunctione digitorū, & dī à pugno, qui. n. uult pugnare stringit pugnum, hoc ponit gl. in u er. [*Pugnum.*] Monachi non debent portare unū, uel duos botones, seu plures in ueste ꝑxima habitui. ut hic in uerbo [*Sic etiam ipsa uestis &c.*] iuncta gl. in uer. [*Quomodolibet.*] Et aduerte, q a respū uestis supioris, hoc est cucullæ, uel floci, hoc est in dubitatū; sed quo ad tunicā pōt dubitari, sed idē puto dicendū, cum illa portenꝰ frequenter sub scapulari, & sic est habitui ꝑxima. Et arguendo a spāli uī, ꝙ in aliis uestimentis inferioribus non sit eis prohibitum portare botones. ¶ † Appellatione cendati uenit omne sericū, uide hic glo. in nerbo [*Cendatum*] & no. ex illa glo. iuncto text. in uerbo [*In uestibus*] ꝙ nil de serico debent monachi portare in uestibus pro foderaturis. ¶ Quod monasterium dicitur habere certum numerum monachorum, quando talem numerum habet incluso etiam prælato. uide hic text. in uerbo [*Rursus*] iuncta glo. in uerbo [*Duodecim monachorum*] quam nota. quia facit ad multa.

¶ Septum dicitur a sepio sepis, & idem est quod clausura. uide gl. in uer. [*Septa.*] ¶ † Consuetudo excusat monachos, si meliori panno utunꝰ in uno monasterio, seu

in una prouincia, quàm in alia.uide text. in uerbo [*Rurſus*] iuncta glo.notabili in uerbo [*Conſuetudo*] quam glo. intelligo, dummodo nimium non excedatur regularis modeſtia in qualitate panni. argument. huius text. poſt
9 principium ante uerſiculum [*Si etiam.*] ¶ †In monaſterio, in quo fuerit congregato 12. monachorum, aut ſupra, abbas, prior, uel alius præſidens intra ſepta monaſterij portare debet flocum; in alijs autem monaſterijs, ubi non eſt tanta congregatio, cucullam; cum uero abbates, priores, aut alios præſidentes, & monachos extra monaſteria proficiſci contigerit, flocum, cucullam, aut cappam clauſam habeant, & ſubtus cappam, ſi eam portauerunt, cucullam deferant, aut, ſi maluerint, ſcapulare. Et aduerte, quia licet ſub cappa ſit portandum ſaltem ſcapulare, ſub floco, uel cuculla non, quaſi illa ſint
10 habitus, ſed non cappa. ¶ † Et dicitur cappa a capite, ſiue a capio capis, quia totum capit hominem, non tamen habet caputium appenſum, ſicut cuculla, uel flocus; ideo portatur ſub illa ſcapulare. rotundelli tamen, qui nunc ſunt in uſu, non ſunt proprie cappæ. hæc uoluit tex.iſte in uer. [*Rurſus*] cum ſequenti.iuncta gloſſ. notabili in uerbo [*Cappam*] quam not. hoc procedunt regulariter. Sed cum ad ſeruiendum in diuinis officijs albis uel ſacris ueſtibus induentur, aut cum occupabuntur in operibus, uti eis liceat ſcapulari. ut hic in uerſic. ſequenti qui incipit [*Cum autem ad ſeruiendum*] & uide glo.
11 in uerbo [*Albis.*] ¶ † Ex quo text.nota, quòd ſecundum diſpoſitionem huius cle. monachi non poſſunt uti ſcapulari ſine cappa, niſi cum induuntur ad ſeruiendum in diuinis officiis albis aut ueſtibus ſacris, ſeu cum occupantur in operibus, ſed debent portare ueſtes, prout ſu
12 pra dictum eſt. †Et aduerte, quia nomine cucullæ uenit habitus longus & amplus manichas non habens; nomine uero floci intelligitur habitus habens longas & amplas machinas, ut hic habetur in uerbo [*Verum*] de cappa non habetur hic propria ſignificatio.glo.tamen ſupra allegata ponit eam ut diſtinctam à rotundello, & non declarat differentiam, puto quòd de mente gloſſ.fuerit, quòd rotundellus dicatur mantellus longus apertus tamen ante, ſicut multi ſolent uti hodie; cappa uero eſt mãtellus rotundus cooperiens totum hominem non aper-
13 tus, ſicut utuntur hodie prælati. ¶ † Licet fideles non arctentur regulariter ad confitendum, & ad corpus Chriſti ſummendum, niſi ſingulis annis; monachi tamen tenẽtur ſingulis menſibus, prout hic in uerbo [*Sane*] continetur.de quo etiam in uerbo [*Singulis.*] Et an hoc comprehendat etiam alios monachos non nigros, gl. præallegata uidetur dubitare, uidetur tamen concludere honeſtũ
14 eſſe, ꝙ ſic. ¶ †Appellatione nouitiorum ueniunt non ſolum nouitii non profeſsi, ſed etiam profeſsi nouiter recepti non bene inſtructi in obſeruantia regulari, ſeu diuinis officijs; hoc uoluit hic gl.in uer. [*Nouitijs*] & iſtis nouitiis debet deputari fidelis inſtructor &c. ut hic in uer. [*Nouitijs.*] ¶ Nota differentia inter uenationem, & aucupationem.uenatio fit ad beſtias, & aucupatio ad aues, inde aucupator auium captor, uide hic text. in §. porro. iũ.gl.in uer. [*Venationibus.*] ¶ Canes ad cuſtodiam apti poſſunt licite teneri intra monaſterii ſepta, ſecus de canibus & auibus uenaticis &c. uide tex.in d. §. porro. iuncta gl.
15 in uer. [*Venaticos.*] ¶ † No. ꝙ religioſi non debent intendere perſonaliter uenationi, uel aucupationi, etiam ſi in his habeant redditus. uide tex.in d. §. porro in uerbo [*Perſonalem*] quem non maxime in fine ſui. ubi habetur quid di
16 cendum in clericis ſecularibus. ¶ † Monaſterio uacante, uel alias abbate ſuſpenſo, beneficiorum collatio ad abbatem pertinens non deuoluitur ad priorem clauſtralẽ, & capitulum monaſterii, ſed debet obſeruari quod hr̃ in c.uno, ne ſe.ua.li.6.un̄ caſus hic contentus eſt ſpecialis, & ad alios caſus non extendendus. uide hic bo.gl.in uerbo [*Si quis autem*] in fi.in uerbo [*Vt præmittitur.*] quam no.bene.
¶ Iuſtis & bonis obſeruantia regularis eſt ſuaue iugum quibus eſt clauſtrum quaſi aqua piſcibus.16.q.1.c.placuit.2. Aliis eſt carcer de ſent.exc.c.ut famæ.& ad utrũque.28.di.de his no.uide tex.in §.quia uero iuncta glo. in uerbo [*Suaui.*] Et dicitur iugum a iungo iungis, & ſic ſolet uocari inſtrumentum, quo boues iunguntur.ut no.
17 hic in gl.ſequenti in uerbo [*Iugo.*] ¶ † Conſtitutio iſta in §. quia uero. ligat monachos cuiuſcunque habitus & canonicos regulares, ne accedant ad curiã principum ſecularium abſque ſpeciali prælatorum ſuorum licentia &c. Nec mirum cum liget etiam canonicos regulares. hoc uoluit gloſſ.in uerbo [*Canonici.*] Et hoc ſpecialiter dixit gloſſ. hic. quia ſupra uoluit conſtitutionem iſtam non extendi regulariter niſi ad monachos nigros propter uerba poſita in principio, ſed dic ut ſupra dixi latius.
¶ Monachi adminiſtrationem habentes poſſunt impune ire ad curiam principum, cum ſæpe eos ire oporteat propter cauſas ſuarum adminiſtrationum. uide hic text.
18 iuncta gloſſa. in uerbo [*Non habentes.*] ¶ † Duodecim abuſiones clauſtri, & 12. abuſiones ſeculi uide not. hic
19 per gloſſ.in uerbo [*Curias*] & nota illam. ¶ † Monachi cuiuſcunque habitus & canonici regulares intrantes curiam principum, animo damnificandi monaſterium, aut prælatum incidunt ipſo facto in ſententiam excommunicationis, ſiue habuerint a prælato licentiam eundi, ſiue non. Item ſiue damnificauerint, ſiue non, ſufficit enim animus cum acceſſu; uide hic text. iuncta gloſſ.in
20 uerbo [*Ipſo facto.*] ¶ † Monachi tenentes arma intra ſepta monaſterii ſine licentia abbatum ſuorum ſunt ipſo facto excommunicati.text.unicus eſt hic.in §.quia uero. præfatæ quoque. Et nota, quia punit tenentes. Si ergo monachi ueniunt de foris ad claſtrum cum armis non animo tenendi in clauſtro, non ligantur; nec etiam et ſimplici delatione.hoc uoluit hic gl. in uerbo [*Tenentes.*]
21 ¶ † Quid uenit appellatione armorum tam in communi, quàm ſtrictè.uide hic gloſſ.in uerbo [*Arma*] quam nota præcipue quo ad duo. Primò, quatenus dicit, quòd ſtricte arma dicuntur, quibus defendimur; tela, quibus impugnamus, Inſtitu.de publi.iudi.§.item lex cornelia. Secundò in eo, quod dicit, quòd licet armorum appellatio fuſtes, & lapides comprehendat, & omne, quod manu & archu mittitur, ut in prædicto §.item lex, putat tamen gl. quòd auctor non ſic late hoc intellexerit, ſed ſolum ma
22 iora, ut loricas, clipeos, lanceas &c. ¶ † Ex qua ſingulariter nota, quòd armorum appellatio nõ capitur hic largè indifferenter, ſed ſecundum ſubiectam materiam re
23 ſtringitur ad maiora &c. ¶ † Quotiens diſpoſitio loquitur ſimpliciter de monachis, habet locum in omnibus tã nigris, quàm albis, & reliquis, uide tex.in §. [*Ad hæc*] iuncta gl.in uerbo [*Monachi*] quam no. Ideo concludit ꝙ iſte §. [*Ad hæc*] habet locum in omnibus monachis, ut non habitent ſinguli in adminiſtrationibus, ſeu prioratibus &c.
24 ut in tex. ¶ † Non eſt neceſſe, ut prior habeat in prioratu duos ſocios, ſi redditus non ſufficiunt, ſed ſatis eſt, ꝙ habeat unum uide hic gl.in §. [*Ad hæc*] in uerbo [*Duobus.*] Si autem non ſufficiunt priori & ſocio prouidebitur, ut in
25 litera habetur. ¶ † Prioratus non ſufficiens priori & ſocio, poterit uniri per ordinariũ loci officijs monaſterij, ad quod pertinet, puta elimoſynariæ, ſacriſtæ, cellariæ, & ſimilibus uide hic text.notabi.in §. ad hæc iuncta gloſſ. in uerbo officijs.& dic, ut latius in text. continetur, & in gloſſ.in uerbo [*Aſſenſu*] ubi habetur, an debeat interuenire conſenſus abbatis, & capituli eccleſiæ cathedra
26 lis † Quod abbates non poſſunt propria auctoritate unire eccleſias etiam pleno iure ſibi ſubiectas gloſſ. eſt hic ſingularis in uerbo [*Ordinarios.*] Ego dubito eo caſu quo eſſent pleno iure ſubiectę. nam tunc poteſt in illis exercere epiſcopalia iuriſdictionalia.ut notat gloſſ. ſingularis in clementi. prima. de rebus eccleſiæ non alienandis. & facit quod plene dixi in capitulo ſi
27 gnificaſti. de foro competenti.in lectura. ¶ † An autem abbates poſſint præſcribere poteſtatem uniendi eccle-

eccleſias, ſeu beneficia ſibi ſubiecta, ſeu ſpectantia ad collationem ſuam, uide hic gl. in uerbo [*Ordinarios*] poſt principium, quæ ponit opiniones, & finaliter coucludit, & bene, ꝙ ſic; quia hoc eſt dignitatis & iuriſdictionis, non autem ordinis; ad hoc c. accedentibus, de exceſ. præla. & quod ibi no. in gl. & in c. literas. de reſti. ſpol. requiritur tamen titulus, cum ſit contra ius, niſi ſit tanti temporis, 28 de cuius initio &c. ut in gl. quam no. ¶ † Iura dicentia, ꝙ monachi non debent ſingulariter habitare in capellis, ſed debet ad minus hēre quilibet unum ſocium, cum quo poſſit aliquam ſtabilitatem clauſtri ſeruare, debet intelligi in monachis clauſtralibus, qui poſſunt ad libitum abbatis ad clauſtrum reuocari, ſecus autem in monachis ſeu canonicis perpetuò inſtitutis ad aliquam eccleſiam curatam; quia cum tales nullam habeant amplius cum monaſterio communionem. 16. quæſtio. 1. capitu. ne pro cuiuslibet non tenetur talis habere ſocium ſui ordinis, nec abbas illi ſocium dare tenetur, ex quo non eſt amplius ſub eius cura: uide hic gloſſam notabilem in uerbo [*Ad clauſtrum*] quam tene menti, quia quotidie eſt 29 in practica. ¶ † Clericus ſecularis habens eccleſiam debet habere ſeruitorem, puta clericum in minoribus, qui eum adiuuet in diuinis, non autem tenetur habere ſocium, ſicut monachus clauſtralis; unde talis locus ſufficere potuit presbytero & ſeruitori, qui non ſufficiat duobus monachis, uide hic bonam gloſſam in uer-30 bo [*Seruitutis*] iuncto text. ¶ † Prioratum conuentualem nō poteſt monachus obtinere niſi 25. annū attigerit. & dicitur conuentualis in quo ſunt plures collegialiter non ut ſinguli. ut eſt hic tex. in §. cæterum. iuncta gloſſ. in uerbo [*Conuentuales.*] Prioratum autem non conuentualem, habentem tamen curam animarum, ſi cura ipſa non per ſe, ſed per presbyterum ſecularem exerceatur, poteſt monachus habere, poſtquam peregerit 20. annum, & non prius. Sed ſi cura exerceri debeat per priorem, debet attigiſſe 25. annum. de hoc eſt tex. hic. in §. cæterum. iuncta glo. notabili in uerbo [*Et ſi*] dicit tamen prædicta glo. quòd licet ita conditionaliter uideatur loqui text. non tamen uidetur de mente, ut clauſtralis exerceat curam per ſe cap. 1. de cappel. mona. dic tu hoc dictum procedere mero iure communi inſpecto, tamen ex conſuetudine poteſt clauſtralis curam per ſe exercere, ut notanter uolunt hic docto. & dixi in dicto capitu. 1. de cappe. 31 monacho. ¶ † Quid autem ſi prioratus non eſt conuentualis, nec habet curam animarum, text. autem gloſſ. non aperit hic. ſed tu dic ut plene ſcripſi in c. ſuper inordinata, de præb. c. quamquam. c. licet canon. de elec. lib. 6. locum non habeat in eccleſiis collegiatis, & aſſumptis ad ipſarum regimen, ut eodem titulo. c. ſtatutum, lib. 6. 32 ¶ † In prioribus tamen conuentualibus & religioſis, & ipſorum prioribus locum habet, ut probatur hic in §. ad hæc. & uide glo. in uerbo [*Iſtos*] priuatur enim ipſo facto prior etiam eccleſiæ conuentualis, qui non facit ſe 33 infra annum in ſacerdotem promoueri, ut hic. ¶ † Non profeſſus ordinem monachalem non poteſt præfici alicui prioratui regulari ſeu adminiſtrationi alicuius mona-34 ſterii. † Et profeſſus præfectus non debet ſtare in monaſterio principali, ſed in ipſo prioratu ſeu adminiſtratione tenetur facere reſidentiam quacunque conſuetudine non obſtante, niſi ſtudiorum, uel alias rationabili cauſa ab huiuſmodi reſidentia excuſetur, tex. eſt hic ſingularis 35 in §. ſane prioratus. † Et nota ex illo, ꝙ nedum ſimplex monachus poteſt de ſui abbatis licentia ad ſtudium ſe conferre, ut in c. 2. ne cler. uel mo. li. 6. ſed etiam prior, qui alias tenetur ad reſidentiam, ut hic. & idem dic de abbate. A quo autem abbas debeat habere licentiam. uide per Io. And. in d. c. 2. & in §. ad ampliationem. hic prope finē ubi ponit ꝙ locū habet in quibuslibet monachis. & hoc propter uerſi. [*Quilibet*] in text. poſitum, hoc uoluit glo. in uer. [*Quilibet*] tenetur ergo quilibet monachorum ſe facere promoueri ad omnes ſacros ordines, ad monitionem ſui abbatis &c. ut in litera. Et profecto mihi ſatis placet. ut iſte tex. in totum ſibi uendicet locū in oībus monachis cuiuſcunque habitus; tum quia eadem eſt ratio in omnibus, nec uerba bene ponderata reſiſtunt; tum quia non uideo, quare in parte habeat locum in omnibus, & in parte non. Et facit quod no. gl. in cle. 1. §. de re-36 ſcri. & quod ibi dixi. ¶ † Si monachus ultra iuris debitū a ſuperiore ſuo grauatur, poteſt ex legitima cauſa ad ſuperiorem ſuperioris ſupplicare, uel appellare, ad inſtar ſerui ſupplicantis contra dominum. C. de preci. imp. off. l. 1. de appe. c. de priore. hoc uoluit gl. in uerbo [*Legitima.*] 37 ¶ † Si abbas non conſtituit magiſtrum in monaſterio, ut monacos inſtruat in primitiuis ſcientiis, legitima cauſa nō ſubſiſtente, debet epiſcopus illum ad hoc cogere, uel ipſe illum conſtituere, hoc uoluit glo. hic in uerbo [*Facultates.*] Ex qua nota, quòd abbate negligente explere officium ſuum, debet epiſcopus ſepplere modo prædicto. & facit quod leg. & no. in c. quanto. de offi. or. & de hoc dic ut ibi generaliter legitur & notatur.

SVMMARIVM.

1 *Celebris unde dicatur.*
2 *Monialium monaſteria, quomodo, quando, & per quos uiſitari debeant.*
3 *Viſitatores impedientes, niſi moniti reſipiſcant, excommunicationem ipſo facto incurrunt. & num. 25.*
4 *Exemptorum monaſteriorum quot ſint ſpecies, & a quibus uiſitentur.*
5 *Monialium monaſteria ubi ſubſunt aliis monaſteriis monialium, quando, & per quos uiſitari debeant.*
6 *Monaſteria ſingulis annis uiſitari, quomodo intelligatur.*
7 *Monaſteria an uiſitari poſſint pluries, quam ſemel in anno, & quando, & in quibus habeat locum.*
8 *Monialium monaſteria prælati non uiſitantes ſingulis annis pecant.*
9 *Capitula, ſuper quibus uiſitatores monaſteriorum inquirunt, quomodo ſint formanda.*
10 *Abbatiſſa, Abbas, monialium, & monachorum appellatione includuntur.*
11 *Moniales an poſſint nutrire comam.*
12 *Moniales etiam exemptæ tenentur ad procurationem, quando uiſitantur.*
13 *Conſtitutio noua prouidens in certis caſibus extenditur ad caſus ſimiles expreſſis.*
14 *Abbatiſſæ quæ neceſſario benedicendæ ſint, & quæ, & quando non.*
15 *Conſuetudo legitimo tempore firmata, an & quando a contraria obſeruantia uarietur, & liget.*
16 *Benedictio abbatiſſæ eſt ſimplex, & quare, & quid hoc importet.*
17 *Benedictio abbatiſſæ minus eſt, quam abbatis, & quibus diebus utraque benedictio dari debeat.*
18 *Benedictio abbatis, & abbatiſſæ an iterabilis ſit.*
19 *Abbatiſſa non poteſt eligi quæ corrupta ſit, & a papa talis promota, benedici non debet.*
20 *Abbas non faciens ſe intra annum benedici, an cadat a iure ſuo, ſiue abbatiſſa.*
21 *Diſpoſitum in abbatibus & monachis habet locum in abbatiſſis & monialibus in his, quæ congruere poſſunt, ſecus econtra.*
22 *Clauſula, ſit contentus tali re, quid importet.*
23 *Eccleſia tā cathedralis, q̄ alia inferior ſuæ diœceſis, pōt dici ipſius epī.*
24 *Epo moniales uiſitanti licet certus numerus perſonarum ſit ſtatutus, non tamen p̄ hoc p̄curandorum numerus ſtatus intelligitur reſtrictus.*

CAPITVLVM II.

1 ATtendentes. † Celebris dicitur a celo, & ponitur pro ſancto, pro ſolenni, pro feſtiuo, pro frequen-2 tato, uide glo. hic in uer. [*Celebri.*] † Singula monialium monaſteria debent ſingulis annis per ordinarios uiſitari non exempta propria, exempta uero, quæ ſedi apoſtolicæ immediate ſubſunt auctoritate apoſtolica. exempta uero alia, per eos, quibus ſubſunt, text. eſt hic ſingularis iuncta gloſſa in uerbo [*Ordinariis.*] Et impedientes ipſos uiſitatores, niſi moniti reſipiſcant, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt, ut 4 hic in fine ſingulariter & optimè probatur. ¶ † Mo-

nasteriorum duæ sunt species. Aliqua sunt ita exempta, quòd non recognoscunt superiorem, nisi papam. Aliqua sunt exempta, quia sunt de ordine exemptorum, sicut monasteria ordinum cistercien. camaldulensium, & similia. Ista ultima non uisitat nec corrigit ordinarius loci, sed abbas, uel prior, cui subsunt: priora uero, quæ immediate subsunt papę, uisitantur auctoritate apostolica per ordinarium loci; & sic ordinarius loci in hoc est delegatus papæ, per illa uerba, [*Auctoritate apostolica*] hoc uoluit text. hic iuncta gloss. in uerbo alia. & iuncto text. in capitu. cum aliquibus. de rescriptis. libro sexto. 5 † Sed dubium est, quid si monasteria monialium subsunt aliis monasteriis monialium? dubium facit, quia maior prælata non potest exire clausuram, ut in capitulo unico. eodem titulo libro sexto, & per consequens non debet posse per se uisitare, & sic loci ordinarius deberet supplere. Archi. hoc tractat in dicto c. unico. & tenet, quòd illa maior prælata per se uisitare non potest; sed, cum sit iuste impedita, uisitabit per alium. 10. quæst. 1. c. episcopum. facit de offi. ordi. c. si episcopus, lib. 6. & secundum hoc cessabit ibi officium ordinarii secundum glo. hic præalleg. in uerbo [*Alia*] prope 6 medium. † Quomodo intelligitur, quòd annis singulis monasteria uisitentur, an sufficit quòd in fine unius anni, & an principio secundi. uide hic gl. in uerbo [*Annis singulis*] quæ remittit ad notata. in capitu. in singulis. in 7 princip. de statu regu. ¶ † An monasteria possint uisitari pluries quàm semel in anno. uide hoc gloss. in uerbo *Annis singulis*] quæ dicit, quòd sic. per nota. in capitu. mandamus. de offi. archi. & in cap. cum uenerabilis. de censi. & hoc dicit indubitatum in non exemptis. Idem tamen putat in exemptis, cum hæc litera huic dicto non con- 8 tradicat. & hoc nota. ¶ † Peccant prælati non uisitantes monasteria monialium singulis annis, cum eis hoc præcipiatur hic per uerbum [*Debeant*] quod importat necessitatem, licet aliquando sapiat honestatem, sed illud est speciale. & sic intellgitur. c. 1. de despon. impu. Ex hoc singulariter no. istam glo. quæ quotidie solet allegari, quòd uerbum, debet, ex proprio significatu importat necessitatem. & idem Barto. in l. creditores. C. de pign. ubi 9 plenius per eum. ¶ † Capitula, super quibus inquirunt uisitatores monasteriorum, formauit Guli. in Specu. de inquisi. §. nunc tractemus. uer. licet autem. ad quem re- 10 mittit hic glo. in uerbo [*Impendant*] ubi uide. ¶ Quod appellatione monialium includitur abbatissa gloss. hic in uerbo [*Moniales*] alleg. cap. fin. de simo. ubi appellatione monachorum includitur Abbas. sed dic, ut ibi plenius 11 notatur. † An moniales possint nutrire comam, an uero teneantur sibi crines præcidere, uide hic bonam gloss. in uerbo [*Et cornutis*] quæ primo per copulam text. arguit quòd sic. quia text. prohibet comas cornutas; secus ergo si non sunt cornutæ. & hanc opinio. tenuit Lau. 20. quæstio. 4. capi. 2. quia clericis & non monialibus prohibentur comæ. glossator dicit, quòd apud nos moniales communiter tondentur. & hoc putat plus monialibus expedire, ut deformato capite deo uiuant potius, quàm crines poliendo humani generis hosti deseruiant; & hoc mihi plus placet. argumen. rationis text. cap. duo sunt ge- 12 nera. 12. quæstio. 1. & uide quod dixi in c. clerici. de uita & honesta. clerico. ¶ † Moniales etiam exemptæ, quæ uisitantur per ordinarium auctoritate huius consti. tenentur ad procurationem, licet in tex. hic non dicatur, uenit 13 enim procuratio tanquam annexa uisitationi. uide hic bonam gl. in uerbo [*Alia.*] ¶ † Ordinarij possunt coercere moniales etiam exemptas non solum ut desinant ab his, quæ exprimuntur hic, sed etiam a similibus, argu. c. translato. de constitu. Ex quo nota, quòd constitutio noua prouidens in certis casibus, extenditur ad casus similes. facit optime quod not. gloss. in l. 1. C. de conditio. indebi. & tex. in capit. cum dilecta. de confirmatio. utili. 14 ¶ † Non omnes abbatissæ necessariò benedictæ sunt, sed illę duntaxat, quæ præficiuntur monasteriis, in quibus abbatissæ benedici solitæ sunt. Si autem aliquæ fuerint benedictæ, aliquæ non; tunc si de more seruato per quadraginta annos patere posset, ille seruandus est, licet prius uel postea seruatum sit contrarium. arg. de præb. c. cum de beneficio. li. 6. uide tex. iuncta glo. in l. aliud. §. temporalis. ff. de regu. iur. & quod not. Ioan. And. in capit. fi. de con- 15 sue. † Consuetudo enim iam firmata debito tempore non uariatur, licet postea, uel prius contrarium sit seruatum, nisi tanto tempore postea contrarium fuerit seruatum, quòd legitime sit inducta contraria consuetudo, ut ibi notatur. & hoc notanter uoluit gl. hic, ubi autem negatiua uel affirmatiua tanti temporis probari non potest, cessat pœna hic apposita super benedictione percipienda, quasi ex uaria obseruatione uideatur illud uoluntarium. hoc notabiliter uult glo. in uerbo [*Solitæ.*] Et ex hoc ultimo nota, quòd uaria obseruantia alicuius actus non ligat ad obseruantiam, ex quo non est inducta consuetudo 16 per spacium legitimi temporis. ¶ † Benedictio abbatissæ est simplex, non autem est mista inter simplicem & ordinatoriam, sicut benedictio abbatis; quod patet ex eo, quia abbas benedictus monachos benedicit. de supplenda negligen. prælato. cap. 1. & confert minores ordines. de æta. & qualita. cap. cum contingit. & 59. distinctio. cap. 1. quæ abbatissa ex fragilitate sexus non facit. 17 de pœ. & remis. c. noua. cum sim. ¶ † Et sic minus habet benedictio abbatissæ, quàm abbatis. Ex hoc infertur, quòd licèt benedictio abbatis, a quo pendet ordinandi potestas, his diebus dari debeat, quibus dandus est ordo, secundum Hostien. qui dicit hoc tutius in capit. cum contingat. de ætate & qualita. de benedictione tamen abbatissæ, a qua prædicta potestas non dependet, non uidetur dubium, quin quolibet die dari possit; & satis est illi, uel suis dependentijs certum tempus non esse præfixum. hæc notabiliter uoluit hic gloss. in uerbo [*Benedici*] & de hac benedictione abbatis, uide quod notatur in dicto capitu. cum contingat. & in capitu. tuam. nam aliqui uoluerunt eam esse omnino simplicem, sed ex priuilegio competit abbati benedicto, ut possit minores ordines conferre, non autem ex ui benedictionis. communiter tamen tenetur, quod hic notatur in gloss. & forte propter prædicta, quia benedictio abbatissæ est simplex. Non necessitatur quælibet abbatissa ad eam suscipiendam, sed si consuetudo monasterii duntaxat 18 hoc habet. † An autem ista benedictio sit iterabilis, uide hic in gloss. præallega. quæ sentit, quòd iterari non debet, ad instar benedictionis nuptiarum & cætera. 19 ¶ † Corrupta non potest eligi in abbatissam; si tamen promoueretur per habentem potestatem, puta per papam, non debet benedici. ut in c. iuuenculas. 20. quæst. 1. hoc no. gloss. hic in uerbo [*Rationabilis.*] Et pro hoc quod dixi de papa, uide quod in simili no. glo. in clem. 1. de ele- 20 ctio. ¶ † An abbas non faciens se benedici infra annum cadat a iure suo, sicut de abbatissa cauetur hic? Solut. glo. hic in uerbo [*Cecidisse*] notabiliter dicit, quòd non; quia hoc non exprimitur in eis, sed solum in abbatissis. licet enim masculinum comprehendat fœmininum, non tamen econtra. ut l. si ita scriptum. ff. de lega. secundo. hæc gloss. præallega. quam nota singulariter, quia facit ad multa. Et primò nota eam, quo ad principale di- 21 ctum. † Secundò, quòd dispositum in abbatibus & monachis habet locum in abbatissis & monialibus in his, quæ eis congruere possunt, secus econtra. uide tamen quod nota. in l. secunda. seu finali. C. de indic. uidu. to. 22 ¶ † Quod ista uerba, sit quis contentus tali commitiua seu tali re & cæte. intelliguntur negatiuæ, ut ultra non habeat, & hoc innuit uerbum, contentus. ita nota gloss. in 23 uerbo [*Duobus*] quam nota. ¶ † Quòd tam ecclesia cathedralis, quàm alia inferior suæ diœcesis potest dici ipsius episcopi, uide hic text. iuncta glo. in uerbo [*Suæ*] quam 24 nota. ¶ † Licet in ista clem. præfigatur episcopo seu ordinario

ordinario certus numerus personarum in uisitatione monialium, non tamen per hoc intelligitur restrictus numerus procurandorum statutus, in capitu. cum apostolus, de censi. litera autem ista debet intelligi de numero intromittendorum in capitu. tempore uisitationis, hoc uo 15 luit notanter hic gloss. in uerbo [*Contentos*] ¶ † Non est locus pœnæ excommunicationis hic positæ contra impedientes uolentes uisitare monasteria monialium, nisi præcedat monitio, ut desistant ab illato impedimento, hoc uoluit gloss. in uerbo [*Impedire*] quæ etiam quærit an requiratur monitio specialis, an uero sufficiat generalis, & non firmat.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ordines Beati Francisci tres sunt.*
2 *Primus ordo Beati francisci est masculorum, qui omnia religionis substantialia profitentur.*
3 *Secundus ordo Beati Francisci est monialium sanctæ claræ, quæ licèt omnia profiteantur, habent tamen proprium in communi.*
4 *Tertius ordo Beati Francisci est masculis & fœminis communis, promittentibus tantum obedientiam, & non regulam, sed quandam modum uiuendi habere dicuntur.*
5 *Religionis tria substantialia non profitentes, non propriè regulares, nec quę strictè religiosi dicuntur.*
6 *Prædicare non licet fœminis, nec laicis maribus, nec clericus non curatis, uel priuilegiatis.*
7 *Prædicare an possint fœminæ, & laici masculi ex commissione habentium curam.*
8 *Humilitas, quid sit, unde dicatur, & de tribus eius gradibus.*

CAPITVLVM I.

1 Cum de quibus. Tres sunt ordines Beati Francisci. 2 † Primus masculorum, qui profitentur omnia substantialia religionis cuiuslibet, & iste est strictissimus, de quo in cle. exiui, de uerborum signifi. 3 † Secundus est sanctæ claræ sororũ, quæ etiam profitentur illa substantialia, sed differunt a primo, quia istæ habent proprium in communi, quod non habet primus ordo minorum. 4 † Tertius est ordo masculis & fœminis communis, in quo existentes promittunt obedientiam, & habent quamdam regulam non proprie quo ad tria substantialia, sed quendam modum uiuendi per sedem apostolicam approbatum. Et hoc uoluit glo. hic in uer. [*Obedientiam*] quæ solet quotidie allegari. Sed tu uide aliam pleniorem in cle. cum ex eo. infra de sent. excom. quæ inter cætera dicit, quòd iste tertius est pro uiuentibus in coniugio, tamen secundùm modum uiuendi eis datum abstinent certis diebus qualibet septimana 5 a toro. † Et not. ex prædictis, quòd non profitentes tria substantialia non dicuntur propriè habere regulam, sed quendam modum uiuendi, & per consequens non dicuntur propriè regulares, nec etiam propriè & strictè 6 religiosi, ut not. super Rubrica, de regula, & hoc tenementi. ¶ † Nedum fœminis & laicis maribus prædicare non licet, sed nec etiam clericis qui non sunt curati uel priuilegiati, arg. in capitu. cum ex iniuncto de hæreti. iuncta cle. dudum, de sepul. uide hic gloss. in uerbo [*Prædicent*] & quod not. gloss. in cle. 1. capitu. regula, ubi ali- 7 quid tetigi. † An autem laici masculi & fœminæ possint prędicare ex commissione habentiũ curam, uide quod 8 not. gloss. in capitu. adiicimus. 16. quæstione. 1. ¶ † Quid sit humilitas & unde dicatur & de tribus humilitatis gradibus uide hic bonam gloss. in uerbo [*Humilitatis.*]

SVMMARIVM.

1 *Occupatores & usurpatores rerum ecclesiarum, & hospitalium possunt super illorum repetione conueniri coram ecclesiastico, & qua actione.*
2 *Hospitalium rectores ultra uictum & uestitum non possunt redditus & fructus in usus suos conuertere.*
3 *Papa solus quomodo & quando possit alterare usum eorum, quæ per fideles locis ecclesiasticis & religiosis donata sunt.*
4 *Hospitalia religiosa ad alium, quàm ad ordinarium pertinere non possunt, nisi fundator de consensu ipsius ordinarii hoc statuerit, uel consuetudine legitimè præscripta fueris inductum, & nu. 5*
6 *Consuetudo ut inducatur contra ius alterius, requiritur titulus, quæ tamen potius præscriptio est.*
7 *Episcopi licet possint aliqua iura remittere ecclesiis uel hospitalibus, uisitationem tamen & correctionem à se abdicare nequeunt.*
8 *Hospitali præsidentis negligentiã episcopus supplere potest, & quibus mediis de tali negligentia constet.*
9 *Iniungo, & oportet, ista uerba sapiunt præceptum.*
10 *Hospitalibus præfici possunt, non tamen in titulum, nedum clerici seculares, sed etiam laici filios uel uxores habentes, nisi sint suspecti de dilapidatione.*
11 *Hospitalium rectores quales esse debeant, alias eorum electio est ipso iure nulla nu. 12*
13 *Hospitalibus religiosi præfici non possunt, & quare.*
14 *Hospitalibus monasterio subiectis qui præfici debeant.*
15 *Hospitalia ut clericis secularibus in titulum conferantur, consuetudo non ualet, nisi in duobus casibus.*
16 *Hospitalia rectoribus an in perpetuum, an quamdiu placuerit, committi possint.*
17 *Rectores hospitalium ad instar tutorum & curatorum quæ præstare teneantur.*
18 *Tutores & curatores qualia iuramenta præstent.*
20 *Inuentarium non solum de rebus mobilibus, sed etiam immobilibus debet confici.*
21 *Rectores hospitalium an teneantur reddere rationem etiam non petitam.*
22 *Promisio facta clericis de hospitalibus in beneficium est ipso iure nulla.*
23 *Hospitalia militarium ordinum & aliorum religiosorum a quibus sint exempta, & a quibus non.*
24 *Consuetudine in hospitalibus si qua introducta fuerint, seruari debent, & ea cessante redigimur sub parochia, in qua sita sunt.*
25 *Hospitale ut sit religiosum & perpetuum, altareque & cœmeterium habeat, requiritur auctoritas episcopi*
26 *Hospitale sine auctoritate episcopi ædificatum, religionum non est, imo potest erectorem quandocunque pœnitere.*

CAPITVLVM II.

1 Quia contingit. † Occupatores & usurpatores bonorum ecclesiarum seu hospitalium possunt super illorum repetitione coram iudice ecclesiastico conueniri, hoc uoluit glos. hic super uerbo [*Excutere*] allegat. capitu. cum sit generale, de fo. compe. & uide tu latius de materia, & qua actione sit agendum coram iudice ecclesiastico, cum laici sint rei, & in capitu. si cleri- 2 cus laicum, de fo. compe. & in d. capitu. cum sit. † Hospitalium rectores non possunt ultra uictum & uestitum fructus & redditus conuertere in usus proprios, etiam si fructus sint a solo separati, uide hic tex. iuncta gloss. 3 in uer. [*Vsus suos*]. † Solus papa potest alterare usum eorum, quę per fideles locis ecclesiasticis & religiosis donata sunt, tex. est hic ualde notabilis qui quotidie allegatur iuncta gloss. in uerbo [*Non ad alium.*] quod intellige, si ad alium usum illa bona conuerti possunt, si autem conuerti nequeunt, uide quod leg. & not. in capitu. nos, de testa. & hic per doct. & per Io. de Ligna. post Bar. super cle. exiui de paradiso. ¶ † Hospitalia religiosa perti- 4 nere ad alium quàm ad ordinarium non possunt, licèt fundator aliud statuerit in fundatione, sed oportet, quod hoc statuatur per ordinarium de consensu patroni, & idẽ dic de aliis oneribus hospitali annectendis: hoc aperte sentit gloss. hic in uerbo [*Apposito*] alleg. bonum tex. in capitu. cum dilectus, de consuetu. & alia allega. in ea, & 5 uide quod in illis iuribus nota. ¶ † Hospitalia pos-

sunt pertinere ad alium, quàm ad ordinarium loci, ex consuetudine legitimè præscripta, si fuit obseruata spacio.40.annorum cum titulo, nisi sit tanti temporis de cuius initio &c. uide hic gloss. in uerbo [*Legitimè*] Et ex ea. not. quòd ad consuetudinem inducendam contra ius requiritur titulus: sed tu dic melius, quòd hic non loquitur text. de consuetudine propriè sumpta, sed impropriè, quæ potius est præscriptio, cum per eam detrahatur iuri ordinarii, & applicetur speciali personæ, simile in capitu. non est, de consuetu. lib.6. iuncta gloss. & ui-
7 de omnino quod ibi de hoc notatur per Ioan.An. ¶ † Licet episcopi possint aliqua temporalia iura remittere uel conferre ecclesiis uel hospitalibus, uisitationem tamen & correctionem a se abdicare non possunt, uide hic gloss. in uerbo [*Sedis apostolicæ*] & dic, ut plenè legitur, & notatur in capitu. cum uenerabilis, de censi. ubi
8 per Ioan.An. sed not. gloss. respectu hospitalium. ¶ † Ordinarius loci supplet negligentiam præsidentis hospitali etiam exempto, & constare potest de negligentia ex facto notorio, de censi. capitu. romana. §. notoria, uel per assignationem termini ad hoc præfixi, & elapsi. facit quod in simili not. in capitu. ex parte asten. de concess. præben. hoc notat gloss. hic in uerbo [*Negligentia*] iun-
9 cto text. † Verbum, iniungo, sapit præceptum, uide gloss. hic in uerbo [*Iniungimus*] Idem dic de uerbo oportet, ut in l.2.C. de iureiur. & per Barto. in l. admonendi, ff. eod.
10 titul. ¶ † Hospitalibus præfici possunt, non tamen in titulum, clerici seculares, ut innuitur satis in tex. in uerbo [*Vt autem præmissa*] in prin. ipsius. §. ad idem. 8. quæstio.2 capitu. quidam. laicis etiam eorum administratio deputari poterit, licet rector habeat curam pauperum, & familiæ hospitalis extra potestatem clauium. d. caditu. quidam. Et in prima editione huius concilii fuerat prohibitum, ne laicis habentibus filios, uel uxores, ex quibus possent uerisimiliter filios procreare, talia loca conferrentur, quod postea fuit sublatum, ut notanter dicit gloss. hic, in uerbo [*Secularibus*] in fin. Ex quo infertur, quòd etiam talibus laicis hospitalia conferri possunt, quod credo uerum, nisi sit uerisimile, quòd per filios uel uxores bona hospitalium dilapidarentur. ar. in ca-
11 pitu. de syracusa. 28. distin. ¶ † Nota tamen hic singulariter text. in uerbo [*Sed eorum*] quales debent esse rectores hospitalium, debent enim esse uiri prouidi, idonei, & boni testimonii, qui sciant, uelint, & ualeant loca ipsa, bona eorum, ac eorum iura, utiliter regere, & eorum prouentus & redditus in personarum usum miserabilium fideliter dispensare, & quod in usus alios bona prædicta conuertere præsumptio uerisimiliter non existat. & no. singulariter hæc ultima uerba, probatur enim quod supra dixi, quòd talibus suspectis non debent talia hospitalia conferri, quod expressius tenet hic gloss.
12 in uerbo [*Iuramenta*] in fin. † Et aduerte ad aliud singulare, quòd si non de talibus personis fuerit facta prouisio, est ipso iure nulla, ut hic in dicto uerbo [*Vt autem*] in fin. iuncta gloss. nt in uerbo [*Attentatum*] Religiosi autem talibus hospitalibus præfici non possunt, nisi habeant curam animarum, quæ consistit in potestate clauium, quia religiosus non potest extra monasterium, intitulari, nisi propter curam de regul. c. super eo. & hic
14 not. gloss. præallega. quam tene menti. ¶ † Quid autem si hospitalia talia sint monasterio subiecta, uide per Fede. in consiliis suis, & tetigi in capitu. quòd Dei timorem, seu. in capitu. cum ad monasterium, de statu. regu.
15 † Non ualet consuetudo ut hospitalia conferantur clericis secularibus in titulum, tex. singularis est hic in uerbo [*Vt autem præmissa*] iuncta gloss. in uerbo [*Reprobamus*] in duobus tamen casibus contentis in d. uersic. [*Vt autem*] possunt in titulum conferri. Primus est, cum in illorum fundatione fuit hoc statutum. Secundus cum per electionem, prouidetur hospitali de rectore, tunc tamen electio est per superiorem confirmanda, ut no-
16 tat gloss. hic in uerbo [*Electionem*] ¶ † Quomodo autem dicatur in titulum conferri, uide gloss. hic in uerbo [*Committatur*] ¶ An ista hospitalia committantur rectoribus in perpetuum, idest ad uitam ipsorum rectorum, an uero ad tempus, scilicet quamdiu placuerit committenti, uide hic bonam gloss. in uerbo [*Committatur*] quæ ponit opiniones. nam quidam ut Inno. quòd ad tempus ad instar tutorum, & curatorum, & ideo prohibetur hic ne conferantur in beneficium, quia beneficia de sui natura sunt perpetua. 55. dist. c. præcepta. Glossator dicit, quòd hanc lecturam non recepit consuetudo, & quod hodie, sicut olim, instituuntur perpetui rectores in talibus locis, uide hic per Ioan. de Ligna. qui dicit, quòd ex causis leuibus possunt tales remoueri, & latius per eum hic.
17 Rectores hospitalium ad instar tutorum & curatorum iuramentum præstare, & de locorum ipsorum bonis inuentaria conficere, & his quibus subsunt, loca huiusmodi, uel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua tenentur reddere rationem. ut est text. hic no-
18 tabilis in uersic. [*Vt autem*] in fin. ¶ † Qualia autem iuramenta præstant tutores & curatores, uide hic in uerbo
19 [*Tutorum*] ¶ † An rectores hospitalium teneantur satisdare, uide per gloss. hic in uerbo [*Iuramentum*] quæ concludit, quòd non ad instar tutorum, qui ex inquisitione dantur. Et si tales essent suspecti, non debent eis hospi-
20 talia conferri, ut hic in tex. & gloss. præallega. ¶ † Non solum de bonis mobilibus, sed etiam immobilibus, debet inuentarium confici, uide in Specu. de instru. edi. §. fin. ad quem gloss. hic se remittit in uerbo [*Inuentaria*]
21 ¶ † An isti rectores hospitalium teneantur reddere rationem etiam non petitam, uide hic bonam gloss. in uerbo [*Annis singulis*] quæ concludit, satis esse, quòd requisiti rationem reddant, quam gloss. bene not. iuncto text. ad similes quæstiones, cum quis arctatur per statutum reddere annis singulis rationem. Et aduerte, quia hanc rationem non tenentur reddere orphanis seu pauperibus, sed ordinariis quibus subsunt, ut in text. & in
22 gloss. in uerbo [*Reddere*] ¶ † Prouisio facta clericis secularibus de hospitalibus in beneficium duobus casibus hic exceptis est ipso iure nulla. Idem si fit non in beneficium personis non habeutibus qualitates hic in text. contentas quas supra retuli, ad hoc uide tex. hic in uersic. [*Vt autem*] iuncta gloss. in uerbo [*Attentatorum*] hæc not. ¶ Quod hic cauetur de suppletione ordinarium, &
23 quòd hospitalia non conferantur in titulum, de iuramento præstando rectoribus, & ratione reddenda, & inuentario conficiendo, locum non habet in hospitalibus militarium ordinum, & aliorum religiosorum, debet tamen in eis obseruari, quod hic dicitur in §. præ-
24 missa, uide hic gloss. in uerbo [*Præmissa*] ¶ † Hospitalia, quæ consueuerunt ab antiquo habere alterare uel altaria, & cœmeterium, uel presbyteros celebrantes, & sacramenta ecclesiastica pauperibus ministrantes, defendi debent, & conseruari in illa antiqua consuetudine, cessante autem antiqua consuetudine, tunc hospitalia, & ipsorum familiæ, & pauperes inibi degentes, sunt de parochia ecclesiæ, in qua sita sunt, ita quòd parochiales rectores de iure communi ministrabunt sacramenta, uide hic text. not. in fin. iuncta gloss. in uerbo [*Paro-*
25 *chiales*] ¶ † An hospitale possit erigi & ædificari sine auctoritate episcopi, uide hic bonam gloss. in uerbo [*Altare*] quæ concludit, quòd ad hic ut sit religiosum & perpetuum, requiritur auctoritas episcopi, præsertim ut habeat altare uel altaria, & cœmeterium, & aliquod ius parochiale. Si enim intercessit episcopi auctoritas, tunc cum sit religiosum, ut in c. ad hæc, & in c. quia, de reli. do. poterit concedi per episcopum altare, cœmeterium, & ius parochiale, ar. in c.2. supra de præb. in cle. de iure autem communi ista non competunt hospitali.
26 † Si autem non intercessit auctoritas episcopi, tunc non est religiosum nec perpetuum, sed est in libera facultate

facultate ædificantis, poteſt enim quilibet domum ſuam uel partem domus ad hoſpitalitatem pauperum diſponere, & pœnitere quandocunque, & uide de hoc notabiliter per Inn. in c. inter dilectos de dona. & facit. c. unicuique fidelium, de conſe. diſt. 1.

DE IVRE PATRONA. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Diœceſanorum appellatione licet regulariter in materia noua non ueniant inferiores prælati, limita tamen dupliciter ut per Abb.*
2 *Præſentandi ius habentes ut præſentato congruam fructuum portionem aſſignent iuxta diſpoſitionem huius cle. in quibus præſentantibus habeat locum, & in quibus non.*
3 *Electionis alicuius actus perditio poteſt dici pœna.*
4 *Clauſula, Conſcientiam tuam oneramus, licet operetur, ut de iuſtitia uel iniuſtitia commiſſæ cauſæ quæſtio referri non poſſit, nec commiſſarius appellationi deferre teneatur, ſuperior tamen, ad quem emendabit male factum.*

CAPITVLVM I.

1 VT conſtitutio. Appellatione diœceſanorum in materia noua non ueniunt inferioris prælati, licet habeát ordinariam, uide hic gl. in uer. [*Diœceſanis*] quæ quotidie ſolet allega. ſimilis gloſſ. eſt in cle. 1. de ui. & ho. cle. ſed tu limita omnino, ut dixi in clem. 1. de ſo. compe. & ſi aliquid per legem uiuam, aut mortuam, ſub certa forma ſiue clauſula decreti irritantis mandatur alias habenti poteſtatem, transgreſsio præcepti non uitiat actum, ſecus ſi ſit nō habenti poteſtatem, ſed ex nouo mandato illam recipit, ita ſingulariter uoluit hic gloſſ. in uerbo [*Inhibentes*] ¶ Et primum diſtinctionis membrum probatur in capitu. dilectus. 2. de preben. & capitu. ſi ſoli, de conceſ. præben. lib. 6. ¶ Secundum probatur in d. capitu. ſi ſoli. & capitu. cum dilecta, de reſcri. & capitu. uenerabili, de offi. delega. hoc uerum, niſi prohibitio habeat perpetuam prohibitionis cauſam, ut in l. non dubium, C de legi. & 10. diſtin. capitu. uides, & hoc uoluit præallega. gloſſ. in fin. ſui, quam not. multum, & de hoc ultimo uide quod not. glo. in capit. tua, de ſpon.
2 duo. ¶ † Diſpoſitio cle. iſtius locum non habet in quibus libet religioſis & clericis habentibus ius præſentandi duntaxat, quia rector non partem, ſed omnes prouentus haberet, ſed locum obtinet in habentibus præſentationem una cum domino temporalium, ut in §. ſane, ſicut
3 innuitur, & hic uoluit gl. in uerbo [*Ius præſentandi*] ¶ † Perditio electionis alicuius actus poteſt dici pœna illi, qui talem optionem perdit, hoc innuit iſte tex. iuncta gloſſ. in uerbo [*In pœnam*] & hoc not. habes enim unum modum, per quem diſpoſitio poteſt dici pœnalis. Item dic in reiteratione actus in odium agentis inducta, ut eſt tex. iuncta gloſſ. in capitu. cognoſcentes, de conſtitu. &
4 in capitu. decet, de immunita. eccle. lib. 6. ¶ † Vbicunque ſuper aliquo actu oneratur per ſuperiorem conſcientia commiſſarii, non poteſt de iuſtitia uel iniuſtitia actus referri ſibi quæſtio; & ſi appellaretur, non tenetur commiſſarius appellationi deferre, ut eſt gloſſ. notabilis in uerbo [*Oneramus*] & idem not. gloſſ. in capitu. ſtatutum. §. aſſeſſorem, de reſcrip. lib. 6. unum tamen ſingulariter addit gloſſ. hic, quòd licet appellatio iſto caſu non deferat, ſeu deuoluat cauſam ad ſuperiorem, nec ſuſpendat poteſtatem commiſſarii, ex quo ſuæ conſcientiæ relictum eſt, ſuperior tamen, ad quem eſt appellatum, emendabitur, quod male factum eſt. ar. capitu. paſtoralis, de electio. & ſic appellatio non eſt omnino fruſtratoria hoc caſu, & habes modum ſingularem impugnandi proceſſum iniuſtum illius, cuius conſcientię negocium commiſſum fuit. Et neſcio alibi iſtam glo.

SVMMARIVM.

1 *Patronus ita efficitur is, qui aliquid poſuit ad dotem eccleſiæ, ſicut qui plus contulit.*
2 *Patroni unius uocem unam habentis hæres uocem unam habebit, & duorum hæres duas, & ſic de ſimilibus.*
3 *Patronus an habeat præſentare clericum, ſicut præſentare rectorem.*
4 *Patroni plures poſſunt inter ſe conuenire de præſentando rectorem alternis uicibus.*
4 *Liberè, hæc dictio excludit alterius conſenſum, & ſiue uacet eccleſia, ſiue non.*
6 *Patroni plurium eccleſiarum poſſunt inter ſe iura illa diuidere, ut ſcilicet unus ſit patronus in una, alius in alia, ſecus in patronatu libertorum, & quare.*
7 *Epiſcopi conſenſus non requiritur in permutatione iuriſpatronatus, licet ſecus ſit in donatione ſienda in ſeculari perſona.*
8 *Patronus poteſt præſentare nedum plures ſucceſſiuè, ſed etiam ſimul, optio tamen eligendi epiſcopi eſt.*
9 *Patronus plures præſentando non poteſt magis pro uno inſtare, quam pro alio, ſecus tamen ſi ratione eccleſiæ præſentare.*
10 *Patronus plures poteſt præſentare alternatiue, licèt electio alternatiuè fieri non poſſit.*
11 *Plures, iſta dictio licèt ad minus comprehendat duos, poteſt tamen quoſcunque comprehendere, in quibus ſit eadem ratio.*

CAPITVLVM II.

1 PLures. † Is, qui ad dotem eccleſię aliquid poſuit, ita patronus effici uidetur, ſicut ille, qui plus contulit, ita dicit gloſſ. magna hic, & principaliter poſuit gloſſ. notabilis. 63. diſt. capitu. 1. puto tamen, quòd pinguior ſit uox illius, qui plus contulit, ſicut in ſimili dicit gloſſ. in pluribus hæredibus unius patroni ex inæqualibus partibus, ut pinguior ſit illius uox, qui
2 plus habet in hæreditatem, quod not. ¶ † Hæres unius patroni habens unam uocem habebit unam uocem, ſi autem eſt hæres duorum habentium duas uoces, habebit pariter duas uoces, & ſic de ſimilibus, uide hic per glo.
3 magnam iuncto tex. ¶ † An patronatus habeat præſentare clericum, ſicut præſentat rectorem, uide hic gloſſ. in uerbo [*Rectoris*] quæ ſentit, quod ſic, licèt dicat de hoc eſſe
4 opiniones in c. poſtulaſti, eo. ti. ubi uide. † Plures patroni poſſunt inter ſe liberè conuenire de præſentando rectorem alternis uicibus, ut eſt hic tex. ſingularis. ¶ † Et
5 per hoc uerbum liberè, poſitum in textu arguit hic glo. notabilis in uerbo [*Libere*] quòd hic fieri poterit ſine ſuperioris auctoritate. Item ſiue uacat eccleſia tempore conuentionis, ſiue non. Et hæc nota pro intellectu huius uerbi, liberè, ut excludat alterius cōſenſum & ſolennitates. idē not. in c. licèt epiſcopus, de præb. li. 6. & in c.
6 de multa, eo. ti. ¶ † Patroni pluriū eccleſiarū inter ſe poſſunt illa iura diuidere, ut ſ. unus ſit patronus in una, alius in alia, licet ſecus ſit in patronatu libertorum; talis enim patronatus inter patronos diuidi non poteſt, licet alimentorum preſtationes diuidere poſſint, ff. fami. hercif. l. quidam, & ff. de adimen. leg. l. 3. Et hoc ideo, quia fortius eſt iuſpatronatus libertorum, quàm eccleſiarum Vnde illud non alienatur, iſtud ſic; illud tranſit in ſuos etiam nō hæredes, ff. de iu. pa. l. filii, iſtud non, hæc notanter uoluit hic gloſſ. præallega. in uerbo [*Libere*] & uide quod notatur de prædictis in capitu. 1. & capitu. cum ſecundum, de iure patro. Et pro priori dicto facit, quia ſicut permutatur patronatus cum patronatu, ut not. in dicto. c. cùm ſecundum, ita pars patronatus unius eccleſiæ cum parte quam habet compatronus in alia, ut quod iuris eſt de toto &c. & hoc uoluit præallega. gloſſ. in fine quam nota. Et pro his omnibus facit iſte tex. in ſecun-
7 da parte. ¶ † Et aduerte, quia in permutatione non requiritur conſenſus epiſcopi, licet ſecus ſit in donatione fienda in ſeculari perſona, & pro hoc capitu. primo. eo. tit. lib. 6. & uide hic bonam gloſſ. in uerbo [*Relicti*] quam nota, & ſatis facit iſte tex. in argumentum in ſecunda
8 parte iuncta gloſſ. in uerbo [*Libere*] ¶ † Patronus poteſt hodie præſentare nedum plures ſucceſsiuè, ſed etiam ſimul, optio tamen eligendi unum ex illis datur epiſcopo
9 † nec poteſt patronus magis inſtare pro uno, q̃ pro alio

uide tex. singularem, iuncta glo. in uer. [*Præsentare*,] & hoc intellige in patrono laico, uel in clerico præsentan te iure patrimonii, secus si præsentatur ratione ecclesiæ, tunc enim non admittitur in eo talis uariatio, uide hic gloss. præallega. in fin. iuncto text. in c. cum autem. 10 eod. titu. ¶ † Potest patronus plures præsentare alternatiue licet electio alternatiue fieri non possit, ut in c. 2. de electio. lib. 6. uide gloss. hic in uerbo [*Præsentare*.] ¶ † Dictio, plures, licet ad minus comprehendat duos, ut in regula pluralis, de iu. lib. 6. potest tamen comprehendere quotcunque, in quibus sit eadem ratio, ut notanter hic dicit gloss. in uerbo [*Plures*] tam in principio. c. quàm in fine, de dictione, plurium, uide bonum tex. in c. christianos. 34. distin. comprehendit enim ex proprio significatu ultra duos &c. dic ut ibi.

DE CENSI. PROCVRA. ET EXA. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio noua loquens de religiosis non uenditat sibi locum in aliis, licèt eadem sit ratio.*
2 *Episcopalibus iuribus qui est obnoxius, tenetur etiam ad procurationem.*
3 *Concilium Viennen. in quo fuerunt editæ plures clementinæ, non durauit nisi per sex menses.*
4 *Priuilegium ecclesiis concessum potest papa tollere, seu decurtare.*

CAPITVLVM I.

1 Cum sit. † Constitutio noua loquens de religiosis non uendicat sibi locum in aliis, supple licet sit eadem ratio quia aliàs non foret dubium, uide hic gloss. in uerbo [*Religiosis*] quam nota. sed uide tu gloss. 2 & quod ibi dixi in cle. 1. de rescrip. ¶ † Qui ex parte tenetur ad iura episcopalia, tenetur etiam ad procurationem, uide hic tex. in ar. iuncta gloss. in uerbo [*Episcopalia*] sed uide tex. in c. conquerente, de offi. ordi. ¶ † Nota, quod 3 concilium Vienenn. in quo fuerunt editę plurimæ ex istis clementinis, non durauit nisi per sex menses, & parum ultra, uide hic gloss. in uerbo [*In posterum*.] ¶ Potest papa priuilegium ecclesiis concessum tollere seu decurtare, ut hic in fin. iuncta gloss. fin. uide tamen, quod legitur & no. in c. nulli, de sen. excom.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio sicut per compositionem tolli non potest, ita nec procuratio.*
2 *Compositio facta super modo pcurandi, uel modo porcurandorũ, ualet.*
3 *Pastoris boni est tondere pecus, non declutire.*
4 *Fragmentorum appellatione quæ ueniant.*
5 *Prælatus procurationem ex debito recipiens an possit pauperibus erogare fragmenta, quæ tam in mensa sua, quam familiarium suorum colliguntur.*

CAPITVLVM II.

1 Ad nostrum. † Non ualet compositio, per quam tollitur procuratio debita uisitanti; sicut enim uisitatio per compositionem tolli non potest, ita nec ipsa procuratio uisitationi annexa. ar. in c. cum 2 ex officii, de præscrip. † Sed compositio facta super modo procurandi uel numero procurandorum bene ualet, & hoc modo potest intelligi tex. iste, hoc uoluit glos. no 3 tabilis hic super uerbo [*Compositiones*.] quam nota. ¶ † Boni pastoris est tondere pecus, non deglutire, hoc rescripsit quidam sapientissimus iberus suadentibus præsidibus prouincias onerari tributo, uide hic gloss. supradictam. In contrarium tamen facit text. iuncta gloss. in c. constitutionem, de regula, lib. 6. gloss. tamen in clemen. ne in agro, de statu reg. facit pro & contra ¶ Pro itallicorum prouerbio uide hic gloss. in uerbo [*Gratiose*] quæ dicit non respiciendum dentem equi donati, & facit quod in simili habetur in l. ad res donatas. ff. de ædil. 4 edic. ¶ † Appellatione fragmentorum non ueniunt ea, quæ integra remanserunt in mensa, dicuntur enim fragmenta a frango frangis, & sic comprehendit ea, quæ fracta sunt, uide hic bonam glo. in uerbo [*Fragmenta*.] ¶ Prælatus peocurationem recipiens ex debito, potest pauperibus erogare fragmenta, quæ tam in mensa propria, quàm familiarium suorum colliguntur. Si autem procurator gratiose, quia non declinat ad locum pro uisitationis officio exercendo, est dubium nunquid hoc idem possit, gloss. tamen sub dubio forte, uidetur tenere, quòd idẽ sit, quòd in præcedenti casu, quasi fragmenta ipsa uideantur esse largita, hoc uoluit gloss. notabilis hic super uerbo [*Fragmenta*.] Ex quo uidetur idem dicendum in priuatis familiariter & gratiosè receptis ex identitate rationis. Sed ego dubito tam in prælatis, quàm in priuatis; quia recipiens gratiosè ad prandium, uidetur uelle solum donare quod recepti consumere possunt per se, non autem omnia quę apponuntur ante eos, cum plura soleant causa honoris apponi, quam sint necessaria ad comestionem; unde durum uidetur, quòd inuitatus seu gratiosè receptus possit dare pauperibus fragmenta, quæ supersunt: cum uxor, quæ uidetur domina domus, non possit dare eleemosynam de rebus mariti inuito marito, ut not. hic in capitu. admonere. 33. quæstio. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iubeo, hoc uerbum est præceptiuum, & obligat ad peccatum.*
2 *Vectigalia etiam laici soluere non debent pro rebus, quas ad usum proprium deferunt, & in multis alys casibus.*
3 *Vectigalia soluere tenentur clerici pro rebus, quas deferri faciunt causa negociandi.*
4 *Publicanos inter, & deferentem rem ecclesiæ, si contentio oriatur super illis rebus, uel personis ecclesiasticis, quibus casibus iuramento deferentium sit standum.*
5 *Vectigalia recipientes a clericis sponte soluentibus non incidunt in pænas, de quibus hic.*
6 *Italia tota quare interdicta sit, & quare clerici in ea celebrantes sint irregulares.*
7 *Iudex non debet declarare quem incidisse in pænam constitutionis, illo prius non uocato.*
8 *Appellare quamuis a pæna legis non liceat, a sententia tamen declarantis quem incidisse, appellatur.*
9 *Citatus sub pæna ut compareat certa die, potest si non comparuit declarari contumax, & absque alià citatione afficitur pæna.*
10 *Contumax uerus qui dicatur.*
11 *Citatio facta non præsumitur, ex quo de ea in actis non apparet.*
12 *Notorium id dicitur, quod constat ex actis.*
13 *Publicanum superior declarare potest in pænam incidisse, etiam non conquerente eo, qui exactus soluit.*
14 *Restituere ubicunque quis aliquid tenetur, non sufficit cauere de restituendo.*

CAPITVLVM III.

1 Præsenti. † Verbum, iubeo, est præceptiuum, & obligat ex præcepto, uide gloss. hic in uerbo [*Iubemus*.] Et per consequens infertur, quòd prælati non obseruantes huius clementinę dispositionem, peccant mortaliter, ut in c. quod præcipitur. 14. quæstio. 1. iuncto ca- 2 pitu. 2. de maiori, & obedi. ¶ † Etiam laici soluere non debent uectigalia pro rebus quas ad usum proprium deferunt, ut l. uniuersi, C. de uectiga. & comi. & uide gloss. in uerbo [*Proprijs*] dic tamen, quòd in fauorem laicorum non sunt pœnæ hic adiectæ, & in capitu. quamquam, de censi. lib. 6. proditæ, sed in fauorem clericorum & ecclesiarum tantum, ut hic & in d. capitu. quamquam. Et multos alios casus, in quibus uectigalia non soluuntur, uide per not. in l. 4. ff. de publi. ad quam gloss. hic se remittit.

Ecclesia

3 ¶†Eccleſiæ & clerici tenentur ſoluere uectigalia pro rebus quas deferunt ſeu deferri faciunt cauſa negociandi, uidetur hic tex. a contrario, & in c. quamquam, de cenſi. lib. 6. & bona gloſſ. hic in uerbo [*Non negociandi*] uide tantum per Fed. de ſe. in opere conſiliorum ſuorum.
4 ¶†Si inter clericorum deferentem propria uel eccleſiæ, & leuatorem prædagii eſt contentio, ut quia iſte negat eum clericum, uel dicit res deferri negociationis cauſa, quia graue eſſet iudicem ſemper adire pro fide huius rei facienda, debet huius contentio committi iuramento deferentium uel ſuorum nunciorum, ſi qualitas perſonarum non diſſuadeat, uel niſi de contrario fides habetur in promptu, facit. capitu. fin. de iure iur. & quod not. cau. capitu. ulti. & quo ad perſonam uidetur ſufficere, ſi ſit in habitu & tonſura clericali, per decre. ſi iudex, de ſenten. excommu. lib. 6. hoc uult gloſſ. nota. hic in uerbo [*Non negociandi.*] Ex prædictis nota ſingulariter caſum, in quo ſtatur iuramento partis abſque alia pro-
5 batione, & hoc propter difficultatem probandi. ¶† Recipientes uectigalia à clericis ſponte ſoluentibus non incidunt in pœnas de quibus hic, in capitu. quamquam. eod. titul. lib. 6. per text. ibi, [*Exigunt, uel extorquent*] & hoc uoluit hic gloſſ. in uerbo [*Extorquent.*] Quod forſan tota Italia interdicta eſt, quia in ipſis ciuitatibus exiguntur uectigalia a clericis & eccleſiis contra diſpoſitionem iſtius cle. & d. capitu. quamquam, eod. titu. lib. 6. hoc uoluit gloſſ. hic in uerbo [*Interdicti*] quam ſingulariter not. Et per conſequens etiam infero, ꝙ omnes clerici palam celebrantes in dictis ciuitatibus ſic interdictis ſunt irregulares per capitu. is qui, de ſenten. excommu. libr. 6.
7 ¶†Non debet iudex quem declarare incidiſſe in pœnam conſtitutionis, illo prius non uocato, ut ſcilicet habeat facultatem ſe defendendi, ſi uellet negare ſe in pœnam incidiſſe, uide hic tex. iuncta gloſſ. in uerbo [*Conſtiterit*] & conſimilis gloſſ. eſt in cle. 2. de pœnis, in uer-
8 bo [*Conſtiterit*] † Et ſcias, quòd licet alias a pœna legis licitum non ſit appellare, ut in capitu. quia, de appella. tamen a ſententia iudicis declarāte quem incidiſſe in pœnam legis appellari poteſt, quia illa eſt ſententia hominis, & non legis, ut dicit gloſſ. notabilis, in c. cupientes. §. quòd ſi per 20. de electio. lib. 6. Et quòd requiratur declaratio, antequam fiat legis executio, eſt tex. notabilis, in capitu. cum ſecundum leges, de hæreti. lib. 6. & per Bart. in l. eius delatorem, ff. de iure fiſ. hæc puto uera niſi conſtare poſſit iudici ſaltem præſumptione legitima illum incidiſſe in pœnam, ut puta, quia citatus ſub pœna, ut compareat certa die, non comparuit, nam præſumitur contumax, & illico poterit iudex eo non comparente in termino declarare illum contumacem, & pœna contumaciæ efficere abſque alia citatione, licet ille poſſit ſe defendendo allegare cauſam probabilem quare comparere non potuit, hæc probantur in capitu. certum. 11. quæſtio. 3. & in capitu. 1. de iudi. & capitu. querelam, de procurato. & optime facit quod not. Bart. in l. ſi finita. §. iulianus, ff. de dam. infec. ubi dicit non ualuiſſe punitionem contumacis per iudicem factam, quia in actis non conſtabat illum fuiſſe citatum, cum nuncius
10 nondum feciſſet relationem † Nam dicitur contumax uerus, qui apprehenſus per citationem in termino præfixo non comparuit, ut not. in cle. unica, de dolo & con-
11 tu. in gloſſ. ubi plene dixi. Et ex quo in actis non apparet de comparitione, præſumitur non facta, iuxta ea, quæ leguntur & not. in capitu. quoniam contra, de pro
12 batio. † Et id, quod conſtat ex actis, dicitur notorium, ut in capitu. cum olim, de uerbo. ſigni. facit. l. pen. C. de ſent. quæ ſine certa. quant. facit ad prædicta, capitu. olim, de re iudi. cum ibi not. & quod not. Bart. in l. 1. ff. ſi cer
13 pet. & hæc not. † Etiam non conquerente eo, qui exactus ſoluit. uectigal, poteſt ſuperior uocato exactore procedere ad declarationem pœnarum hic contenta-
14 rum, uide gloſſ. hic in uerbo [*Conſtiterit.*] ¶ † Vbicunque quis tenetur aliquid reſtituere, non ſufficit cauere de reſtituendo, uide hic gloſſ. in uerbo [*Reſtituerit.*]

DE CELEBRATIONE MISSARVM. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non beneficiati in minoribus tantum conſtituti non obligantur ad horas canonicas.*
2 *Miſſa non eſt de ſeptem horis canonicis, quæ ex neceſsitate per clericos pſalli debent quolibet die.*
3 *Epiſcopus non peccat, non audiendo miſſam quolibet die, & quare.*
4 *Miſſa quamuis non ſit de horis canonicis, diſtributiones tamen pro miſſis conſtitui ſolent.*
9 *Temporum duorum cura habenda eſt ſecundum Pythagoram, mane, ſcilicet & ueſpere, eorum uidelicet quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſimus.*
6 *Chorum exeundi cauſæ rationabiles quæ ſint ante finem officii.*
7 *Miſſas layci audientes exire non debent ante finem & benedictionem ſacerdotis, diebus, ſcilicet dominicis & ſolennibus.*
8 *Chorea unde dicatur.*
9 *Vaſa, ueſtimenta, & cætera ornamenta ad diuinum cultum neceſſaria, debent eſſe pretioſa penſatis eccleſiarum facultatibus.*
10 *Diœceſani non ſe intromittunt de iuriſditione minorum prælatorum, niſi in caſu negligentiæ.*
11 *Canonicæ horæ pſalli, & pulſari debent debitis horis in eccleſiis Cathedralibus, & collegiatis; in alijs autem eccleſijs ſufficit, quod officia diuina debitè dicantur, licet non cantentur.*

CAPITVLVM I.

1 GRaui. ¶†Quod clerici non beneficiati non obligantur ad horas canonicas, ar. hic in uerbo [*Eccleſiarum miniſtri.*] & uide hic gloſſ. in uerbo [*Miniſtri*] quod intellige de conſtitutis in minoribus ordinibus, de quo plene, ſupra in capitu. 1. de celebra. miſſa-
2 rum. ¶†Miſſa non eſt de ſeptem horis canonicis, quæ ex neceſsitate per clericos pſalli ſeu dici debent quolibet die, ut in c. 1. cum ibi not. de cele. miſ. quod patet etiam ex eo, quia etiam epiſcopi de honeſtate inuitantur ad illas dicendas uel audiendas, de priui. capitu. fin. lib. 6. hoc ponit gloſſ. hic in uerbo [*Canonicas*] quam ſingulariter not. præſertim ad intellectum præallega. capitu. fin.
3 † ut de honeſtate, non autem de neceſsitate, teneatur epiſcopus quolibet die miſſam audire uel dicere, & per conſequens non peccat epiſcopus quolibet die miſſam non audiendo, ad hoc quod habetur. 4. diſtin. capitu. denique. §. hæc & ſi legibus, & per Inno: in capitu. primò, de ui. & hone. cle. niſi ex contemptu hoc faceret, ad hoc gloſſ. not. in c. quis autem 10. diſt. quæ dicit non ſeruantem legem ex conſilio loquentem, non peccare, niſi hoc facit ex contemptu, quod not. fortius ergo idem dicendum in prælatis inferioribus, ut non peccent miſſam
4 non audiendo quolibet die. † Et quamquam miſſa non ſit de horis canonicis, ſolēt tamen pro miſsis ut pro horis canonicis diſtributiones inſtitui. ut not. præallega.
5 gloſſ. hic allega. infra de religi. & ue. ſan. cle. 1. ¶†Secundum pythagoram duorum temporum cura habenda, eſt, ſcilicet mane & ueſpere, eorum quæ acturi ſumus & eorum quæ geſſimus, notat hic Gloſſ. præallega. in uerbo [*Canonicas*] in fin. De omni uerbo ocioſo reddituri ſumus in die iudicii rationem, uide hic gloſſ. in uerbo [*Vana.*] text. eſt not. Hiero. in capitu. pen. 22. quæſtio. ul-
6 ti. quem uide, quia etiam pulchra alia dicit. ¶† Rationabilis cauſa exeundi chorum ante finem officii eſt, ſi ſpiritus eſſet nimis fatigatus & recreationis cauſa. ¶Item ſi infirmitas, uel iuſta occupatio ſuperueniret, uide hic text. iuncta gloſſ. in uerbo [*Rationabili.*] quam not. iuncto text. & uide latius not. in capitu. dolentes, eod. titul.
7 ¶†Etiam layci miſſas audientes ante finem & benedictionem ſacerdotis exire non debent de conſecra. diſt.

prima

prima capitu. miſſas, not. hic gloſſ. in uerbo [*Exeundo*] quod intellige quando ex præcepto miſſa auditur, ut puta diebus dominicis uel ſolennibus, & ita loquitur. d. capitu. miſſas, cum ſequenti, alias ſecus, quia cum tunc omittendo non peccat, fortius idem dicendum, ſi exit ante finem, ut not. in capitu. quis. 10. diſt. Seneca ad lucillum epiſtola. 18. feſtiuis maxime diebus animo imperandum eſt, ut tunc a uoluptatibus ſolus abſtineat, cum in illis omnis turba procubuerit, uide hic gloſſ. in uerbo [*Vigiliis.*] 8 ¶ † Chorea dicitur a choro, quia chorizantes in ſuis ludicris cantilenis, & ſaltibus, quodammodo tenent chorum, uide hic gloſſ. in uerbo [*Choreas.*] 9 ¶ † Vaſa, ueſtimenta, & cætera ornamenta ad diuinum cultum neceſſaria non debent eſſe nimis uilis precii ſeu æſtimationis, ſed decentia penſatis eccleſiarum facultatibus, uide hic tex. in §. in multis, iuncta gloſſ. in uerbo [*In decentibus.*] 10 ¶ † De iuriſditione minorum prælatorum diœceſani non ſe intromittunt, niſi in caſu negligentiæ, & ſic non concurrunt cum illis, uide hic bonum text. in §. ne igitur iuncto gloſſ. not. in uerbo [*Innaleſcant.*] quam diligenter not. & uide quod not. in capitu. quanto, & capit. ut ab eccleſiarum, de offi. ord. 11 † In eccleſiis cathedralibus & collegiatis debent debitis horis pulſari & pſalli horæ canonicæ. In aliis autem eccleſiis non collegiatis debet conuenienter & debite celebrari officium diuinum diuturnum, pariter & nocturnum; quaſi dicere uelit, quòd in eccleſiis non eſt, opus quòd officium cantetur, ſed quòd debite aliàs dicatur, uide ad prædicta hic tex. in uerbo [*Ne igitur.*] iuncta glo. in uerbo [*In aliis.*]

S V M M A R I V M.

1. *Pontificum appellatione non ueniunt electi in epiſcopos & confirmati, niſi etiam ſint conſecrati, etiam in conceſſione priuilegiorum.*
2. *Religioſi domeſtici commēſales cardinalium & epiſcoporum licet ualeant ipſis Card. & epiſcopis in diuinis officiis ſe coaptare, non tamen in aliis contra eorum regulam.*
3. *Religioſus prælatus eccleſiæ ſeculari debet illam regere ſecundum officium clericale, non autem monachale.*
4. *Clericus domeſticus alicuius prælati non poteſt ſe in diuinis officiis coaptare, niſi cardinalibus & epiſcopis, quibus hoc ſimpliciter indultum eſt.*
5. *Priuilegium uni conceſſum non debet ad alias perſonas trahi.*

CAPITVLVM II.

1 DIgnum. ¶ † Appellatione pontificum non ueniunt electi in epiſcopos & cōfirmati, niſi etiam ſint cōſecrati etiam, in cōceſſione priuilegiorum. uide hic tex. iuncta gloſſ. not. in uerbo [*Pontificum*] contrarium uidetur ſentire gloſſ. not in cle. 1. de fo. compe. in uerbo [*Epiſcopis*] dic concordando, ut ibi dixi. 2 ¶ † Religioſi domeſtici commēſales Cardinalium, & epiſcoporum licet ualeāt ipſis cardinalibus & epiſcopis in diuinis officiis ſe coaptare, non tamen in aliis intellige contra eorum regulam, uide hic tex. iuncta glo. in uerbo [*Officiis.*] 3 ¶ † Religioſus prælatus eccleſiæ ſecularis debet illam regere ſecundum officium clericale, non autem monachale, & ſic coaptat ſe in diuiniis officiis illi eccleſiæ, ad quā tranſlatus eſt, uide hic bonam gloſſ. in uerbo [*Licite*] quæ allegat multas alias concordantias, & optime pro hoc dicto facit ratio capitu. illa. 12. diſt. [*Ad quamlibet eccleſiam acceſſeris, eius conſuetudinem ſerua, ſi non uis eſſe cuiquam ſcandalum nec quemquam tibi*] ut ibi latius habetur. 4 ¶ † Clericus domeſticus commenſalis alicuius prælati non poteſt in diuinis officiis ſe illi coaptare, fallit fauore cardinalium & epiſcoporum, cum ex ſpeciali indulgentia hoc illis concedatur; ſecus ergo de iure communi, ut hic in fin. literæ, iuncta gl. in uerbo [*Indulgemus*]. 5 † Priuilegium autem uni conceſſum non debet ad alias perſonas trahi. ut in c. ſane, de priuile. & c. petiſti. 7. q. 1.

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV. Rubrica.

S V M M A R I V M

1. *Aula dicitur ſala, uel ſpacioſum habitaculum, communiter quatuor habens alas.*
2. *Princeps quis dicatur, maxime in priuilegio principibus tributo, & unde dicatur, largè ſcilicet ſumpto uocabulo.*
3. *Princeps ſtrictè ſumptus quis dicatur.*
4. *Argumentum ualet ab ordine literæ adeo, ut primò nominatus cenceatur dignior.*
5. *Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, & uaſallus, quis dicatur.*
6. *Principatus nec large, nec ſtrictè ſumptus, quis dicatur*
7. *Verba i priuilegiis, ſtatutis, et ſimilibus diſpōnibus, nō ſtricte capiūtur ſed dēt ex probabilibus coniecturis cōſiderari tacita mens diſponētis.*
8. *Tyrannus non includitur in diſpoſitione loquente de principe, & quo modo Tyrannus à principe dignoſcatur.*
9. *Liberorum appellatione ueniunt filii, nepotes, & deſcendentes ab eis.*
10. *Filiorum appellatione regulariter non cōprehenduntur nepotes, quibus tamen caſibus comprehendantur, & naturales non legitimi.*

CAPITVLVM I.

1 PRræſenti. ¶ † Aula dicitur ſala uel ſpacioſum habitaculum communiter quatuor habens alas, uide hic gloſſ. in uerbo [*Aulis*] quod not. ad ſtatuta. 2 ¶ † Quis dicatur princeps, maxime in priuilegio principibus tributo, & unde dicatur, uide hic gloſſ not. & ſatis plenam in uerbo [*Regnum*] quæ in effectu dicit quatuor, primò, quòd poteſt ſumi large, & tunc ponitur pro quolibet habēte dominium ſeu dominationem populi; & ſic quilibet habens aliquē baroniam poteſt dici princeps, & probatur hoc ex etymologia uocabuli, dicitur enim princeps a præ & capio quaſi primum capiens locum ſeu dignitatem, ut probatur in ſimili in capitu. quāuis, de uerbo. ſignifi. ubi dicitur, quòd large ſecundum etymologiam uocabuli quilibet qui præeſt, poteſt dici præpoſitus, &c. ut ibi. hinc eſt, quòd deus appellatur princeps. Iſaie. 9. ibi, [*Deus fortis pater futuri ſeculi, princeps pacis*] Interdum angelus de ſe dicens Ioſue. 5. [*Ego ſum princeps exercitus*] Interdum papa, de conſecra. diſtin. 1. capitu. corpora. Interdum epiſcopi. de maio. & obe. capitu. ſi quis, uel alii iudices eccleſiaſtici. 17. quæſtio. 4. capitu. diffiniuit. Item Imperator, de re iudi. capitu. ad apoſtolicæ, in prin. Item alius principans populo, de maio. & obed. capitu. omnes principes. Item apes & graues dicuntur habere principem. 7. quæſtio. prima, capit. in apibus. 3 ¶ † Secundò principaliter poteſt ſumi ſtrictè, prout eſt principatus quædam dignitas ſecularis, ſic uocata, ut principātus Archaitæ, ſalerni, & tarenti, & his ſimil. & ſic ſumitur in capitu. fundamenta. §. ut ergo, de electio. lib. 6. loquens enim de Imperatore, Rege, & principe, ſubmittit de Marchione, Duce, Comite, & Borone, uel alio nobili potentatu, per quod uidetur ex ordine literæ, quòd princeps maior ſit prædictis Marchione, Duce, & ſimilibus 4 † & not. ex hac parte gloſſ. quòd ualeat ar. ab ordine literę, ut primò nominatur cenſeatur dignior, & uide aliam bonam gloſſ. in capitu. quorundam, de electio. lib. 6. & ex illa litera ſumpto hoc ar. poteſt notari, quòd Marchio ſit dignior Duce, cum nominetur ante Ducem. 5 † ſed tu uide tex. in lib. feu. in titu. quis dicatur Dux, Marchio, comes, capitaneus, uel uaſallus, ibi tam in rubro, quàm in nigro præponitur Marchioni Dux. & ibi habetur, qui dicantur tales, & per gloſſ. in d. capitu. fundamenta, in uerbo [*Marchio*] & uide etiam ibi gloſſ. in uerbo [*Princeps*] & in hoc cogita. 6 ¶ † Redeo ad gloſſ. iſtam, quæ tertiò principaliter dicit, quòd poteſt ſumi principatus, nec ita largè, nec ita ſtrictè, ut ſupra, pro notabili potentatu, meritò comparando regiæ dignitati, facit præallega. decre. fundamenta, in fin. & hoc modo putat gloſſ. noſtra capi in iſto text. quaſi dicat, non eſſe uetiſimile,

riſimile, quòd capiatur hic ita largè, ut ueniat quilibet habens aliquam baroniam, cum nimis laxaretur hæc litera, nec uidetur de ipſius intentione, cum poſt reges ſubmiſit de principibus, unde ueriſimile eſt, quòd uoluit comprehendere magnos principes regibus fore æquiparandos, nec etiam eſt ueriſimile, quòd uoluerit ſtrictè intelligere, ut ſolum comprehendat habentes dignitatem principatus, ut ſic excludantur alii magni Duces, Marchiones, & Comites, qui meritò ex magno potentatu poſſunt principibus æquiparari, habuit ergo tex. reſpectum ad magnum potentatum, & ex his habes hanc glo. declaratam uſque ad uerbum [*Tyrannos*] Ex qua ſingulariter not. quòd in priuilegio contra ius conceſſo non capiuntur uerba ita ſtrictè, ut capi poſſunt, ſed debet ex probabilibus coniecturis conſiderari tacita mens diſponentis, & idem ego puto in ſtatutis, & ſimilibus diſpoſitionibus. ar. huius literæ iuncta gloſſ. quam ſingu-
8 lariter not. ¶ † Quartò hic gloſſ. quærit, an principes tyranni includantur in diſpoſitione huius clem. & ſingulariter dicit, quòd non, quia tales non merentur dici principes, nam ut habetur Iſaię. 12. [*Princeps ea, quæ ſunt digna principi, cogitat*] & ut ait Grego [*Tyrannus eſt, qui in re publica non iure principatur*] Et philophus. 5. Politicorum [*Cum princeps tendat ad bonum commune, tyrannus ad proprium, ergo non eſt pſinceps*] & hæc ſingulariter not. quia faciunt ad multa, & pleniſſime de tyranno, uide per Barto. in tractatu,
9 de tyranno. ¶ Quamquam appellatione liberorum ueniant filii, nepotes, & deſcendentes ab eis, ut l. liberorum. ff. de uerbo. ſigni. † appellatione tamen filiorum regulariter non comprehenduntur nepotes, ita not. dicit hic gloſſ. in uerbo [*Liberi*] allega. Inſti. qui da. tuto. poſ. in fin. & not. in hoc ultimo gloſſ. & idem not. gloſſ. iuris ciuilis in l. filii, ff. de uerbo. ſigni. ſed de materia uide tu latius per Barto. in l. liberorum præallega. dicit tamen gloſſ. præallega. quòd caſualiter comprehenduntur nepotes, intelligendo tamen deſcendentes ex filiis maſculis, ff. de ſena. l. liberos, & de pœnis. capitu. ubicunque. lib. 6. quod not. An autem appellatione filiorum ueniunt filii, ſeu nepotes ex filiis naturales non legitimi gloſſ. præallega. diſputat, & tandem uidetur per iura allegata pro & contra ponere hanc theoricam, quòd quo ad parentum reuerentiam bene habetur ratio naturalium tantum, ſed quo ad commodum liberorum uel honores non, per l. cum legitimè, & quod ibi not. ff. de ſta. ho. & not. bene hanc glo. & uide ad materiam quod no. Bar. in l. prouinciales, ff. de uer. ſig. & l. fi. C. de indi. uidui, & quod dixi in c. fi. de pœnis.

DE RELI. ET VENERATIO. SANCTO. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Siciliæ regnum Vrbanus papa iiij. contulit Carulo fratri Regis Franciæ, quod potuit iuſtè facere, cum ſit de patrimonio B. Petri.*
2 *In ſacramento corporis & ſanguinis multa mirabilia denotantur. Primò mirabilis productio, quia de cælo productum eſt, & ad uocem ſacerdotis aperiuntur cæli.*
3 *Multiplicatio mirabilis in euchariſtiæ, quia quotidie corpus conficitur, nec conſumitur.*
4 *Euchariſtiæ mirabilis miniſtratio eſt; quia, quo ad effectum, ita per malos, ſicut pro bonos miniſtratur.*
5 *Euchariſtiæ mirabilis confortatio, quia fulcit animæ noſtræ ſubſtantiam, & qui negligit ſumere, debilitatur, & cadit à uirtutibus.*
6 *Euchariſtiæ mirabilis munditia eſt, quia, niſi dignè, & a dignis ſumatur, propinquat mortis iudicium.*
7 *Euchariſtiæ mirabilis translatio, quia prece etiam iniuſti fit tranſſubſtantiatio uirtute, ſcilicet uerbi, non merito ſacerdotis.*
8 *Euchariſtiæ mirabilis transmiſſio, quia tranſmittitur etiam ad defunctos non ſummè malos, nec ſummè bonos.*
9 *Euchariſtiæ admiranda liberalitas, ubi donator uenit in dono.*
10 *Vouens meritorium opus magis meretur, quàm qui idem opus ſine uoto facit.*
11 *Profeſſus ſeruando continentiam laudabilior eſt, quàm is qui illam ſine uoto ſeruat, & hoc triplici ratione.*
12 *Vouens quare Deo magis placeat, quàm qui idē eſt obſequium ſine uoto præſtat.*
13 *Menſes x. tantum habuerunt antiqui, & qua ratione poſtea xij. menſibus annus fuerit diſtinctus.*
14 *Biſextilis annus qui, & qua ratione, fuerit denominatus.*
15 *Anſer odorem hominis ſentit præ cæteris animalibus.*
16 *Reuelatione diuina aliquid ſe habuiſſe aſſerenti non creditur, niſi aliter probet.*
17 *Feria quare pro feſto impropriè dicatur.*
18 *Pentecoſtes unde dicatur.*
19 *Hymni, & Treni, qui ſint & quomodo differatur.*
20 *Iubilare, & plaudare, quid ſit.*
21 *Oratio quid ſit, unde dicatur, eius diuiſio, qualiter, a quo, ad quem, ad quid ſit porrigenda, & eius effectus uide.*
22 *Orationes noſtras quare omnes ſancti cognoſcant.*
23 *Deus an exaudiat peccatores orantes.*
24 *Sacerdos melior & ſanctior quare ſit eligendus.*
25 *In oratione an aliquid in ſpecie, & nunquid temporalia petere liceat.*
26 *Orandi modus requirit humilitatem corporis, cordis deuotionem, attentionem, & breuiloquium.*
27 *Oratio, & ſacrificium miſſæ eſt faciendum uerſus orientem.*
28 *Orationis effectus multos uide.*
29 *Indulgentiæ quia uerè pænitentibus & confeſſis dantur, licet id difficile ſit, amarè tamen interpretari non decet.*
30 *Indulgentijs ut quis gaudeat, in eccleſia, & non in alio loco, orandum eſt.*

CAPITVLVM I.

1 SI dominum. ¶ † Vrbanus papa. 4. natione gallicus regnum Siciliæ contra manfredum contulit Carulo fratri regis francię, ut patet in cronicis ita not. hic gloſſ. in uerbo [*Vrbano*] & dic, quod potuit hoc ex iuſta cauſa facere, cum ſit de patrimonio beati Petri. ut in
2 capitu. ad apoſtolicæ, de re iu. lib. 6. ¶ † Multa in ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti mirabilia denotantur. ¶ Primò enim denotatur mirabilis productio, quia de cœlo nobis productum eſt, & ad uocem ſacerdotis aperiuntur cœli &c. de conſecratione. diſt. 2. c. quod eſt
3 ſanguis. ¶ † Secundò notatur mirabilis multiplicatio, quia quotidie conficitur, nec conſumitur, de conſecra. diſt. 2. capitu. in Chriſto ſemel, & capitu. qui manducant.
4 2. ¶ † Tertiò denotatur mirabilis miniſtratio, quia, quo ad effectum, ita per malos ſicut per bonos miniſtratur. 1. quæſtio. prima capitu. inter catholicam & capitu. ſequen. uſque ad §. ſed obiicitur, de conſecra. diſtin. 2. ca-
5 pitu. utrum. ¶ † Quartò notatur mirabilis confortatio, quia fulcit animæ noſtræ ſubſtantiam, & quotidie accipiendus eſt iſte panis, ut quotidie proſit, de conſecra. diſtin. 2. c. non iſte panis. & qui de eo manducat, in æternum non deficit, ea diſt. c. Chriſtus panis eſt. & qui contemnit uel negligit hunc panem ſumere, debilitatur, & cadit a uirtutibus, de conſecra. diſtin. 2. capitu. ſi quod
6 & capitu. ſi quis in tract. ¶ † Quintò denotatur mirabilis mundicia, quia niſi dignè & a dignis ſumatur, propinat mortis iudicium, de conſecra. diſtin. 2. capitu. qui ſcelerate, & capitu. timorem, & cum bucella, quam Chriſtus dedit Iudæ, introiuit diabolus in eum, de conſecra. diſt.
7 2. capitu. eſca. ¶ † Sextò not. mirabilis tranſlatio, quia ēt prece iniuſti fit tranſſubſtantiatio uirtute, ſcilicet uerbi, non merito ſacerdotis. 1. q. 1. capitu. cum ſcriptura.
8 ¶ † Septimò not. mirabilis tranſmiſſio, quia trāſmittitur etiam ad defunctos non ſummè malos, nec ſummè bonos. 13. quæſt. 2. capitu. non æſtimemus, & c. animæ. Quædam alia miranda ex ſubſequentibus collige, hæc poſt theologos ponit hic not. gloſſ. in uerbo [*Mirabile*] quæ etiam ponit figuras horum mirabilium, narrat ſeneca lib. 1. de beneficiis, quòd cum ſocrati cæteri diſcipuli pulchra offerrent dona, eſchires pauper eius diſcipulus ſeipſum ſolum obtulit dicens [*Cæteri autem pauca dederunt quia meliora retinerunt &c.*] ut ibi pulchrè habetur, & uide hic

hic gloss. in uerbo [*Datore*] & facit ad propositum huius tex. in uerbo [*Singularis*] & admiranda liberalitas, ubi donator uenit in donum, & datum est idem penitus cum datore, quàm larga & prodiga largitas, cum tribuit 10 quis seipsum &c. quem tex. not. ¶ † Quod idem opus meritorium laudabilius est in uouente, uel professo, quam in alio, ita secundum theologos dicit gloss. not. hic in uerbo [*Seipsum*] Ex quo infertur, quòd is, qui uouit ieiunare, puta die ueneris, magis meretur, quàm is, 11 qui tali die ieiunat sine uoto. † Item quòd professus seruando continentiam laudabilior est, quàm is, qui illam sine uoto seruat, & sic de similibus. Et hanc conclusionem gloss. post theologos probat triplici modo. Primò sic; uouere, est opus latriæ, quæ præcipua uirtus est inter morales, opus autem nobilioris uirtutis est melius & magis meritorium, latria autem est cultus & seruitus, quæ soli Deo debetur, de consecratione di- 12 stinctione tertia, capitulo uenerabiles. ¶ † Secundò probatur sic, uouens non solum quo ad actum, sed etiam quo ad potestatem, subiicit se Deo, ut decætero aliud agere non possit; ergo plus dat, & per consequens magis meretur. probatur per similitudinem qui dat fructum, & arborem, magis dat, quàm qui dat solum fructum. Tertiò confirmatur sic, per uotum immobiliter uoluntas firmatur in bonum. Ad perfectionem autem uirtutis pertinet aliquid agere ex uoluntate firmata in bono, ut patet per philosophum. 2. ethicorum Et Augustinus [*Fœlix necessitas, quæ ad maiora compellit*] ergo 13 magis meritorium, & hæc not. † Olim antiqui non habuerunt nisi. 10. menses usque ad tempus Iulii Cæsaris, & Nummi Pompilii, hic mensis Nouembris sic fuit dictus, quia erat nonus mensis inchoando a Martio, ut inchoabant antiqui, demum distinctio & correctio annorum facta fuit, & secundum cursum solis redeuntis in fine anni ad eundem punctum additi fuerunt duo menses in principio anni, scilicet ianuarius & februarius. & 14 † propter horas sex, quæ supererant, oportuit singulis quatuor annis addi diem bisextilem. de quo dicendum, ut not. in capitu. quæsiuit, de uerbo. significa. & tunc temporis Iulius uocabatur quintilis, & Augustus sextilis, qui postea a Iulio & Augusto denominati fuerunt, uel propter ipsorum ortum, uel propter rem prosperè gestam, hæc gloss. nota. hic in uerbo [*Certam diem*] quam be- 15 ne not. † ¶ Nullum animal ita odorem hominis sentit, sicut anser. unde Isidorus ethymologiarum Gallorum assensus in capitolio anseris clangore deprehensus est, & sic romani debent cedere anseribus, a quibus fuerunt defensi ne ab hostibus caperentur. Italici tamen in festo omnium sanctorum anseres deuorant propter festum, 16 uide hic gloss. in uerbo [*Omnium sanctorum*] ¶ † Si quis asserit habuisse ex reuelatione diuina aliquid, sibi non creditur, nisi aliter probet, ad hoc capitu. cum ex iniuncto, de hæreti. uide gloss. hic in uerbo [*Reuelatum*] iuncto tex. 17 ¶ † Impropriè feria sumitur pro festo, cum omnem diem uocemus feriam, uel a fando, quia qualibet die fabatur Deus. gene. primo, uel quia singulis diebus fari possumus in diuinis uel humanis, simile, de uerbo. significa. capitu. forus. uide hic gloss. in uerbo [*Feriam*] & quod not. 18 super rubrica de feriis. ¶ † Pentecostes dicitur a pente quod est quinques, & coste decem, quia quinque decies dies sunt inter festum resurrectionis & pentecostes. ui- 19 de hic gloss. in uerbo [*Pentecostes*] ¶ † Hymni sunt cantica laudis, sicut Treni cantica lamentationis, uide hic gloss. in uerbo [*Hymnos*] & per Ioan. And. in capitu. non 20 minus, de immu. eccl. ¶ † Iubilare, idem est quod cantare uoce quadam confusa prægaudio, unde dicunt quidam, quòd iubilus est gaudium, quod uerbis explicari non potest, nec tamen penitus reticeri, uide hic gloss. in uerbo [*Iubilet*] & de uerbo plaudere, uide hic gloss. in uerbo [*Plaudat*] quod idem est quod manus iungere. 21 ¶ † Circa orationem uideas, hic gloss. sing. & plenam, quæ materiam per modum summe tractat ponendo 10. quæstiones. Prima quid sit oratio. Secunda unde dicatur. Tertia quæ sit eius diuisio. Quarta qualiter sit porrigenda. Quinta a quo. Sexta ad quem. Septima ad quid. Octaua qualiter. Nona ubi. Decima quis sit eius effectus. Et per ordinem poteris hic uidere formaliter in gloss. Colligam tamen quædam dictam, quæ mihi 22 inter cætera notanda uidebuntur. ¶ † Et primò not. ex ea post theologos, quòd sancti orationes nostras cognoscunt, quia unusquisque beatus in essentia Dei uidet quantum perfectio beatitudinis requirit, hoc autem requiritur ad perfectionem beatitudinis, ut homo habeat quicquid uelit, nec uelit aliquid inordinatum, sed recta uoluntate quilibet cognoscere uult quæ ad eum pertinent; ergo & sancti, cum eis nulla rectitudo desit, hoc uolunt; oportet ergo, quòd uota omnium orationes, & defensiones in uerbo cognoscant. nam ad eorum gloriam pertinet, quòd auxilium ægentibus præbeant ad salutem, sic enim Dei cooperatores efficiuntur. & si dicatur, solus Deus est cognitor cordium, de symo. capitu. tua in fin. cum cordantiis, sed oratio consistit in corde, ergo & cæte. Respondetur, quòd cordium cogitationes solus Deus nouit per seipsum, sed alii tantum cognoscere possunt, quantum eis reuelatur, non alio modo; fatendum ergo, quòd orationes, quas ad sanctos uerbo, uel corde dirigimus Deo, manifestè cognoscunt, hæc gloss. præallega. sub quæstione quarta, & uide ad materiam text: Augustin. in capitu. facendum. 3. quæstio. 2. qui generaliter tra- 23 ctat, an mortui sciant quæ fiunt in hoc seculo. ¶ † An exaudiat Deus peccatores orantes? aliqui, quòd sic 1. quæstio. 1. capi. ipsi. in contrarium facit capitu. si quis inquit. uersic. ad hoc omnia & capitu. sacrosancta. eadem quæstione. Solu. dicit glo. præallega. post Thomam sub quinta quæstione, quòd si peccator petit aliquid inquantum peccator. 1. secundum desiderium peccati, non auditur a Deo ex misericordia, sed quandoque a Deo exauditur ad uindictam, ut permittatur magis irruere in peccatum; unde secundum Augustin. Deus quædam negat propicius, quæ concedit iratus. sed si peccatoris oratio procedit ex desiderio bonæ naturæ, Deus exaudit, non quasi ex iustitia, quia talis non meretur, sed ex pura misericordia, si tamen alia in oratione concurrunt, de quibus infra & in dictis gloss. sub septima quæ- 24 stio. ¶ † Ex his conclude cautum & expediens ut semper eligas sacerdotem meliorem & sanctiorem; quia oratio porrigenda est per bene dispositum, contritum, & pœnitentem; nam si is, qui displicet, ad intercedendum mittitur &c. 3. quæstione. 7. capitu. iudicet, & capitu. in grauibus, & 48. distinctio. §. 1. ibi etiam not. an orationes malorum prosint his, pro quibus orant, uide etiam quod habetur. 1. quæstione. 1. capitu. ipsi sacerdo- 25 tes. ¶ † An liceat in oratione aliquid petere in specie, & nunquid liceat petere temporalia? Ad primum licet Valerius lib. 7. capitu. 2. referat socratem, quasi quoddam, humanæ sapientiæ terrestre oraculum [*Nihil ultra petendum a dijs immortalibus arbitrari, quam ut bona tribuerent*] tamen ut inquit gloss. præallega. in 6. quæstione, patet ex oratione dominica, quòd etiam aliquid determinatiuè petere possumus, unde Augusti. ad proban. dicit, quòd demum id licet orare, quod licet desiderare, dicens, quòd oratio dominica ostendit, etiam temporalia a Deo peti posse. dum dicit [*Panem nostrum quotidianum &c.*] unde tenent theologi, quòd temporalia a Deo orando petere possumus, non ut constituamus in illis spem, sed ut fiant adminicula beatitudinis consequendæ, ut deseruiant ad sustentationem uitæ corporalis exercendæ ad actus uertuosos. facit. 1. quæstio. 3. c. si quis obiecerit, & 26 hæc no. ¶ † Modus orandi requirit humilitatē corporis, cordis deuotionem, attentionem & breuiloquium, de primò ecclesiastici. 35. ibi [*Oratio humiliantis penetrat nubes*] de

de secundo ait Aug. [*Quid prodest strepitus labiorum, si mutum est cor*] de tertio patet de conse. distinc. 5. c. nunquam, in princip. & Cyprianus [*Nil aliud cogitet aliquis quàm id solum quod precatur*] de conse. distin. 1. c. qui autem. & dicit Grego. [*Illam orationem deus non audit, cui ille, qui orat, non attendit*] dicunt tamen theologi hoc intelligendum, quando attentio nullo modo coniungitur. non enim requiritur quòd attentio semper maneat in oratione per actus essentiam, unde psalm. 22. [*Cor meum dereliquit me*] satis est enim, quòd maneat per uirtutem, quod est, quãdo cum bona intentione quis ad orationem accedit; & si in prosecutione mens ad aliud rapiatur, semper enim primę uirtus permanet, nisi tãta sit uacatio, quòd attentio omnino deperear. & hæc not. quæ uide hic latius per gloss. in 7. quæstio. de quarto habetur matthei. 6. [*Cum oraueritis, nolite multum loqui &c.*] facit de conse. distinctio. 5. cap. non mediociter. Nec tamen putes secundum gloss. præalle. breuiloquium esse de necessitate orationis. Nam oratio non solum secundum suam causam, quæ est desiderium charitatis, sed etiam in seipsa potest esse diuturna; nam & de Christo legitimus, quòd pernoctauit orã do. lucæ. 6. ¶ Item dicitur, quòd prolixius orauit, lucæ. 22. Item dicitur, lucæ. 28. in prin. [*Oportet semper orare, & non deficere*] facit 77. dist. c. nosse. ibi [*Orationibus pernoctanter insistetimus*] sed quia, ut dicit Aug. uad probam [*Multum loqui in orando, est rem necessariam superfluis agere uerbis, cum plerũque hoc negotium plus gemitibus, quam sermonibus agatur*] ideo monemur ad breuiloquium. nam ut dicunt sãcti [*Frequẽs esse debet, & breuis oratio, ne immorantibus nobis aliud cordi nostro ingerat inimicus*] & hoc not. bene. ¶ † Videtur quibusdam, quòd oratio debeat fieri ad orientem, sed cum deus sit ubique, ad omnem partem possumus eum orare; æque tamen oramus, & sacrificium missæ facimus uersus oriẽtem. de hoc. 11. dist. cap. ecclesiarum. & uide de hoc articulo bonum text. & hic per gloss. præalleg. sub 11. quæstio. ¶ † De orationis effectu uide plura hic per gloss. præalleg. in ult. quæst. quę inter cętera dicit, quòd orationis effectum sumus in italia nuper experti. quando enim cum uersibus illis [*Exurgat deus &c.*] cœpit ecclesia orare, perempti, extenuati & exterminati sunt quasi subito, qui censura ecclesiastica & armis bellicis iam dudum morari non poterant. bene facit. 32. distinctione. capitul. ultim. ubi dicitur, quòd orante moyse populus uincebat, uincebat cum dimittebat. & imperator theodosius Senior suis orationibus miraculosam uictoriam contra Eugenium & Arbogestem obtinuit, quorum exercitus iacula uehementissimus uentus extorquebat in ipsos, & iacula partis theodosii cum maiori fortitudine ultra mensuram humani ictus impingebant in illos. & longe latius dic, ut habetur in præallega. ultim. quęstio. & in remissionibus in ea contentis. & inter alia no. unum dictum Bern. in lib. meditationum [*Ex duobus unum indubitanter sperare debemus, aut dabit nobis quod petimus, aut quod nouit esse nobis utilius.*] Item nota. dictum Hiero. super Math. 17. ibi .s. [*Hoc genus demoniorum non eiicitur nisi in oratione & ieiunio*] ubi sic dicit [*Non sanat oculum, quod sanat calcaneum, ieiunio sanantur pestes corporis, oratione uero sanantur pestes mentis.*] ¶ † Nota. gloss. hic in uerbo [*Confessis*] nam in eo quòd text. dat indulgentias uerè pęnitentibus & confessis, diffidendo quòd aliquis sit uere pœnitens & cõfessus, dicit hæc uerba [*Quis est hic & laudabimus eum*] ecclesiastici. 31. has ergo remissiones, quibus pauci participant, amarè interpretari non decet, nec expedit. ut dixi de pœnit. & remissio. c. quòd autem. ¶ † Ad hoc ut quis gaudeat indulgentiis in isto text. concessis, non sufficit interesse horis extra ecclesiam, etiam si dicantur in priuato oratorio, cum text. bis faciat mentionem de ecclesia. uide hic gloss. prope finem. in uerbo [*In ecclesia.*]

DE IMMVNITA. ECCLE. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest suam, uel sui prædecessoris constitutionem reuocare, & illam habere pro infecta.*

2 *Excommunicatus ex uiribus constitutionis reuocatæ, quæ habita est pro infecta, absolutione non indiget.*

CAPITVLVM I.

Qvoniam. ¶ † Papa potest suam uel sui prędecessoris constitutionem reuocare, & illam habere pro infecta, ut est hic text. in uer. [*Nos.*] & per hũc tex. putat hoc gloss. in uerbo [*Pro infectis*] quæ reputatur singularis. † quòd excommunicatus ex uiribus constitutionis reuocatæ, quæ habita est pro infecta, prout hic contingit, absolutione non indiget; ex hoc etiam dicit perpendendum quanta est papæ petestas circa illa quæ sunt simpliciter de iure positiuo, quia illa reuocare p̃t, ut ex tunc, & tene semper menti istam glo.

LIBER QVARTVS.

DE CONSAN. ET AFFINI. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Monialis, religiosus, & clericus in sacris, impunè contrahunt matrimonium, si cum papæ dispensatione hoc faciunt.*

2 *Ignorantia iuris non excusat, quominus attentans factum excommunicationis pœna damnatum, incidat in ipsam excommunicationem.*

3 *Constitutio excommunicans scienter contrahentem matrimonium, solus sciens, altero in probabili ignorantia existente, incidit in excommunicationem.*

4 *Constitutio puniens scienter contrahentem non ligat eum, qui ignoranter contraxit, licet post factum certificatus, permanserit in contractu.*

5 *Matrimonium metu in constantem uirum cadente contrahentes in casibus prohibitis, non incidunt in excõicationem, quia matrimoniũ est nullum ex defectu consensus.*

6 *Publicæ honestatis iustitia non oritur ex matrimonio per metum contracto.*

7 *Constitutio pœnam ipso facto imponens contra exercẽtem aliquid, quod de iure tenere potest, non habet locum pœna, si actus aliquo facto nõ tenuit.*

8 *Matrimonio inter aliquos prohibito, uidentur prohibita etiam sponsalia, pœna tamen apposita contrahenti matrimonium, non extenditur ad contrahentem sponsalia.*

9 *Religiosorum appellatione etiam in materia pœnali ueniunt omnes tacitè et expressè professi, etiam si non obligantur religioni in specie, sed in genere tantum.*

10 *Communicans alicui in eo actu, pro quo excommunicationem tunc incurrit, an incidat cum illo in excommunicationem.*

11 *Pœna apposita uni ex correlatiuis, an uidetur apposita alteri, licet de altero nihil dicatur in constitutione.*

12 *Statutum puniens uendentem granum in ciuitate, uidetur punire et emptorem, quia sunt correlatiui.*

13 *Dubitationis causa quæ dicuntur, iuris dispositione non immutant.*

CAPITVLVM I.

Eos. ¶ † Monialis, religiosus, & clericus in sacris, impune contrahunt matrimonia, si cum papæ dispensatione hoc faciunt, & euitant etiam culpam, uide hic gloss. 1. in fin. sed illam intellige, ut no. in c. cum ad monasterium. de sta. regu. per doct. & per Ioan. And. in regu. semel deo dedicatum, in mercuria. ¶ † Igno rantia iuris non excusat, quominus attentans factum dãnatum & prohibitum sub excommunicationis pœna, incidat in ipsam excommunicationem, argument. regu. ignorantia, de iur. libr. 6. & hoc uoluit gloss. hic in uerbo

bo [*Scienter*] & hoc puto uerum nisi sit ius dubium. de quo etiam iurisperiti merito dubitarent. argumen. in l. regula.ff. de iur. & fac. igno. iuncto. capitul. 2. de constit. 3 libr. 6. ¶ † Si constitutio excommunicat, seu aliter punit contrahentes matrimonium, uel quid simile, & unus contrahentium scienter contrauenit, reliquis uero existentibus in ignorantia probabili, solus sciens incidit in excommunicationem seu pœnam. 34. quæstio. 2. capitul. in lectum. firmat gloss. hic in uerbo [*Scienter*] 4 post princip. ¶ † Si constitutio punit scienter contrahentem, non ligat eum, qui ignoranter contraxit, licet post factum certificatus permanserit in contractu. uide hic gloss. not. in uerbo [*Scienter*] in uer. sed quid si contraxit. concordat gloss. nota. in capitul. decreuit. de 5 hæreti. libr. sexto in fin. † Contrahentes matrimonium per metum in uirum constantem cadentem in casibus hic prohibitis non incidunt in excommunicationem, quia matrimonium est nullum ex defectu consensus. per capitul. cum locum. de sponsa. hoc uoluit in effectu glo. hic super uerbo [*Matrimonialiter*] quam singulariter nota. quia clarè uult, quòd matrimonium per metum contractum sit ipso iure nullum. & uide quod plenius dixi in 6 dicto capitulo, cum locum. † Secundò singulariter ex eadem not. quòd ex tali matrimonio per metum contracto non oritur publicę honestatis iustitia. allega. capitul. unicum. de sponsa. libr. 6. quasi deficiat hoc casu 7 consensus. & hic habet locum ille text. † Item collige subtiliter tertium, quòd ubi ius imponit pœnam ipso facto contra exercentem aliquid, quod de iure tenere potest, non habet locum pœna, si actus aliquo factò non 8 tenuit. ¶ † Prohibito inter aliquos matrimonio, uidentur prohibita etiam sponsalia per l. oratio. ff. de spōsa. pœna tamen apposita contrahenti matrimonium, non extenditur ad contrahentem sponsalia; quia pœna non debet extendi. hoc uoluit singulariter gloss. hic in uerbo [*Matrimonialiter*] post sui medium, & facit quod in fin. not. Ioan. Andr. in capitul. dispendia de rescript. libr. 6. sed in contrarium facit gloss. not. in capitul. 1. de postula. prælato. in fin. & uide quod ibi dixi. & hęc tene 9 menti in materia extensionis. ¶ † Appellatione religiosorum etiam in materia pœnali ueniunt omnes tacitè & expresè professi religionem aliquam approbatam, etiam si non obligat illi religioni in specie, sed religioni in genere. exemplum in capitul. non solum, & capitul. sequen. de regu. libr. 6. hoc not. uoluit gloss. hic in uerbo [*Religiosos*] quam not. & uide quod dixi in clemen. 10 1. de rerum domi. ¶ † An communicans alicui in eo actu, pro quo excommunicationem tunc incurrit, incidat cum illo in excommunicationem, uide hic gloss. in uerbo [*Et moniales*] quę primò per istum text. arguit quòd non, quia primò excommunicat contrahentem matrimonium cum moniali, & postea excommunicat specificè ipsam monialem contrahentem; ergo non incurrebat excommunicationem contrahendo cum illo, qui incurrit excommunicationem propter contractum matrimonium. de hoc tamen gloss. remittit ad notata in capitu. contingit infra de senten. excommu. ubi de hoc satis plene. ¶ Secundò dicit, quòd uolens tenere contrarium, posset ad text. istum respondere, quòd uoluit punire seu excommunicare monialem eo casu, quo contrahens cum ea non foret excommunicatus. puta quia ignorabat illam esse monialem. dic tamen quòd hoc nimis text. restringit. dictum de quęstione principali, ut not. in dicto capitul. contingit. & text. iste satis bene 11 facit pro dicto priori. ¶ † An pœna apposita uni ex correlatiuis uideatur apposita alteri, licet de altero nihil dicatur in constitutione, seu dispositione gloss. hic non tangit, sed iudicio meo iste text. plurimum facit, quòd non. Nam si contrarium esset uerum, non fuisset necessitas specificè excommunicare ipsas moniales; satis enim erat excommunicasse contrahentes cum eis. sed in contrarium facit text. in l. una. C. de cupressis li. 10. & quod ibi not. per Barto. & per eundem in l. 2. seu fin. C. de indicta uidu. ubi firmat istud contrarium. unde per text. il-12 lius. l. unicę, † dicit quòd si statutum punit uendentē granum in ciuitate, uidetur punire etiam emptorem, quia isti sunt correlatiui; non enim potest esse uenditor sine 13 emptore. ¶ † Ad istum tex. posset responderi, quòd hic expresit de monialibus causa dubitationis tollendæ, cū istud dictum non sit sine dubio; & ea, quæ dubitationis causa dicuntur, iuris dispositionem non immutant. l. qui mutuam. ff. man.

LIBER QVINTVS.

DE MAGISTRIS.

SVMMARIVM.

1. *Perpeti, idem est* q *ualde pati.*
2. *Per liberum arbitrium nemo potest saluari, sed oportet* q *gratia Dei infundatur.*
3. *Gratia Dei est duplex, uidelicet operans, et cooperans. & de utriusq; effectu.*
4. *Possessiones an duæ sint differentes specie, an una diuersificata per accidentia.*
5. *Admodum, idem est* q *ualde.*
6. *Bononia unde dicta sit, & a quo tempore, & Imperatore habuit studium.*
7. *Iudæi non habent specialem linguam in uulgari, nam ea euanuit.*

CAPITVLVM I.

1 INter. ¶ † Perpeti est infinitum huius uerbi perpetior, & ponitur pro diu tolerare, uel ualde pati. quandoque autem, cum iungitur cum uerbo cura, ponitur pro perpetua, continua, & assidua. &c. uide hic glos. 2 in uerbo [*Perpeti.*] ¶ † Mediante gratia Dei cognoscit homo quid agendum, ut tandem ve sit, si adiuuat ad bonum faciendum, de consecra. distinct. 4. capitul. gratia, & in tribus ultimis capitulis eiusdem dist. & præsertim uide tu ultra gloss. hic bonum tex. cum gloss. in dicto capitul. fin. ubi colligitur quòd per liberum arbitrium nemo potest saluari, sed oportet quòd gratia Dei infundatur, & sciens quòd circa istam gratiam duplex reperitur opi-3 nio. ¶ † Nam quidam dicunt, quod hæc gratia est duplex, uidelicet operans, & cooperans. ¶ Prima præparat hominis uoluntatem, ut uelit bonum. ¶ Secunda adiuuat ne illa uoluntas ad bonum frustretur. Alii uero dicunt, quòd unica est gratia operans & cooperans, sed per diuersos effectus distinguitur in uerbo gratia enim, quæ parat hominis uoluntatem ad bonum, cum non sit ociosa, ut augeat, & aucta perficiatur, coadiuuat ne fru-4 stra uelit, sed producat ad opus. † similis altercatio est inter legistas, an sint duæ possesiones differentes specie, an una tantum diuersificata per accidentia, de qua satis per gloss. & Barto. in l. 1. ff. de acquiren. possesio. & Di. in regula sine possesione. de regu. iu. libr. 6. hæc in effectu uoluit gloss. in uerbo [*Cooperante*] & uide de hac gratia, quod not. Ioan. And. in capitul. gratia. de commoda. 5 & hęc not. ¶ † Admodum, idem est, quod ualde, ut hic iuncta gloss. in uerbo [*Admodum*] & concor. clement. 6 Romani. uer. non itaque, de iureiurand. ¶ † Bononia dicitur quasi bona super omnia, uel bonorum notitia, nimis amabilis, hoc uoluit gloss. hic in uerbo [*Bononiensi*] & uide ad idem, quod not. gloss. iuris ciuilis in l. unica. C. de profe. qui in urbe constan. lib. 12. & subiungit gl. hic quòd Bononia habuit studium a Theodosio imperatore currentibus annis domini. 452. unde studium bononiense est longe uetustius quàm studium Romanæ curiæ, quod habuit priuilegium tempore Innocen. 4. ut in

decre

7 decre.2.de priu.lib.6. ¶†Iudæi nõ habent specialem lingua in uulgari.euanuit enim ipsorum lingua uulgaris. uide glo.in uerbo[*Hæbrayce.*]

SVMMARIVM.

1 *Doctoratus & magistratutus ponuntur ut diuersa.*
2 *Doctores dicuntur in iure canonico,uel ciuili;in theologia dicunt magistri,& idem in artibus.*
3 *Magister unde dicatur.*
4 *Doctoratus honorẽ quis sine peccato in qualibet scientia,si sit dignus, postulat;indigno autem est peccatum præsumptionis.*
5 *Doctoratus est honor,merito debet inter alios honorari.*
6 *Doctoratus insignia quæ sint apud exteras nationes,& quæ apud nos; quæ tamen non sunt de substantia doctoratus.*
7 *Doctoratus honorem cancellarius studii solo uerbo tribuit post examinationem per doctores factam,qui testes peritiæ illius,non autem iudices sunt.*
8 *Scientiæ imperfectum sicut aliquando supplet perfectio charitatis,ita nonnunquam imperfectum scientiæ in scholaribus doctorandis supplet perfectio expensarum.*
9 *Doctorandus non debet in suo doctoratu expendere ultra 500. libras Bonon.alias incidit in periurium.*
10 *Examinis priuati expensæ factæ a doctorando non includuntur in summa taxata in doctoratu.*
11 *Examinis priuati appellatione non comprehenditur doctoratus tãquã pars eius,quod facit ad statuta.*
12 *Cancellarius studij si incidit in suspẽsionis pœnam ad sex menses, quia non detulit iuramentum,prout cauetur,& durante semestre iterum incidat in eandem pœnam,secundum semestre incipit currere immediate a tempore secundi excessus,fallit si actus fuerit nullus.*
13 *Cancellario studij suspenso a collatione doctorati an teneat ipsa doctoratus collatio.*
14 *Character non imprimitur per doctoratum.*
15 *Doctoratus honorem quis habeat conferre, & an consuetudine immemoriali studium publicum possit haberi.*
16 *Doctoratum an aliqui conferre possint de iure communi.*
17 *Doctorandi potestas ad quem pertineat,suspẽso,uel mortuo eo,ad quẽ in illo loco pertinebat.*
18 *Suspenso officiali illius,ad quem spectat dare licentiam seu doctoratum,an sit suspensus ipse principalis.*
29 *Ex delicto commisso per uicarium in officio mandato non uenit puniẽdus principalis committens.*

CAPITVLVM II.

1 CVm sit. ¶† Not.quòd doctoratus & magistratus ponuntur hic in text.ut diuersa,& dicunt q̃dam , ut refert hic gloss. in uerbo [*Doctoratus.*] 2 †quòd doctores de iure cano.uel ciuili dicũtur;in theologia autem dicuntur magistri,& idem in artibus. & dicit hic gloss.præallegat. quòd hoc apud italicos recipitur , sed ultramontani communiter uocant magistros. nec secundum gloss. debet alicui hæc denunciatio fore molesta,cum Christus sic a discipulis uocari uoluit. Io. 3.quod ipse acceptabat.Ioan.12.dicens Vos uocatis me 3 magister & domine,& bene dictis,suam etenim.† Et dicitur magister, quasi maior in statione ; sicut minister , quasi minor ibidem.dicitur etiam a monendo uel a mõstrando.& de his remittit hic gloss.ad Hostien. in summa.eodem titu.§.1. uide tu de hoc ultimo tex.in l. quibus præcipua.ff.de uerbo.signific.ubi probatur maximè iuncta glo.quòd hoc uerbum,magister,conuenit etiam omnibus cuiuslibet disciplinę præceptoribus, & ibi latius. 4 ¶ † Doctoratus honorem quis sine peccato in qualibet scientia,si sit dignus,postulat;quia per hoc petit opportunitatem communicandi quod habet , quod est laudabile,& ad charitatem pertinens,facit.8. quæst. 1.capitul.in scripturis.indigno autem est peccatum præsumptionis.de quo per Arch.48. distinctio.§.1.& hoc ponit hic gloss.not.in uerbo[*Honorem*]& not. ex hoc & ex 5 text. † quòd doctoratus est honor.& sic per doctoratũ consequitur quis honorem,meritò debet inter alios honorari;facit quod legitur. & not.in l.ad personas egregias.ff.de iureiurand. & pondera, ꝙ nõ appellatur dignitas.de quo uidetur Bart.dubitasse,& plene per eum in l.ex eo.ff.de testamen.mi.aliquid in prooemio. C.& in l.fin.C.de iud.uide text.in capitul.quanto,de magist. 6 & quod ibi dixi . ¶†Insignia doctoratus apud aliquos sunt cathedra & biretum.apud alios uero liber, annulus, osculum,supple & biretum;uide hic tex.iuncta gl. in uerbo [*Insignia*]dic tamen quòd ista insignia non sunt de substantia doctoratus ad hoc.l. magistros & in l.sicut.C.de professo. & medi. lib. 10.sed sicut calcaria deaurata & ensis dari solent militibus in signum militiæ , 7 ita prædicta doctoribus in signum doctoratus; †Cancellarius. n.loco principis tribuit hodie doctoratus honorem solo uerbo post examinationem factam per doctores,qui sunt testes peritiæ illius, non autem iudices seu superiores.ut not.per Bart. in prooemio. ff. facit dicta l. magistros. & uide ad materiam quod plene scripsi in c. 8 proposuisti.de pb.†Sicut quandoq; imperfectum scientiæ supplet perfectio charitatis.de renũ.c.nisi.§.pro defectu. sic quandoque imperfectum scientię supplet perfectio expensarum.uide hic gloss.in uerbo[*Excedunt*] & arbitror quòd gloss.loquatur hoc derisiuè notãdo quosdam scholasticos minus eruditos petentes hunc honorem,qui cum largitate sumptuum conantur supplere & 9 tegere defectum literaturæ. ¶†Non debet quis in suo doctoratu uel magistratu ultra quingentas libras bononenorum paruorum expendere, quæ faciunt ducentos & quingenta florenos de camera.& in hoc plerique nobiles excedunt,sed caueant a periurio,cum iurent non excedere summam hic taxatam scilicet trium milium turonensium argentorum,qui faciunt secundum monetam nostram summam prædictam.de quo uide gloss.hic 10 in uerbo[*Argentorum.*] ¶ † Dic tamen quòd expensę priuati examinis in summa prædicta non includuntur. ut not.gloss.in uerbo[*Doctorarum.*]Ex qua iuncto tex.no. 11 †quòd appellatione doctoratus non comprehenditur examen priuatum,etiam tanquam pars doctoratus.qđ not.quia facit ad statuta mentionem facientia de doctoratu.unde si statuto cauetur,ut quis puta rector debeat gratis doctorari,non includitur examen. facit quod de hac materia not.Barto.in l.una.C.de athletis. libr. 10. 12 ¶ †Si casu aliquo cancellarius studii incidit in suspẽsionis pœnam ad sex menses,quia non detulit iuramẽtum, prout hic cauetur,& durante semestre iterum incidit in eandem pœnam,secundum semestre incipit currere immediate a tempore secundi excessus , non autem expectabitur finis primi semestris.hoc uoluit nota. gloss.hic in uerbo[*Sequentes*] quam not.quia facit ad multas similes quęstiones.& plenius de hoc not.per Io.An.in capitul.cum in cunctis. de electio. Aduerte,hæc quæstio satis procedit in casu,quo doctoratus collatio tenuit secũda uice; quia tunc indubitanter incidit in pœnam. sed dubium est,quid si non tenuit , puta quia fuit habita a notoriè suspenso,ut infra subiicietur , nunquid incidat iterum in pœnam,ex quo actus fuit nullus;quia uerum est dicere,quòd non contulit doctoratum, & facit glo. not.in clemen.una.supra de consangu.& affi.quod not. sicut non incidunt in pœnam contrahentes matrimonium per metum cum consanguinea &c.quia matrimo 13 nium non tenuit,cogita bene. ¶ † An cancellario suspenso a collatione doctoratus , teneat ipsa doctoratus collatio.uide hic gloss.in uerbo[*Sequenti*] quæ concludẽdo distinguit,quòd aut suspensio est occulta,& tenet argumen.in capitu.ad probandum.de re iud.aut est publica,& tunc secus,ut in dicto capitu.ad probandum.non enim in hic imprimitur character, meritò inducitur ex toto nullitas uigore suspensionis;& sic oportebit, quòd 14 iterum talis doctoretur.†& nota bene quòd per doctoratum

ratum non imprimitur character. est enim secundum gloss.praallega. quædam auctorizatio & declaratio quę declarat illum dignum ad officium doctrinæ, & dat au ctoritatem ut doceat,quæ uerba not. diligenter. habes enim ex his diffinitionem doctoratus. & puto quòd nō imprimitur character scilicet strictè & propriè, sicut per collationem ordinum; sed largo modo potest dici, quòd imprimatur ad instar militis armatæ militiæ, ut probatur de milite. in capitul.quod quidam. 1. quæst.1. prope finem.& doctores sunt quasi milites. l. aduocati. 15 C.de aduo.diuer. ¶ † Quis habet conferre honorem doctoratus seu magisterii,uide hic bonam gloss.scilicet fin. quę dicit,quòd aliqui conferunt auctoritate aposto lica,ponit exemplum in archidiacono Bononien.aliqui de consuetudine, & not.hoc dictum quòd ius conferen di doctotatum potest consuetudine quæri,simile not. in clemen. dudum de sepultu.per gloss.in uerbo [*Generalibus*] quæ dicit, quòd studium generale potest ex consue tudine haberi.& nota. singulariter illam gloss.& istam, & intelligo de consuetudine tanti temporis,de cuius ini tio memoria non existit,cum istud sit de seruatis princi pi;& ad talia iura pręscribenda requiritur perfactum tempus,ut in capitul.super quibusdam de uerbo.sign.& facit quod nota. gloss.prox. allega. in dicta clementin. 16 dudum. ¶ † Item & tertiò dicit ista gloss. secun dum Hostien.quòd aliqui conferunt doctoratum de iu re communi, ut episcopus cum capitulo. allegat.capit. quia,de magist.dicit tamen ista gloss. quòd illud.capitu. parum facit,maximè ponderata decretali. 2. eodem tit. & sic tacitè sentit gloss.quòd istud non competit episco po de iure communi, licet hoc non firmet. ego tamen firmo per text.in l.magistros. C.de profe.& me. lib.11. & facit quod no.Barto.in l.una.C.de athletis.lib.10. & in dicta.l.magistros.& per eundem Barto.in procemio. 17 ff. ueteris. ¶ † Ad quem deuoluitur potestas doctoran di,suspenso, uel mortuo eo, ad quem hæc potestas in lo co illo pertinet. ¶ Solutio dicit præallega.gloss.final. hic,quòd si hæc potestas competebat ex priuilegio apo stolico, tunc potestas deuoluitur ad papam argument. capitu.quia diuersitatem.de conces.præbend. ego alle go quod in simili legitur & nota. in capitu. uerum. de foro competen.& uidendum est quod ibi dixi. Et idem est secundum gloss.ubi archidiaconus uel alius confer ret de consuetudine uel de iure, quia superior supple ret,secundum gloss.allegatam.capitu.2.prim. responso. eodem titu. Aduerte, quia hæc gloss. non clare loqui tur.nam dum primò dicit, idem esse, cum ex consuetudi ne &cęt.uidetur sentire, quòd potestas etiam hoc casu deuoluitur ad papam,sicut dixerat in præcedenti casu, sed cum postea allegat.capit.2. eodem titu.sentit,quòd quilibet superior suspensi etiam episcopus posset succe dere.ego puto quòd si ista potestas competit soli prin cipi, quòd semper deuoluitur ad principem, siue infe riori competat ex priuilegio, siue de consuetudine, nisi aliud habeat priuilegium. argumen.in capitu. irrefraga bili.§.cæterum, & quod ibi no.de offic.ord.& in capitu. 1.de supplen.negligen.prælato.libr.6.& quod ibi not. 18 ¶ † An suspenso officiali illius, ad quem spectat dare li centiam seu doctoratum, sit suspensus ipse principalis cum deliquerit ipse officialis in ipso officio exercendo, ut in casu huius clemen.gloss.fin.præalleg.in fin. sui di cit, quòd non nisi ipse principalis ratum illud factum damnatum habuisset, argumen.capitu. si compromissa- 19 rius.de elect.lib.6. † Ex qua no.quòd ex delicto commis so per uicarium seu commissarium in officio commisso non uenit puniendus principalis committens nisi deli ctum ratum habuerit.uide ad idem gloss. in capitu.hoc etiam. 2.q. 6. & in l.3.ff.quod quisque iur.limita tamen materiam secundum no.per Bar.in l.1.ff.de pub.& dixi in cap.2.de rest.spo.

DE IVDAEIS ET SARACENIS. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Habitare seorsum, & habitare permixtim, quomodo intelligatur & num.3.*

2 *Saraceni non prohibentur permixtim habitare cum Christianis.*

4 *Comedere cum infidelibus an licitum sit christianis.*

5 *Sarraceni habent duo genera sacerdotum, qui isti sint, ubi habitēt, & quomodo inter se dignoscatur.*

6 *Sarraceni non utuntur campanis, quamuis eas commendent, habent tamen in qualibet mesquita unum ministrum ultra sacerdotem, qui supplet campanarum defectum, & quomodo.*

7 *Sarraceni Maumetum non Deum, sed Dei nuncium dicunt.*

8 *Sarraceni omnes in scutis portant in eorum lingua hæc uerba, Nō est alius uictor, nisi Deus.*

9 *Sarraceni in quinque horis diei, in aurora, in tertijs, in uesperis, in cō pletorio, & crepusculo noctis, faciunt certas genuflexiones, sicut nos de sero facimus ad laudem Virginis.*

16 *Misquitam sarraceni, Iudæi sinagogam, Nos ecclesiam uocamus.*

11 *Sarraceni intrant mesquitam nudis & lotis pedibus, & cum certa deuotione, fœminæ tamen ibi cum maribus non conueniunt.*

12 *Machometus fuit nutritus a quodam clerico nobili romano, qui cum tempore Bonifacii papæ 4. quædam petita impetrare non potuisset, apostatauit a fide.*

13 *Sarracenos coercere spectat ad principes seculares, in quorum dominio sunt, cum non sint creaturæ ecclesiasticæ.*

CAPITVLVM I.

1 Cedit. ¶ † Sarraceni christianis subiecti quando que habitant seorsum a christianis, quandoque uero permixtim. dicuntur autem habitare seor sum, cum totam, unam terram seu uillam tenēt sub prin cipe christiano, uel habent unam extremitatem terræ, uel parochiæ. permixtim uero dicuntur habitare, cum in qualibet parte ciuitatis cohabitāt christiais, & quodli bet istorum fertur esse in aragonia & diuersis terris ispa nię.de hoc est text. hic iuncta gloss.in uerbo seorsum.& 2 in uerbo permixtim. † Ex quibus nota quòd sarraceni non prohibentur permixtim habitare cum christianis. 3 ¶ † Item nota quòd dicitur quis habitare seorsum, cum habitat unam extremitatem terrę, uel parochię per se. & no.pro significatu istorum uerborum, seorsum, & per 4 mixtim. ¶ † An autem sit licitum cum infidelibus co medere.uide bonam gloss.in capit.ad mensam.11.quæ 5 stio.3. ¶ † Sarraceni habent duo genera sacerdotum. Quidam enim sunt uxorati, & manent in mesquitis, ita quòd quælibet mesquita habet unum de istis sacerdoti bus, & unum ministrum. Quidam uero non sunt uxo rati, & relinquunt mundū, & sunt a primis etiam in habi tu diuersi; sicut apud nos religiosi distinguunt a clericis 6 secularibus. uide hic gl.in uerb. [*Zabazala.*] ¶ † Sarraceni non utuntur campanis, eas tamen commendant, sed no lunt habere, ne uideantur imitari christianos, qui in eis habendis præuenerunt. quęlibet tamen mesquita seu ip sorum templum habet ultra sacerdotem unum mini strum qui supplet campanarum defectum.nam in quin que horis ascendit turrim mesquitæ, & incitat populum alta uoce obturatis cum digitis auribus, ut uox fortius resonet, & ueniant ad orationem faciendam in releua tionem peccatorum suorum. Item in sua lingua dicit uer ba hoc sonantia [*Nil aliud posse nisi Deus & machometus eius nuncius.*] † Ex quo not.quòd sarraceni non dicunt Deum 7 machometum, sed Dei nuncium. & de hoc & aliis uer 8 bis uide hic gloss.præallegat. in uerbo [*Zabazala.*] † Om nes milites sarraceni portant in scutis suis in eorum lin gua hęc uerba [*Non est alius uictor nisi Deus*]. Ex quo no ta quòd sarraceni habent milites. hoc ponit gloss.supra 9 proximè allega. ¶ † In quinque horis diei uidelicet in aurora, in tertiis, in uesperis, in cōpletorio, & crepuscu

lo

lo noctis, saraceni faciunt certas genuflexiones. sicut de
sero nos facimus ad laudem uirginis. hoc uoluit gloss.
.præal.in uerbo[*Zabazala.*]Ex qua nota, q genibus flexis
10 debemus de sero dicere, Aue maria &c. ¶† Quod nos
uocamus basilicam uel ecclesiam, saraceni uocant me-
squitam, iudæi synagogam. uide hic gl. in uer. [*Mesquitis*]
quam no. pro differentia tamen inter basilicam, & ec-
clesiam stricte sumendo. uide tex. cum gl. in c. .de relig.
11 dom. ¶†Saraceni intrant misquitam seu templum nu-
dis & lotis pedibus, & cum certa deuotione, & fertur
ab aliquibus, q fœminæ ibi non conueniunt cum mari
12 bus. uide hic gl. i uer. [*Conueniunt.*]† Machometus fuit nu
tritus a quodam clerico nobili romano, qui cum tempo
re Bonifacij papæ 4. quædam petita impetrare non po-
tuisset, appostatauit a fide & nutriuit illum cum quadam
columba alba, quæ accipiebat grana de aure ipsius ita,
q quando uolebat Machometus, columba ponebat in
publico os ad aures eius. & sic dicebat, q spiritus san-
ctus alloquebatur, & instruebat illum, & ille postmo-
dum dedit legem saracenis. uide hic gl. in uer. [*Machome*
13 *tum.*]¶†Coercere saracenos spectat ad principes secu-
lares, in quorum dominio sunt. cum enim nõ sint creatu
ræ ecclesiæ, illos ecclesia non coercet. de diuor. capitu.
gaudemus. ita no. dicit hic gl. fi. quã no. & de iudæ. uide
tex. cũ gl. in c. postul. de iudę. & no. bñ rõnem huius gl.

DE HAERETICIS. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Metæ unde dicatur, & est finis termini, agri, & cuiuscunque rei.*
2 *Indago quid sit,*
3 *Capere, & carcerare differunt. quod nota pro statutis.*
4 *Arestare personam aliquam, & eam capere, differunt.*
5 *Inquisitori sine epõ quæ pmissa sint exercere contra inquirendum.*
6 *Inquisitor hæreticæ prauitatis quæ non possit exercere cõtra inquisitos sine episcopo loci.*
7 *Inquisitor hæreticæ prauitatis & episcopus, an possit unus sine alio ferre sententiam absolutoriam.*
8 *Ieiunia, quæ solent indici inquisitis ad ueritatẽ eruendã, an sint tormẽta ut prohibitus tormentare, sit prohibitus talia ieiunia indicere.*
9 *Ecclesia dicit uacare ad hoc, ut capitulũ exercere possit iurisdõnalia.*
10 *Capitulum an uisitare possit sede uacante.*
11 *Capitulum est necessarius, non uoluntarius, administrator.*
12 *Requisitio extraiudicialis ubicunque a iure requiritur etiam in parem, sufficit unica requisitio.*
13 *Delegatus inferioris a principe licet non possit extraneo committere uices suas, secus tamẽ est, si uult committere collegæ in illo officio.*
14 *Par in parem licet non habeat imperium, potest tamen eum requirere ad effectum constituendi illum in mora.*
15 *Carcer hæreticalis debet habere duos custodes unum ab episcopo, alterum ab inquisitore deputandos diuersam clauem habentes; neque de uno custode possunt episcopus & inquisitor conuenire.*
16 *Custodes hæreticalis carceris, & alii ministri sub qua forma iuramentum præstare teneantur.*
17 *Custodes hæreticalis carceris non possunt officiũ alteri subdelegare.*
18 *Iuramentum corporale ubi requiritur, non sufficiũ sola præsentia, sed requirit tactura. & an sufficiat tangere quãlibet scripturã. nu. 19.*
20 *Prohibitus alicui loqui in secreto sine certæ personæ præsentia non prohibentur illi loqui de non secretis sine illius præsentia.*
21 *Religiosi in sacris constituti possunt officium tabellionatus in causa hæresis exercere, ergo in alijs actibus prohibentur. num. 22.*
23 *Notarius assumptus ad officium in quo notariatum exercere debet, non debet iurare de illo fideliter exercendo, cum iuramentum in creatione præstitum sufficere debeat.*
24 *Constitutio militantis ecclesiæ ligat delinquentem quantuncunque occultè delinquat.*
25 *Episcopus an & quibus casibus possit subditum absoluere a sententia suspensionis, & excommunicationis a canone promulgata.*
26 *Inferior ab episcopo potest in mortis articulo absoluere in casu papæ reseruato satisfactione tamen præmissa, si tempus patiatur.*

CAPITVLVM I.

1 MVLTORVM. ¶† Meta dicitur a metior me-
ritis, & est finis termini, uel agri, uel cuiuscun-
2 que rei. uide hic gl. in uerbo[*Metas.*]¶†Indago
quasi indagatio, inquisitio, uel inuestigatio. de iureiur. c.
3 quanto. post princi. uide hic glo. in uerbo[*Indago.*]¶†Ca-
pere, & carcerare, differunt inter se. sæpe etenim capit,
qui non carceratur, de sen. exc. c. si clericos. uide hic tex.
iuncta glo. in uerbo[*Capere.*]statutum ergo puniẽs incar
4 cerantem, non extendit ad capientem. quod no. ¶†Vtrũ
arrestare personam aliquam, uel eam capere, desferant.
uide hic tex. iuncta gl. in uerbo[*Capere*]quæ uidetur senti
re, q non, ponit enim ista duo pro uno, dum numerat
quinque permissa inquisitori siue episcopo & econtra.
& de arrestatione nullam facit per se mentionem. ut pa-
tet in gl. sequentibus. contrarium sentit Stepha. & cre-
dit q melius. dicit n. q arrestatio fit sine manuum inie-
ctione, puta per præceptum ne domum, uel alium locũ
exeat. & in hoc differt a captione, & nota bene pro ar-
restanda persona. praticatur enim quotidie in curia
5 romana. ¶† Nota ex text. & gloss. & his, quæ proximè
dixi, quinque uel sex permissa inquisitori siue episco-
po, & econtra, & tria prohibita uni sine altero. primum
est citare, secundum arrestare, tertium capere, quartum
torę custodie mancipare, quintum ponere in compedibus
uel manicis ferreis. & in quo differant cõpedes, & mani
cæ. uide hic gl. in uer. [*Manicis*]sextum inquirere ꝯ illos,
de quibus pro hmõi negocio ẽm Deũ & iustitiam uide
6 rit expedire. ¶†Primũ uero prohibitum alteri sine alte-
ro est duro carceri mancipare, q magis ad pœnã, quàm
ad custodiam uideatur, ¶Ex quo singulr nota, q ambo
simul possunt ꝯdemnare ad durũ seu arctũ carcerem ad
pœnam luendam. alibi dr̃, q hoc põt fieri ad pniam pa-
gendã, ita loquit̃ tex. in c. quis. de pœnis. li. 6. sed hic dr̃
de pœna, quod no. quia facit ad multa. Secundũ est tor
mentis subiicere. Tertium ad sñiam ꝯ tales inquisitos ꝓ-
7 cedere. † An autem pro eis possit unus sine altero senten
tiam absolutoriam ferre? uide hic bonam glo. in uerbo
[*Contra eos*] quam nota, quæ concludit q sic. Ex qua sin-
gulariter nota, quòd si alias iudici inhibetur ferre in
certo casu sententiam contra aliquem, non intelligitur
prohibitus ferre sententiam absolutoriam pro illo, &
intellige q ista tria, non possunt alter sine reliquo, nisi
post lapsum octo dierum a tempore requisitionis alte-
8 rius &c. ut in litera plenius dicitur. ¶† An ieiunia, quæ
solẽt indici inquisitis ad ueritatem eruendam, sint tor-
menta, ut sic ꝓhibitus tormẽtare, nequeat talia ieiunia
indicere. uide hic bon. gl. in uerbo[*Tormentis*]quæ cõclu-
dit, q sic, quod probat primò per l. itẽ apud. §. quæstio-
nem. ff. de iniurijs. ubi habetur, q quæstionis uerbo intel
ligimus tormenta corporis, dolores, & malã mansioné.
secundò probat per etymologiam uerbi, dicitur enim
tormentum, quasi torquens mentem; ex quo nota, q ieiu
9 nia possunt indici pro tormentis. ¶† Ecclesia dicitur ua
care quo ad hoc, ut caplm exerceat iurisdõnalia, ẽt qñ
alicui sit ꝓuisum de epatu, qui nondum hẽt lr̃as sup ꝓ-
uisione, quia prouisus non potest ante extractione lra
rum iurisdictionem exercere. ut in extrauaganti bonifa
cii iniunctæ. hoc uoluit gl. hic in uerbo[*Sede uacante*]quã
10 no. ¶† An capitulum possit uisitare sede uacante. uide
hic gloss. notabi. in uerbo [*Capituli.*] quæ ponit opi. con
trarias, & tandem seruando opin. distinguit, quòd uisi-
tationem generalem ciuitatis & diœcesis facere non
12 potest. † & hoc casu procederet opi. Ioan. Mona. qui in
ter cætera allegat pro hac parte unam notabilem ratio
nem, uidelicet quia capitulum est necessarius, non uolun
tarius, administrator; ergo non poterit quod administra
tioni necessariæ non incumbit. & no. singulariter hanc
rationem, quia facit ad multos consimiles casus, nam
ut no. dicit glos. hic materia ista. ut in quibus capitulum
succedit sede uacante, eget in multis articulis declara-
tione; uisitationem autem specialem uel inquisitionem
contra certas personas uel loca põt capitulum facere,
& procedat hoc casu contraria opi. quia talis uisitatio
12 seu inquisitio est necessaria. & hoc bene notabis. ¶ Vbi-

cunque a iure requiritur requiſitio extraiudicialis etiã
in parem ſufficit unica requiſitio.uide hic bo.gl. in uer.
[*Requiſierint*]idem ubi ſuperior habet requirere inferio-
rem.ut no.glo.in uer.ſi epiſcopus. 18.di. ſecus uidetur,
ubi inferior habet requirere ſuperiorem,& eum in mo-
ra conſtituere.ut in c.1.de ſupp.neg.præla.& uide quod
13 ibi no.¶† Quòd licet delegatus inferioris a principe nõ
poſſit extraneo committere uices ſuas,ut in l. a iudice.
C.de iudi.& c.cum cauſa.de appel. ſecus tamen uidetur
cũ ꝯmittere uult collegæ in illo officio. hoc ultimum ui
detur probare tex.hic in uerbo[*Verum.*]Et ſentit aperte
Pau. de Lea. hic.amplius uidetur ſingulariter probare
iſte tex.quòd iſta commiſsio poteſt fieri collegæ in offi-
cio,etiam in cauſa criminali.de quo uide latius hic per
Doc.uide tamen gl.hic in uer.per literas.quæ aperte nõ
tangit dubium,uidetur tamen ſentire contrarium, ſed
14 primum aperte probatur per iſtum tex.¶†Licet par in
partem nõ habeat poteſtatem,& per conſequens ipſum
citare non poſsit, poteſt tamen eum requirere ad effe-
ctum conſtituendi illum in mora.uide hic glo.præal. in
uer.[*Requiſieri*]uide bonam gl.in c.cum cauſa.de of. del.
15 & per Inn.in c.cum nobis,de elec. ¶†Carcer hæretica
lis debet habere duos cuſtodes, quorum unus per epi-
ſcopum loci,reliquus uero per inquiſitorem deputan-
dus eſt;quilibet eorum dẽt hr̃e clauem carceris ab alia
diuerſam.nec poſſunt eps & inquiſitor de uno cuſtode
tenendo conuenire, uide hic tex.in §.ſane.iuncta glo.in
16 uer.[*Duos*]& uide iuri formam præſtãdam per ipſos mi
niſtros in d.§.ſane.& no.ꝙ iſtis cuſtodibus prouidendũ
eſt de ſalario per ipſos iudices,qui eos deputant,ut hic
17 in §.ſane.¶†Electus & deputatus ad cuſtodiam carce-
ris non poteſt officium alteri ſubdelegare,cum ſibi man
detur miniſterium ſine iuriſdictione, in quo uidetur ele-
cta induſtria perſonæ.uide hic tex.iun.gl.no.in uer.[*Sub
delegare*]in §.ſane. in fi.niſi ſibi ſpecialiter permittatur.ut
18 hic.¶†Vbicunque exigitur corporale iurm̃, non ſufficit
19 ſola preſentia,ſed requiritur tactura.† An autem ſufficit
tangere quamlibet ſcripturam.dic ꝙ in iuramentis,quæ
deferuntur a iure,uel a iudice,ſeu parte, ex neceſsitate
requiritur tactura euangeliorum.ut in c. hortamur.4.q.
9.& c.fi.de iura.cal.in aliis autem ſufficit tangere quẽ-
libet librum,ſeu quamlibet ſcripturam,ut interpretatur
italiæ conſuetudo.ubi autem ſimpliciter exigitur iurm̃,
& non fit mentio de tactura corporali,ſatis eſt iurare ſi
ne tactura.uidetur tamen ꝙ plus obliget iuramentum
corporale,quam ſimplex.ar.11.q.5.c.quãto. uide ad om
nia prædicta aliam bonam gl.hic no.ſuper uerbo [*Iura-
bunt alias tacta*]quæ prædicta uoluit in effectu.quam not.
ſemper.& adde ad prædicta aliam bonam gl.in c. ut cir
ca. de ele. li.6.quæ uult,ꝙ ubi diſpoſitio aliqua pro ſo-
lennitate actus exigit iuramentum cum tactura, non eſt
illi ſatiſfactum,ſi fuit præſtitum iurm̃ ſine tactura, uide
20 etiam ad materiam.22.q.1.in ſumma. ¶†Prohibitus ali
cui loqui in ſecreto ſine certæ perſonę præſentia, non
prohibetur illi loqui non de ſecretis ſine illius præ-
21 ſentia.uide hic glo.in uerbo[*Secrete.*]¶† Conſtituti in ſa
cris religioſi poſſunt officium tabellionatus in cauſa hæ
reſis exercere.uide glo.hic in uerbo[*Notarij*] alleg. text.
apertum in c. officium.§.ad conſcribendas.de hære.lib.
22 6.& ex illo text.†& hac gloſſ.nota.in uer. per locum a
ſpeciali.quòd regulariter religioſi & conſtituti in ſacris
nequeunt tabellionatus officium exercere. uide ad ma-
teriam quod not.in capitu.ſicut te.ne cleri. uel mona.
23 ¶†Notarius aſſumptus ad aliquod officium, in quo no
tariatum exercere debet,non tenetur iurare de illo fide
liter exercendo,cum ſufficere debeat primum iuramen-
tum in creatione præſtitum,de reſcr.c.ad audientiam.ui
de hic text.per locum a ſpeciali in §.notarii iuncta glo.
24 in uerbo [*Iurabunt.*] ¶ † Conſtitutio militantis eccleſiæ
ligat delinquentem,quantuncunque occulte delinquat.
licet de tali nominatim non iudicet,ſed habeat eum ꝓ
ſoluto,donec de uinculo conſtiterit. uide hic gl. not. in
25 uerbo[*Eoipſo.*] ¶ † A ſententia ſuſpenſionis a canone ꝓ
mulgata non põt eps ſubditũ abſoluere,ſi talis ſnia hẽt
certum tp̃s determinatum;ſecus ſi ſimpl̃r fuit lata,niſi ſu
perior abſolõnem ſibi reſeruaſſet.& ſic idẽ in ſuſpenſio
ne,qđ in excõicatione,ubi ſuſpenſio non eſt lata ad cer
tum tp̃s,uide hic gl.ſingularẽ in uer. [*Excommunicationis.*]
26 ¶†In mortis articulo poteſt inferior abſoluere in caſu
papæ reſeruato ſatiſdatione tñ p̃miſſa.ut hic in fi.lr̃a.ꝗ
tñ limita,ut hic no.in gl. & tũc uidelicet, ſi peccator ſa-
tisfacere põt,& ſatisfacere uult cum effectu,& tẽpus ſa-
tisfaciendi patitur.alias ſufficit p̃ſtare cautionem de ſa-
tisfaciendo.& no.gl.iſta in prin.q̃ apertè ſentit, ꝙ ubi-
cunque abſolutio reſeruat̃ papæ;dẽt intelligi,niſi in mor
tis articulo.ille.n.caſus ſemper excipitur,ſm̃ glo. hic in
princi. pro hoc facit,quia in neceſsitate prodeſt confite
ri etiam laico.ut in c.quem pœnitet.de pœ.di.1.no.gl.
in c.paſtoralis.§.præterea.de offi.ord.& hoc not.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio ſi contineat uerbum,ex nunc,incipit ligare a tempore pu-
blicationis,non expectato duorum menſium lapſu,quod alias regu-
lariter præfigitur,quod intellige,ut contrafactum non ualeat,non
autem ut ignorantes obligentur ad culpam.*
2 *Ex nunc,deinceps,& ſimilia,faciunt apparere de mente principis,qui
uelit ſuam conſtitutionem illico ligare.*
3 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis debent attigiſſe 40.ann. etiam ſi de-
putentur per prælatos prouinciales,uel miniſtros alios,uel epos.*
4 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis ſi de facto minoris ætatis 40.ann.
fuerint deputati,an talis commiſſio ualeat?*
5 *Diſpoſitio ſi aliquid prohibet non appoſito decreto irritante, an actus
in contrarium geſtus teneat?*
6 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis poteſt nedum citationes,ſed ſententia-
rum probationes committere,& totam cauſam , & uicarium,ſeu
ſubſtitutum dare.*
7 *Delegatus principis poteſt delegare cauſam etiam criminalem.*
8 *Delegatus ad uniuerſitatem cauſarum poteſt nedum unã cãm delega-
re,ſed etiam ſubſtitutum ad illam uniuerſitatem deputare,retenta
ſibi poteſtate reuocandi.*
9 *Conſtitutio permittens aliqua fieri, non uidetur negare de reliquis in
materia permiſſiua,& indifferenti,ſecus in negatiua.*
10 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis & epiſcopus licet non ualeant illicitis
modis prætextu officii exigere pecunias , pœnas tamen pecuniarias
fiſco applican.imponere & exigere poſſunt.*
11 *Pecunia ſi prohibetur illicite exigi,pecunia capitur largè,licet conſti
tutio ſit pœnalis.*
12 *Eccleſiarum bona licet capi aut confiſcari non dẽant ob delictũ cleri-
corum,bona tamẽ ipſorũ ex iuſta cã capi & cõfiſcari non p̃hibent.*
13 *Eccleſiarum bona ubi capi prohibentur,non autem propria clericorũ,
non poſſunt capi bona,quæ monachus acquiſiuit intuitu perſonæ.*
14 *Eccleſia dicitur habere fiſcum,cui bona confiſcanda acquiruntur.*
15 *Inquiſitor licet poſſit ex cauſa remoueri ab officio & corrigi a ſuo præ
lato,facta tamen uirtute officii non poteſt alterare , ſed recurren-
dum eſt ad papam,a quo dependet immediate inquiſitorũ iuriſdi.*

CAPITVLVM II.

1 NOLENTES. † Si in conſtitutione p̃ponitur
uerbum exnunc,incipit ipſa ꝯſtõ ligare a tp̃e ip
ſius publicationis,non expectato duorũ menſiũ
lapſu, qui aliàs regulariter p̃figunt̃; quod intellige quo
ad hoc, ut ꝯ̃factum non ualeat,nõ aũt quo ad hoc ꝙ ꝯ̃fa
cientes hoc ignorantes obligati ad culpã ſint. uide hic
2 gl.no.quã ſemper tenebis menti in uer.[*Exnunc*]† ex qua
hẽs,ꝙ ex quo apparet de mẽte principis ꝑ uerbum,ex-
nunc,uel ꝯſilẽ,ꝙ uelit ſuam ꝯſtõnem illico ligare, actus
in ꝯ̃rium geſtus ẽt ab ignorante eſt nullus,& ꝯ̃faciens il
lico obligatur ad culpam,niſi probabil̃r ignorauerit, ta
citè. n. excuſatur a culpa,ſed actus remanet nullus.& ꝓ
hoc facit, q̃a decretũ irritans ligat ẽt ignorantes, quo
ad actus nullitatẽ,ut in c.dudũ,de p̃b.li.6.& in cle.eum
ꝗ,de ꝓceſ.p̃b.& no.ex gl.p̃all.ꝙ idem eſt dicere exnunc,
ꝙ deinceps.& uide de dictione,exnunc,gl.in c.quàm ſit.
3 & c.cupientes in uer.[*Exnunc*]de ele.li.6. ¶†Inquiſitores
hr̃ticæ prauitatis dẽnt attigiſſe.40. annũ, ẽt ſi deputent̃
ꝑ p̃latos ꝓuiciales,uel miniſtros illorũ ordinũ,qb' depu
tatio

tatio talium a sede apostolica est cōmissa, idem de deputandis per epm, uel sede uacante per capitulum. uide hic tex.in 1.rñso iuncta gl.super uer. [*Committi.*] ¶ † Quid autem si ꝯ fiat, nunquid teneat commissio. uide gl. præal. quæ arguit pro & ꝯ. uidetur tñ concludere, ꝙ committētes transgredientes hoc statutum sunt puniendi, de quo remittit ad gl.in c.gñali.de ele.li.6. & ꝙ licet hic nō apponatur decretum irritans, uidetur tñ ꝙ si non ualeat cōmissio, adducit tamen pro & ꝯ.de elec.c.licet canon, li. 6.& quod ibi no.in gl.2. quam uide & no. singulr illam gl.& istam † ad sciendum gñaliter, quando aliquid prohibetur non apposito decreto irritante, an actus in ꝯrium gestus teneat, & uide ad materiā gl.pleniorem in regula quæ ꝯ ius fiunt, de re.iu.li.6.& 10.di.c.uides, & de spon. duo.c.fi.¶ † Inquisitor hæreticæ prauitatis potest nedum citationes & sniarum prolationes committere, ut hr, in c.ut commissi.de hære.li.6.sed ēt ad totam causam pōt dare gñalem commissarium, quem appellamus uicariū, seu substitutum, ut hic & s.cle.proxima nec obst.dictum c.ut commissi.quod solum ꝑmittit de duobus, quia affirmatiuè, non autem negatiuè.hoc uoluit gl. hic in uer.[*Ipsorum*] quā no. singulr ad tria.† Primò ꝙ delegatus principis potest subdelegare cām etiam criminalem. † Scdò ꝙ delegatus ad uniuersitatem cārum pōt nedum unam cām delegare, sed ēt substitutum gñalem ad illam uniuersitatem causarum deputare retenta sibi ptāte reuocandi. † Tertiò ꝙ licet constitutio permittat aliqua fieri, non tamen uidetur negare de reliquis, ex quo loquitur affirmatiuè, quod ego intelligo uerum in materia permissiua, secus si materia esset negatiua, per no.in c.2.de transl.pla. & hic in gl.idē puto si materia esset indifferens per rationem hic positam.nam ex ꝯtōne permissiua non infertur negatiua in aliis, & sic potest intelligi ista glo. bene no. ¶ † Licet eps, seu inquisitor hæreticæ prauitatis, non ualeat exigere prætextu officii illicitis modis pecunias, pœnas tamen pecuniarias applicandas fisco non prohibetur imponere & exigere, argum.in l.illicitas.ff.de offi. præsid.& probatur hic satis a contrario maxime.in uerbo [*Nec scienter*] uide hic gloss.in uerbo [*Illicitis*] & in uerbo [*Ecclesiarum.*] ¶ † Cum pecunia prohibetur illicite exigi, uerbum pecunia capitur large, prout habetur.1. q. 3.p totum. licet constitutio sit pœnalis. uide hic tex.iuncta gloss. in uerbo [*Pecuniam.*] † Licet bona ecclesiarum non debeant capi seu confiscari ob delictum clericorū, ut hic in text. bona tamen propria ipsorum clericorum capi & confiscari ex iusta causa non prohibentur. uide hic text.iuncta glo.in uerbo [*Ecclesiarum.*] ¶ † Vbicunque prohibentur capi bona ecclesiarum & non propria clericorum non possunt capi bona, quæ monachus acquisiuit intuitu personæ, licet illa acquisierit dum præesset administrationi ecclesiæ secularis. quia illa sunt ecclesiæ, & non personæ acquisita.ut in cap. uno. 18. q. 1. ¶ † Ecclesia etiam dicitur habere fiscum, cui bona confiscanda acquiruntur.uide hic tex. optimum iuncta gloss. in uerbo [*Ecclesiæ.*] & per glo.in capitu. quia diuersitatem. de concessio.præben. ¶ † Licet prælatus inquisitoris, ut puta prouincialis, possit ex causa illum ab officio amouere, ut hic patet, iurisditio tamen inquisitoris non ab ipso prælato, sed a papa immediate dependet; solus autem actus committendi uel remouendi pendet penes illum, ut patet in priuilegiis officii.ex quo sequitur quòd iste superior, qui potest amouere & corrigere amotum, non potest corrigere uel alterare facta per illum uirtute officii, sed recurrendum est ad papam, a quo habetur immediate iurisditio.uide hic gloss.in uerbo [*Amouere*] & pro hoc ultimo uide bonum text.& quod ibi no. in c. per hoc, de hæreti.lib.6.

S V M M A R I V M.

1. *Secta est habitus animorum & propositum in malum circa falsam disciplinam; & unde dicatur.*
2. *Ioan. Andr. studuit in sacra pagina.*
3. *Nemo in hac uita potest esse impeccabilis, & contrarium dicere, est hæreticum, secundum Dei potentiam absolutam.*
4. *Virgo beata, & Io. apostolus miraculose in hac uita peccare non poterant ex speciali priuilegio diuinitus eis concesso.*
5. *Charitas in quibusdam est perfecta, sed perfectissima in hac uita haberi non potest, & contrarium dicere, est hæreticum.*
6. *Finiti ad infinitum nunquam est fienda æquiparatio.*
7. *Perfectionis quocunque gradu quis non absoluitur a ieiuniis, uel aliis ecclesiæ præceptis.*
8. *Apostoli non ieiunabant in præsentia Christi, & quare.*
9. *Homo in quocunque perfectionis statu sit, debet semper orare, ut diuina uirtute perseueret, ad quā perfectionē uirtus ꝑpria nō sufficit.*
10. *Sensualitas est uis animæ appetens desiderabilia corpori, & refutans nociua, & hanc dicimus animam sensitiuam.*
11. *Natura multas nobis dedit blandicias, quas plerunq; uirtus cohibet.*
12. *Ecclesia una dicitur, quia in uniuersali ecclesia est unum caput supremum, cui omnes de ecclesia obedire tenentur, scilicet papa.*
13. *Ecclesia militans quomodo diuinitus sit exēplata ab ecclesia triūphāti.*
14. *Vbi spiritus domini, ibi libertas. quomodo intelligatur.*
15. *Homo mortalem uitam agens per Dei etiam potentiam absolutam non uidet posse obtinere omnem gradum perfectionis beatificæ.*
16. *Beatitudo essentialis, quæ consistit in perfecta uisione dominicæ essentiæ, speciali priuilegio Moysi, & Paulo fuit concessa tanquam futuris doctoribus gentium.*
17. *Virtutum moralium duo sunt genera, nam quædam sunt modificatiuæ, & aliæ purgatoriæ passionum in sensualitate hominis insurgentiū, quæ sunt beatorum tantum.*
18. *Osculum mulieris ex causa libidinosa est peccatum mortale, etiam si natura ad hoc inclinet, & dicere contrarium, est hæreticum.*
19. *Fornicatio simplex est peccatum mortale, quantunque natura ad illā inclinet, & contrarium dicere, est hæreticum.*
20. *Peccatum mortale dicitur dupliciter, uno modo secundum suam speciem, & tunc potest non esse peccatum; alio modo ex inordinata & mala causa, & semper est mortale.*
21. *Consensus deliberatus in actu peccati mortalis est mortale, sed etiam in delectationem ei annexam.*
22. *Eucharistiam sumere quantuncunque perfecti tenentur nedum ecclesiæ, sed etiam Christi præcepto.*
23. *Notarius assumptus ad officium, in quo notariatum exercere debet, non debet iurare de illo fideliter exercendo, cum iuramentum in creatione præstitum sufficere debeat.*
24. *Confitō militantis ecclesiæ ligat delinquētē qñcūq; occulte delinquat.*
25. *Episcopus an & quibus casibus possit subditum absoluere a sententia suspensionis, & excommunicationis a canone promulgata.*
26. *Inferior ab episcopo potest in mortis articulo absoluere in casu papæ reseruato, satisfactione præmissa, si tempus patiatur.*

C A P I T V L V M I.

AD NOSTRVM. † Secta per c.scripta, dr a seco secas, uel a sequor sequeris.& ꝑprie est habitus aiorum & propositum in malum circa falsam disciplinam, inde tales dicunt secti & diuisi ab unitate fidei & ecclesiæ; interdū sumitur in bonam partē. C. de pac.l.fi.in fi.per.p.uero scripta designat clausuram. ut in cle.ne in agro post princi.de statu regu.uide hic bonā glo.in uersi.[*Septa.*] ¶ Quod Io.And.studuit in sacra pagina, nō tñ multum, uide hic gl.in uer.1. uidelicet.¶ † Nemo in hac uita potest ſm legem cōem esse impeccabilis; & ꝯrium dicere, est hæreticum. secus est ſm Dei potētiā absolutam, & hoc priuilegiū credit beatæ uirgini esse traditum.in alio aūt seculo per beatificam Dei uisionem efficit quis impeccabilis, & hoc cōiter datur beatis, hoc uoluit gl.hic in uers.[*Impecabilis*] tu uide tex. ꝑ primo & scdo dicto in c.2.de ꝑse.di.4.& ibi gl.not.dicit, ꝙ beata uirgo & Io. apostolus miraculosè peccare in hac uita non poterant ex spāli priuilegio diuinitus eis concesso. ¶ † Charitas in quibusdā est ꝑfecta, sed perfectissima in hac uita haberi non pōt; & ꝯrium dicere, est hæreticum. uide hic tex.iuncta gl.in uer.[*Non ualebit.*] ¶ † Et quantuncunque quis efficiatur ꝑfectus, non posset peruenire ad perfectionem Christi, quia nunquam est fienda æquatio finiti ad infinitū, ut hic in tex.iuncta gl.in uer.[*Perfectior*] ¶ † Per nullum ꝑfectionis gradū quis absoluitur a præcepto ieiunii, uel aliis præceptis ecclesiæ; unde semper manet obedientia inferiorū ad superiores. quantuncunque

enim quis ſit perfectus, ſemper ſuo ſuperiori obedire te
netur. hinc Paulus apoſtolus licet perfectiſsimus, per
ieiunia & corporalia exercitia caſtigabat corpus ſuum,
8 dicens [*Caſtigo corpus meum, &c.*] † apoſtoli autem non ie-
iunabant in præſentia Chriſti, quia cum adhuc eſſent
imbecilles in corporali præſentia Chriſti magis erant
fouendi dulcedine, quàm exercendi auſteritate ieiunij,
ſecundum Ioan. Chryſo. hoc uoluit in effectu gloſſ. hic
9 in uerbo [*Sed quòd ieiunare.*] † ¶ Quantuncunque homo
in ſtatu huius ſeculi perfectus ſit, debet ſemper orare, ut
diuina uirtute perſeueret in illa perfectione, ad quam p-
ſeuerantiam propria uirtus non ſufficit; unde omnibus
uiatoribus quantuncunque perfectis dicere incumbit
ex Dei præcepto Matthei. 6. [*Et ne nos inducas in tentationem*]
& reliqua contenta in oratione dominica. hoc dicit Au-
gu. in lib. de perſeuerantia. & glo. hic in uerbo [*Orare*] &
10 ſatis innuit hic tex. ¶ † Senſualitas eſt uis animæ appe-
tẽs deſiderabilia corpori & refutans nociua. & hanc dici
mus animam ſenſitiuam. de qua uide ſupra de ſum. tri. c.
11 1. 2. reſponſo. ¶ † Ea, quæ uoluntas ſibi uendicat honeſte,
plerũque negamus admittere, dedit nobis multas natura
blandicias, quas plerunque uirtus cohabitet. & Ouidius
epiſtolarum. [*Eſt uirtus placitis abſtinuiſſe bonis*] uide gloſſ. in
12 uerbo [*Placet.*] ¶ † Ideo eccleſia una dicitur, quia in uni
uerſali eccleſia eſt unum caput ſupremum, cui omnes de
eccleſia obedire tenentur, ſcilicet papa, & hoc ſtatuente
13 omnium cõditore. † eccleſia enim militans eſt diuinitus
exemplata ab eccleſia triumphante; ut in auctoritatibus
hic in gl. poſitis. unde ſicut in eccleſia triũphanti eſt unus
princeps ſupremus, cuius obedientiæ tota eccleſia perfe
ctiſſime eſt ſubiecta, ſcilicet Deus; neceſſario ſequitur, ꝙ
toti eccleſiæ militanti unus debet præeſſe, ſcilicet papa,
cuius præceptis omnes obedire tenentur. & eſt hoc de
neceſſitate ſalutis, ut in extrauaganti Bonifacii unã ſan-
ctam. & fortius obedire tenentur hi, qui ſunt perfecti. 22.
q. 2. cap. ne quis. hæc, & ſimilia, uide per gl. ualde not. in
uer. eccleſiæ. & aduerte quia gloſſ. hic dicit, papam eſſe
caput eccleſiæ, alibi dicit, quòd Chriſtus eſt caput, papa
autem eſt uicarius Chriſti, de quo uide glo. in clemen. ne
romani. de elect. in uer. non conſonam. & illa uerior ſtri-
cte ſumendo caput. Item no. gl. præal. ad aliud, quòd pa-
pæ tenetur obedire tota eccleſia militans, & ſic non tan
14 tum ſingulares perſonæ de eccleſia. ¶ † Not. intellectum
ad illam auctoritatem [*Vbi ſpiritus domini, ibi libertas*] intelli-
gitur enim de libertate a ſeruitute peccati, non a ſeruitu
te, qua uiri quantuncunque perfecti ſunt aſtricti prælatis
eccleſiæ, uel ſecularibus principibus. nã ſeruitus, qua ho
mo ſubiicitur homini, ad corpus pertinet, non ad ani-
mam, quæ manet libera; licet ergo in hoc ſeculo per gra
tiam a defectibus animæ liberemur, non tamen a defecti
bus corporis, quod patet per epiſtolam ad Romanos 7.
Filij ergo Dei per gratiam licet ſint liberi a ſpirituali ſer
uitute peccati, non tamen a corporali, qua eccleſiaſticis
ſeu temporalibus dñis ſunt aſtricti. de his uide hic no. in
uer. [*Libertas*] uide ad materiam iſtam per Inn. in c. paſto-
15 ralis. de of. or. ¶ † Quòd homo mortalem uitam agens ẽt
per Dei potentiam abſolutam non uidet poſſe obtinere
omnem gradum perfectionis beatificæ, loquendo de bea
titudine accidentali. Ratio, quia ad illius perfectionis
beatitudinem pertinet perfecta impaſsibilitas & glori-
ficatio, quæ in hoc ſeculo haberi non poſſunt. & etiam ſe
cundùm legem communem, qua Deus beatificat homi-
nem, nullus poteſt eleuari ad Dei eſſentiæ uiſionem, niſi
totaliter moriatur, uel niſi ſic abſtrahatur a ſenſibus cor
poris, quòd neſciat an ſit in corpore, uel extra corpus, ſi-
16 cut accidit paulo. † Item per Dei potentiam abſolutam
& ipſius ſpãle priuilegium poſſet quis finalem beatitudi-
nem conſequi ſm omnẽ gradum beatificæ perfectionis,
& hoc quantum ad eſſentialem beatitudinem, q̃ conſiſtit
in perfecta uiſione dñicæ eſſentiæ, & ſm quoſdam in per
fecta Dei dilectione & fruitione. ad hoc inducitur illud
Aug. in li. de uidendo Deum, ad paulinũ dicentis, ꝙ moy
ſes ex Dei ſpeciali priuilegio adhuc mortalem uitã agẽs
Deum per eſſentiam uidit, tanq̃ futurus iudæorum do-
ctor. unde num. 12. palam, & non p enigmata, uidit Deum,
& facie ad facie locutus eſt ei. & 7, q. 1. c. Moyſes ubi de
hoc. Et Paulus idem priuilegium habuit, tanq̃ futurus
doctor gentiũ. unde dicit ſecundo ad chorin. 12. ſe raptum
in paradiſum Dei, ex quo infert Deum per ſuam poten-
tiam abſolutam poſſe oẽm perfectionẽ beatificæ uiſio-
nis & fruitionis puræ creaturæ poſſibilem eidem cõica-
re. Perfecta beatitudo conſiſtit in uidendo Deum, per eſ
ſentiam illam tñ nulla creatura uidere põt, niſi Deo hoc
faciente. & iõ ſine gratia diuina nemo põt peruenire ad
17 beatitudinem. uide hic glo. in uer. [*Quinto.*] ¶ † Duo ſunt
gña moralium uirtutum, quædam. n. ſunt modificatiuæ
paſſionum inſurgẽtium in ſenſualitate hominis, uel actio
num occurrentium homini, ſicut temperantia modifi-
cat delectationem in cibis, & fortitudo terrores, & ſic
de aliis. Et iſtæ dicuntur purgatoriæ, quia ſunt hominum
nondum purgatorum a paſsionum inſultibus. & per con
ſequens non ſummæ perfectorum, ſed ad id toto cona-
tu tendentium. Aliæ uero ſunt non regulantes paſſio-
nes ſenſualitatis, ſed ſolum tenentes animam hominis
in Deo & ſumma perfectione, ut per temperantiam ter
renas concupiſcentias ignoret, per fortitudinem paſſio
nes neſciat, per prudentiam ſolis diuinis intendat. Et
hæ uirtutes dicuntur animi purgati, quia ſunt ſolum to-
taliter purgatorum a paſsionum moleſtijs, quod eſt ſo-
lum beatorum, uel paucıſsimorum in hac uita perfecto-
rum. Item quòd perfecti perfectione neceſſaria ad ſa-
lutem non licentiant a ſe uirtutes, etiam in actu; imo ſe
exercent in actibus uirtotum moralium. uide de his lon-
18 ge plenius hic per glo. in uer. 6. ¶ † Mulieris oſculum ex
cauſa libidinoſa eſt peccatum mortale, etiam ſi natura
ad hoc inclinet; & dicere contrarium, eſt hæreticum.
19 uide hic text. in uerſi. [*Septimo.*] † Et idem dicendum quo
ad actum carnalem, ut in eod. uerſicu. Et ſic habes ex-
preſſe quòd ſimplex fornicatio eſt peccatum mortale,
quantuncunque natura ad illam inclinet, & contrarium
dicere, eſt hæreticum. & uide etiam glo. in uer. ſeptimo.
& ſequenti. & facit 32. quæſtio. 4. capitu. meretrices, &
20 ex præalleg. text. & gloſſ. ſuper uer. [*Septimo.*] ¶ † Nota
quòd peccatum mortale dicitur dupliciter. Vno modo
ſecundum ſuam ſpeciem, ut furtum, adulterium, periu-
rium, & ſimilia; de iureiuran. capit. & ſi Chriſtus, uer. quæ
dam. & hoc modo, oſcula, tactus, uel amplexus, non ſunt
mortalia, cum poſsint abſque libidine fieri, uel ex con-
ſuetudine regionis, uel propter pacem, uel aliam neceſ-
ſariam, & rationabilem cauſam. Alio modo dicitur mor
tale procedens ex inordinata & mala cauſa ſicut dare
21 eleemoſynam pauperi, ut inducatur in hæreſim. † Item
not. ex eadem glo. quòd non ſolum deliberatus conſen-
ſus in actu peccati mortalis eſt mortale, ſed etiam in de
clarationem ei annexam, ſecundum Augu. & alios theo
logos & per conſequens conſenſus deliberatus in actu
luxuriæ, & delectationis ei annexæ, eſt mortale. Ex quo
concluditur, quòd oſcula libidinoſa, amplexus, & ta-
ctus, quæ fiunt propter huiuſmodi delectationem, ſunt
moralia; nec mirum, cum illud idem dicatur de libidino
22 ſo aſpectu. 32. quæſtio. 5. c. nec ſolo. & c. ſequenti. ¶ † Sed
non ſolum per præceptum eccleſiæ, de pœniten. & re-
miſſio. capitu. omnis. ſed etiam per præceptum Chriſti,
omnes quantuncunque perfecti tenentur determinato
tempore ſumere corpus Chriſti. Ioan. 6. [*Niſi manducaue-
ritis carnem filij hominis, & biberitis ſang. &c.*] uide hic gl. in uer.
23 [*Octauo.*] † Ex qua collige, quòd etiam laici tenentur de
iure diuino ſumere corpus Chriſti. Sed an ſufficiat illo
iure diuino ipſis laicis ſumere ſpiritualiter, uide tex. cum
gloſſ. in cap. credere, de conſecra. diſtin. 2. nam poteſt il-
la auctoritas Ioan. intelligi. de ſpirituali manducatione.
ut Auguſti. aperte ſentit in dicto capitu. credere. & Hie-
ro.

24 ro, in capitu. dupliciter ea. distin. ¶ † Propago propaginis est uitis extensa sub terra. Item alicuius progenies uel prosapia. reperitur etiam propago propagas quod respicit producentem &c. uide hic gloss. in uersi. propagentur.

DE HOMICIDIO. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Furore quamdiu quis laborat continuo, uel per interualla, & pupillus pati possunt iniuriam, sed non facere, quia quadrupedi, uel tegulæ æquiparantur.

2 Furiosus sicut non testatur, ita nec religionem profitetur, nec baptismum recipit, nec irregularitatem incurrit.

3 Dormiens offendendo aliquem, an & quibus casibus sit in culpa, peccet, & puniri possit.

4 Irregularitatem non euitat, qui cum fugiendo potest euitare mortem, mutilat seu occidit aggressorem.

5 Pœnam ad euitandam an quis fugere teneatur.

6 Mutilatio quo ad irregularitatem contrahendam æquiparatur homicidio.

7 Mutilatio quid sit.

8 Occiderit an quis ad sui defensionem, si dubitatur, dicto occisoris non statur in foro contentioso, & quid in pœnitentiali.

9 Occidens aliquem ad defenssionem filii, fratris, seu alterius cuiuscunque pro uita illi saluanda, quæ aliter saluari non poterat, efficitur irregularis.

10 Occidere pro sua defensione quis potest sine metu irregularitatis aggressorem suum nedum tenendo arma sed etiam uibrando contra eum.

CAPITVLVM I.

1 SI Furiosus. † Quādiu quis laborat furore continuo, uel per interualla, pati potest iniuriam, sed non facere. & quòd per eum sit perinde habetur, ac si casu aliquo accidisset sine facto personæ, nec tenetur aquilia, si damnum dederit; sed est perinde, ac si quadrupes fecisset, uel regula cecidisset, ff. ad l. aquil. l. & si quæcunque, & idem dicendum in infante, & reddit lex rationem; quia alterum excusat innocentia consilii, alterum fati infœlicitas, satis enim suo furore punitur, ff. 2 ad l. pompe. de parri. l. pe † sicut ergo furiosus non testatur, C. qui testa. fa. poss. l. furiosum, nec religionem profitetur. 17. q. 1. c. Gonsaldus, nec matrimonium contrahit, de spō. c. dilectus. nec baptizat, de hoc. 1. q. 1. c. ecce. nec baptismum recipit nisi in casu, de bap. c. maiores. ita nec occidendo irregularitatem incurrit ut hic. hæc om3 nia colligit hic gloss. 1. cum suis allegationibus. † & aduerte quia de dormiente nihil dicit extra casum positum in tex. sed ego puto idem in omnibus prædictis, in infante, & furioso, cum ratione æquiparationis hic factæ, argu. l. non possunt, ff. de leg. & capitu. cum dilecta, de confir. uti. tum quia dormiens dat operam rei licitæ, & in nulla culpa reperitur, cum inquitati non consensit: sed tu cogita, quid si iste erat solitus quandoque nocere dormiendo, & de hoc erat aduisatus, nunquid erat culpa, in eo, quòd non aduisatum fecit ignorantem, qui secum uoluit dormire? cogita, quia non uidetur sine culpa, argu. eius quod dicimus in ebritate, quòd si assidua sit, est peccatum mortale. 25. distinct. §. alias ea demum. & in eo, qui debet aduisare transeuntes per uiam, 4 cum aliquid ex alto iactat. 50. distin. c. 1. ¶ † Si quis fugiendo seu clamēdo potest euitare mortem propriam, non euitat irregularitatem, si suum mutilat seu occidit aggressorem, uide hic tex. iuncta gloss. in uerbo [*Non ualens*] & sic not. casum, in quo tenetur quis fugere, scilicet ad euitandum irregularitatem, quæ contrahitur sæ5 pe sine culpa, & ex merito, ut in iudice, 5 1. dist. c. 1. † Sed an ad euitandam pœnam teneatur fugere si posit, uariè fueruat opi. de quibus in l. 1. C. unde ui. & ibi tenet Bar. quòd non tenetur fugere, ibi uide quod dixi in. c. 6 olim il. 1. de restitutio. spolia. ¶ † Mutilatio quo ad irregularitatem contrahendam, æquiparatur homicidio, & est tex. hic iuncta gloss. in uerbo [*Mutilet*] & 55. distin. 7 capitu. si euangelica. † & dic, quòd mutilatio est detruncatio alicuius membri, iuxta ea quæ dixi in capitu. 1. qui cle. uel. uo. & ibi not. quòd si membrum est debilitatum, sed non detruncatum; & multi concludunt, quòd tunc non contrahitur irregularitas, & facit pro hac opi. 1. quæstio. 1. c. sicut urgeri, & quod not. Inno. in capitu. ad audientiam, de homici. ubi not. dicit, quòd in 8 dubio debemus euitare irregularitatem. ¶ † Si dubitabatur, an quis alium occiderit ad sui defensionem, non debet stari in foro contentioso dicto ipsius occisoris, sed per circunstantias occurrentes iudicari oportebit, licèt in foro pœnitentiali credatur hoc asserenti, de homici. capitu. significasti. hic not. dicit hic gloss. in uerbo [*Non ualens*] dic tamen tu, quòd in dubio præsumitur contra accisorem, qui rem illicitam in se exercuit, unde dicenti se occidisse ad sui defensionem incumbit onus probandi, quòd fecerit ad sui defensionem; & capitur confessio in illa parte, quæ facit contra se, & reiicitur ratione prædictæ præsumptionis, quatenus facit pro se, ita not. uoluit Bart. in l. aurelius. §. idem quæsiit. ff. de lib. leg. uide per Ioan. Andr. in mercur. facit quod in simili not. in capitu. cum uenissent, de Institu. & ibi dixi. 9 Occidens aliquem ad defensionem filii, fratris, seu alterius cuiuscunque etiam pro uita illius saluanda, quæ aliter saluari non potest, efficitur irregularis; euitatur enim irregularitas solum, quando occidit ad sui defensionem, mortem aliter uitare non ualens, uide hic tex. iuncta gloss. in uerbo [*Suum*] euitatur tamen in primo casu excommunicatio, quia non præcedit in illo diabolica suasio, quæ requiritur ad excommunicationem capitu. si quis suadente, incurrendam; sed irregularitas causatur sine culpa etiam ex merito, ut in iudice, & hoc uo10 luit gloss. præallega. quam not. ¶ † Pro defensione propria potest quis etiā sine metu irregularitatis suum aggressorem occidere, uel mutilare nedum tenendo ensem seu gladium contra aggressorem, sed etiam uibrando cōtra illum, uide hic gloss. fin. quam tene menti.

DE VSVRIS. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Mutuo recipiens pecuniam quamuis naturaliter mutuanti obligetur ad antidota, & sic ad mutuandam & similem quantitatem, non potest tamen id deduci in pactum, alias esset usura.

2 Statutum, ut quis teneatur ad antidora, non ualet.

3 Constitutio antiqui iuris declaratoria non extenditur ad præterita quo ad pœnam, quæ de nouo imponitur.

4 Argumentum ex statuto a contrario sensu non sumitur contra dispositionem iuris communis.

5 Clausula, sententiam excommunicationis incurrant, facit ut in contrafacientem feratur incontinenti excommunicatio.

6 Codicis appellatione uenit quilibet liber, licèt sit speciale nommen unius libris iuris ciuilis.

7 Rationis editio qualiter diuersis actionibus petatur.

8 Librum rationum quando quis conficere teneatur, & quid si non confecit.

9 Vsurarius uel eius hæres quando rationum librum edere teneatur.

10 Libris usurariorum creditur, quatenus faciunt contra eos, non autem pro eis.

11 Libris priuatis non creditur, nisi contra conficientem

12 Vsurarius an possit præcise compelli ad librum rationum edendum, & quibus remodiis.

13 Excommunicatio est mucro episcopalis, qua nulla est maior pœna in ecclesia.

14 *Iudæus ſuper uſuris poteſt compelli ad edendum rationum librum, etiam per cenſuram indirectè.*
15 *Diſpoſitio ſuper materia tam chriſtianis, quàm iudæis proportionabili extenditur ad iudæos, licèt nulla de eis fiat expreſſa mentio.*
16 *Librorum edendorum prouiſio contra uſurarios edita, extenditur ad ipſorum hæredes in materia proportionabili.*
17 *Vſurarius uel eius hæres ſi dicant, ſe librum non habere, uel perdidiſſe, eorum aſſertioni etiam cum iuramento non creditur, hæredi tamen bonæ uitæ fama committante ſtatur cum iuramento.*
18 *Hæreticus quis ſit, & tam largè, quam ſtrictè.*
29 *Iudæi aſſerentes uſuram non eſſe peccatum non ex hoc incidunt in hæreſim, ut per eccleſiam puniri poſſint, niſi inter chriſtianos talia dogmatizarent.*

CAPITVLVM I.

1 EX graui.† Quamquam recipiens pecuniam mutuo ſit naturaliter obligatus mutuanti ad antidora, & ſic ad mutuandum aliam ſimilem quantitatem illi mutuanti, non tamen poteſt hoc deduci in pactum, eſſet enim uſura, quia mutuans nullam ſpem debet ha-
2 bere alicuius lucri, de uſuris c. cõſuluit:† nec ualeret ſtatutum hoc dictans, etiam ſi diſponeret, ut repetens uſuras in foro eccleſiaſtico teneatur tantam quantitatem
3 mutuare ipſi mutuãti. uide hic gl. in uerbo [*Onera*] ¶† Cõſtitutio iuris antiqui declaratoria non extenditur ad pterita quo ad pœnam, quæ de nouo imponitur, ſed ſolũ ad futura, uide gl. in uerbo [*Decætero*] & p doc. in c. cum tu
4 eo tit. & in c. ſi. de conſti. ¶† Statutum diſponens, ꝙ nemo recipiat ultra duos denarios pro libra in menſe, nõ uidetur cõcedere & permittere, ꝙ in illa uel minori qͣtitate poſſit fieri exactio, & per conſequens ſtatuentes nõ incidunt in excõicationem hic contentam, uide hic gl. in uerbo [*Decætero*] ex qua gl. no. ſingulariter, ꝙ ex ſtatuto non ſumitur ar. a contrario ſenſu contra diſpoſitionem iuris communis, de quo uide no. in c. publicato de
5 ele. in auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccle.† Quod p iſta uerba, ſniam excommunicationis incurrant, fertur excõicatio incontinenti ſine tpis interuallo in contrafacientes,
6 uide hic gl. in uerbo [*Incurrant*] ¶ Appellatione codicis uenit quilibet liber, licèt ſit ſpeciale nomẽ cuiuſdam libri
7 iuris ciuilis, uide hic gl. in uerbo [*Codices*] ¶† Qualiter autem petatur rationis redditio, uide hic bonam gl. ſuper uerbo [*Rationum*] ex qua collige hãc diſtinctionem, ꝙ aut petitur ab eo, qui illas confecit ratione publici officii, aut tanquam priuatus; primo caſu petitur per edictum de edendo l. ſi quis ex argentariis, ff. de eden. cum materia ſua, ſecundo caſu aut petitur ratione contractus præcedentis, ex cuius natura erat, ut ille, a quo petitur, deberet conficere librum rationum, & tunc petitur ratio ſeu liber rationum p ſpeciales actiones, ut a tutore per actionem tutelæ, a ſocio actione pro ſocio, a mandatorio actione mandati, quia tacitè uĩ in contractu mandatum, ut librum rationum conficiat, de quo uide quod le. & no. in l. qͩam, ff. de eden. & l. 1. ff. de tute. & rõ. diſt. &
8 & ibi no. ¶† Quid ſi non confecit librum rõnum, aut nõ petitur ratione contractus pcedentis inter eos, & tunc regulariter quis non cogitur ſuas rões edere, fallit ſi eis ipſe utatur, uel ſi petuntur a priuilegiato, ut a fiſco,
9 ff. de eden. l. 3. † Item fallit in caſu nouiter hic edito, ſcilicet in odium uſurariæ priuatis, tenetur enim uſurarius ſeu eius hæres edere librum ſuarum rationum ex iſta noua prouiſione, ante iſtam uero non tenebatur edere, qꝛ ſua iura & ratione priuatas ultra caſus prædictos non tenetur quis edere. hoc uoluit gl. no. præall. hic, ex qua no. ꝙ in hoc ultimo tex. iſte ponit caſum nouiter priuilegiatum, ego hoc intelligo in eo uſurario, qui in oculto compreſtabat & ſcribebat, quia tunc uĩ ſcripſiſſe ſolum ad ſui inſtructionem, ſed ſi compreſtabat publicè & indifferenter, ac ẽt publice tenebat librum, in quo ſcribebat rationem de mutuatis & receptis, tũc teneretur ede re mero iure cõi, nec in hoc iſta cle. poneret caſum ſpãlem, quia recipiendo mutuum uidetur mandare ut ſcripturam inde conficiat, ex quo publicè tenebat librum, ar. eorum quæ not. in d. l. quædam, puto tamen, ꝙ iſte tex. loquatur in caſu præcedenti, & ſic, ꝙ ponat caſum ſpecialem, ut colligitur ex §. ceterum, in uerbo [*Sic occulte*
10 *meum & doloſe &c.*] quam no. ¶† Libris uſurariorum creditur, quatenus faciunt contra eos, non autem pro eis, C. de prob. l. exemplo. & l. inſtrumenta, & l. rationes, hoc
11 uoluit hic gl. in uerbo [*Rationum*] in fi.† & per iura, quæ allegat, idem dic in omnibus aliis libris priuatis, uide quod le. & no. in l. procula, ff. depoſi. & per Bar. in l. au-
12 relius. §. idem quæſiit, ff. de libe. leg. ¶† An uſurarius poteſt præciſe compelli ad librum rationum edendum, gl. hic in uerbo [*Cenſura*] concludit, ꝙ non, uult enim, ꝙ ſolum poſſit compelli ipſe uel hæres per cenſuram eccleſiaſticam, non ut uiolenter intretur in domum ſuam, uel ut frangatur eius archa. Ego dubito an hoc ſit uerum, nam ex quo tenetur edere ex æquitate hic poſita, uidetur, ꝙ quibuſcunq; modis aliàs licitis poſſit fieri compulſio, argumento eorum quæ notat gloſſ. in capitu. tuæ, ut lite non conteſtata, de cenſura autem text. hic
13 fecit mentionem. † quia excommunicatio eſt mucro epiſcopalis, & nulla in eccleſia eſt alia pœna maior. 16. quæſtione 2. capitu. uiſis, & in capitulo corripiantur, nam ubi eccleſia exercet cenſuram, fundatur in illa iuriſdictio eccleſiaſtica iuxta notata in capitulo cum ſit
14 generale, ubi dixi, de foro competenti. ¶† Etiam iudæus ſuper uſuris conuentus poteſt ad edendum librum rationum compelli per cenſuram indirectè, argu. eodem titu. c. poſt miſerabilem, uide hic glo. præallega.
15 ſuper uerbo [*Cenſura*] ex qua no. ꝙ ubicunq; materia eſt proportionabilis, tã chriſtianis quàm iudæis, licèt in diſpoſitione nulla fiat expreſſa mentio de iudęis, nihilominus extenditur ad iudæos, licet compulſio fieri mandetur per cenſuram eccleſiaſticam, quia quo ad iudæos exercebitur indirectè, ut ſatis not. colligitur ex
16 hoc text. iuncta gloſſ. præallegat. quod not. ¶† Prouiſio iſta de libris edendis contra uſurarios extenditur etiam ad ipſorum hæredes, uide hic gloſſ. ſuper uerbo [*Ipſos*] Ex qua not. quòd prouiſio concepta contra uſurarios extenditur etiam ad hæredes, ſi materia eſt eis
17 pariter proportionabilis. ¶† Si uſurarius uel hæres dicat, ſe non habere librum, uel perdidiſſe, ſuæ aſſertioni etiam cum iuramento non creditur, ſed oportet, ꝙ probet amiſſionem, hæredi tamen bonæ uitæ fama comitante ſtatur cum iuramento, uide hic gloſſ. in uerbo
18 [*Compellendos*] & no. eã, quia facit ad multa ſimilia. ¶† Hæreticus eſt non ſolum de articulis fidei, uel ſacramentis eccleſiæ male ſentiens, de hæreti. c. ad abolendã, in principio, ſed etiam qui peruerſum habet dogma, uel falſas ſeu nouas opi. gignit, uel ſequitur. 24. q. 2. c. inter hæreſim, & uide de hoc tex. hic in fi. iuncta gl. in uerbo [*Hæreticum*] quod no. nam dicens uſuram nõ eſſe peccatum, nõ per hoc aliquid ſiniſtri ſentit contra articulos fidei, uel ſacramenta eccleſiæ, ſed eſt contra doctrinam eccleſiæ, eo. ti. c. 3. & c. cum tu in fi. & tamen iudicatur hæreticus, ut hic, & generaliter qui dicantur hæretici ſtrictè, uel largè, uide plene per gl. in c. hæreſis. §. quia uero 24.
19 q. 3. ¶† Iudæi aſſerentes uſuram nõ eſſe peccatum nõ ex hoc incidunt in hæreſim, ut ſic poſſint p eccleſiam puniri, qꝛ hæreſis ſonat in diuiſionem, ſed iudæi nunquam fuerunt in unitate eccleſiæ, nam & ipſi peccãt directe in articulis fidei, & tamen quia tolerantur ab eccleſia, non ex hoc puniuntur, ex quo not. quòd crimen hæreſis non propriè cadit in iudæos, ſeu paganos; ſi tamen talia dogmatizarent inter chriſtianos, poſſent per eccleſiam compeſci, ſicut coercerentur in caſibus not. in capitu. iudæi, de iud. hæc uoluit hic gloſſ. præallega. in uerbo [*Hæreticum*] in fin. quam not.

DE

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio faciens mentionē de episcopis superioribus, appellatione superiorum comprehendit archiepiscopos, & patriarchas.*
2 *Cardinales an sint superiores episcopis.*
3 *Cardinales in dispositione restringibilis, uel pœnali non comprehenduntur sub quacunque uerborum generalitate, nisi de eis fiat specialis mentio.*
4 *Prælati facientes capi clericos seu religiosos exemptos in casibus eis a iure non concessis, & sic iniuriosè, sunt excommunicati.*
5 *Episcopos non potest prohibere subditos, ne missas religiosorum audiant.*
5 *Religiosi populum non habentes non debent celebrare missas publicas. i. hora tertiarum cum populi concursu.*
7 *Clausula, pro libito uoluntatis &c. non restringit dispositionem ad uoluntatem rationis freno subiectam, sed ad libertatem liberam & absolutam.*
8 *Prælati facientes capi appellantes ab eis, debent puniri.*
9 *Appellationi non deferentium materiam uide remissiuè.*
10 *Prælatus non potest interdicere ecclesias exemptas.*
11 *Episcopus potest ab exemptis, eorumque subditis, subsidium charitatiuum, moderatum tamen, exigere.*
12 *Tabellioni prælatus non potest inhibere, ne conficiat instrumentum de his, de quibus rogatur.*
13 *Exempti non tenentur præstare ordinarijs locorum iuramenta fidelitatis, & obedientiæ, nec in literis.*
14 *Præsentandi ius habens ad beneficium, potest præsentationem per literas facere, quamuis præsentatus teneatur se conspectui exhibere.*
15 *Præsentans, & præsentatus potest agere ad remotionem illius, quem spreto patrono episcopus instituit.*
16 *Bona quæ dicantur esse de mensa prælatorum, capitulorum, aliarum dignitatum, & præbendarum.*
17 *Ecclesia una quibus modis possit alteri ecclesiæ uniri, & quod ius ex unione conferatur.*
18 *Beneficiorum diœcesis appellatione ueniunt beneficia exempta in ecclesia constituta.*

CAPITVLVM I.

1 FRequens. †Nota, ꝙ constitutio faciens mentionē de episcopis & superioribus appellatione superiorum comprehendit archiepiscopos & patriarchas, hoc uoluit hic gloss. in uerbo [*Superiores*] quam not. 2 †Ex qua ego infero duo, quatenus non facit mentionem de cardinalibus, ꝙ aut gl. sentit, ꝙ cardinales non sint superiores episcopis, quod clarius uoluit gl. 2. q. 7. c. quam quam, quæ dicit patere per illum tex. ꝙ quilibet episcopus sit maior presbytero cardinali, de quo tamen dicendum, ut no. Host. in c. ecclesia. 2. & per alios doc. de ele. 3 Aut gl. uoluit, ꝙ in dispositione restringibilis cardinales non comprehenduntur sub generalitate uerborum, sed oportet, ꝙ de eis fiat mentio specialis, & hoc uidetur uelle Io. An. post Io. mo. in c. ad succidendas, de scisma. lib. 6. ubi dicunt, ꝙ per uerba quantumcunque generalia canonis pœnā irrogantia non includuntur cardinales, nisi de eis fiat mentio specialis, licet per talia uerba includantur episcopi; & narrat ibi Io. mo. sic fuisse in facto obtemptum, quia maior est ratio in cardinalibus, quàm in episcopis, quia quanto sunt uiciniores papæ tanto minus præsumitur pœnam inferri ab ipso, & est ratio secundum eum, quia cardinales uere sunt patricii scripti in diademate principis, Insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. filiusfa. & sunt pars corporis ipsius. 6. q. 1. c. si quis, C. ad l. iul. l. quisquis, & sunt specialius fratres principis, & plus aliis priuilegiati. de offi. leg. c. officii. lib. 6. & c. ꝙ translationem in antiquis & uide quod not. per Io. 4 An. in c. quia periculosum, de sen. excom. lib. 6. †Prælati facientes capi clericos seu religiosos exemptos in casibus eis a iure non concessis, & sic iniuriosè, sunt excommunicati, ar. de sen. excom. c. uniuersitatis, hoc uoluit glo. hic, & bene intellecta ad tex. istum relata in uerbo [*Capiunt*] quod no. ¶ †No. ꝙ episcopus non potest prohi- 5 bere subditos ne missas religiosorum audiāt, ut hic tex. innuit primo responso, quod tamen intelligit hic gloss. in uerbo [*Audiant*] ut sine parochialium ecclesiarum præiudicio hoc liceat, quod intelligit, ut legitur & notatur 6 in c. 2. de parochi. †dic tamen, quòd religiosi populum non habentes non debent missas publicas celebrare, & dic publicas, quæ celebrantur hora tertiarū cum populi concursu, ut. 16. q. 1. c. interdicimus, & in c. agapitus, iuncta gloss. 1. & quod ibi not. doct. ¶ †No. significatnm ho- 7 rum uerborum pro libito uoluntatis &c. quæ sæpe ponuntur in compromissis, & aliis dispositionibus, per q̄ datur facultas aliquid faciendi pro uoluntatis libito; nō n. restringibilis ad uolūtatem rationis freno subiectam, sed ad uoluntatem liberam & absolutam, quod probat uerbum, libito, quod deriuatur a uerbo libet, quod sapit liberam uoluntatem, de quo per Bar. in extrauaganti ad reprimendam, & in l. alio, ff. de alimen. & ci. lega. hoc probat tex. hic in prima col. in fi. ibi [*Absque causa rationabili pro libito uoluntatis &c.*] quod no. ¶ †No. ꝙ prælati fa- 8 cientes capi appellantes ab eis, debent puniri, ut hic in 9 secundo responso iuncta gl. in uer. [*Mancipati*] † & dic de materia non deferentium appellationi, ut plene dixi in 10 c. de priora, de appel. ¶ †Non potest prælatus interdicere ecclesias exemptas, uide hic glo. in uerbo [*Interdicunt*] 11 ¶ †Nota, ꝙ episcopus potest ab exemptis, eorūque subditis, subsidium charitatiuum, moderatum tamen, exigere, ut not. probat hic tex. in §. nonnulli, & uide hic in uerbo [*In exigendo*] cum sequenti, & pro hoc facit, quia episcopus in multis est ordinarius exemptorum, ut not. in cle. 1. de foro compe. & in cle. 2. de pœ. & remis. unde propter curam, quam habet de eis, potest meritò exige- 12 re charitatiuum subsidium. ¶ † Non potest prælatus tabellioni inhibere, ne conficiat instrumentum de his, de quibus rogatur, præsertim cum notarius teneatur ex debito iuramenti, uide hic tex. in uerbo [*Tabellionis*] iuncta 13 gl. in uerbo [*Conficiant*] ¶ †Exempti non tenentur præstare ordinariis locorum iuramenta fidelitatis & obedientiæ, nec etiam in eorum literis, quas ipsis ordinariis secundum casuum exigentia scribunt, obedientiam ponere in principio salutationis tenentur, ut puta dicendo, salutem & obedientiam debitam & deuotam, uel per uerba similia; non exempti uero satis est, ꝙ a principio obedientiam promiserunt, de primò ibi uide tex. in c. cum olim secundò de priuile. in fi. de secundò & tertiò, & etiam de primò, uide tex. in uerbo [*In causis*] iuncta gl. in uerbo [*Obedientiam*] quam no. & pro hoc ultimo facit 14 tex. in c. Dei de simo. ¶ †Not. ꝙ habens ius præsentandi ad beneficium potest præsentationem per literas facere, non ergo tenetur se personaliter conferre ad institutionem, uide tex. in prædicto uerbo [*In causis*] iuncta gl. in uerbo [*Literarum*] concordat. c. ea noscitur, de his quæ fi. a præla. secus dic respectu præsentandi, nam ille debet exhiberi conspectui instituentis, alias non dicitur præsentatus, ut instituens possit perscrutari de illius idoneitate, de quo uide gloss. in cle. dudum, de sepul. ubi dixi. 15 ¶ †Ad remotionem illius, quem spreto patrono episcopus instituit, potest agere præsentans & præsentatus. i. patronus habens ius præsentandi, & ille, quem ipse patronus ad beneficium legitimè præsentauit, ut in capitu. decernimus. 16. q. 7. de iure patro. c. ex literis, & de re iudic. c. cum bertoldus, uide hic glo. in uerbo [*Indignas*] 16 ¶ † Quæ bona dicuntur esse de mensa prælatorum, seu capitulorum, uel aliorum dignitatum, seu præbendarum, dic, quòd aut quæritur de bonis, prophanis, aut de beneficiis, seu ecclesiis, primo casu illa bona dicuntur esse de mensa, in quibus ecclesia, seu collegium, uel dignitas, seu ꝓbenda, habet directū, & utile dn̄iū. si āt ec-

clesia habet directũ dñium,sed alius utile, sicut sunt feuda,non pñt dici de mensa,cum alius fructus pcipiat, & pro tanto illorum ad ecclesiam reuersorum permittitur noua infeudatio,de feu.c.2.Secundo casu cum quæritur de beneficiis seu ecclesiis ad mensam spectañ.dicendum est,ꝙ illæ seu illa dicuntur de mensa prælati , seu collegii &c. quorum fructus pertinent ad eam ecclesiam seu collegium,cui facta est annexio,ita , ꝙ potest illos con-
17 uertere in proprios usus.† hoc tamen intellige cum limitatione,quam ponit Inn.in c.pastoralis, de priuil. & idẽ dicendum de dispositione ipsius ecclesiæ unitæ,ut illa ꝑtineat ad eam,cui facta est unio,in tantum, quòd rectorem uel perpetuum uicarium non habeat præter illum, cui facta est annexio,unde poterit pro libito ponere ibidem uicarium temporalem & deponere ; unde talis ecclesia sic unita non dicitur unquam uacare, ut probatur hic in uerbo[*Quidam etiam ecclesias*] & in cle.1.de sup.neg. prę la. hoc autem ius potest ecclesiæ in ecclesiam competere altero de tribus modis,uidelicet ꝑ papalem ꝯcessionem,& de hac non dubitatur, de priui.c.pastoralis.Item per unionem sic factam per episcopum de consensu capituli,ut in cle.si una de re. eccle. non alie. ubi per hoc maxime Inn.quod intellige intercedente titulo uel tanti temporis interuallo, ꝙ eius initio non sit memoria,cum talis præscriptio sit contra ius commune,ut in c.1.de ꝑ̃scrip.lib.6.de quo plene not.in d.c.ut super.Io.And. in mercu.& intellige quod dixi de uicario pro libito in tali ecclesia unita ponendo uel destituendo,quando ecclesia est pleno iure subiecta ei,cui annectitur, etiam si sit curata,ut in d.uer.quidam etiam,si enim ecclesia spectãs ab mensam prælati uel collegii non est pleno iure subiecta,sed recipit superioris institutionem quo ad regimen ecclesiæ,uel saltem populi, & tũc debet ibidẽ poni uicarius perpetuus instituendus per ordinarium loci ad præsentationem istius habentis ecclesiam unitam, ut in c.extirpandæ,§.qui uero, de præben.& ideo debet considerari modus & forma concessionis, seu incorporationis,nec tamẽ putes, ꝙ ecclesia,quæ pleno iure est alicui subiecta,propter hoc dicatur esse de mensa illius ; licet enim prætextu talis subiectionis habeat ius instituendi, & substituendi,& etiam uisitandi quo ad tempora, non potest tamen fructus illius ad sui utilitatem conuertere, nisi illam habeat in mensam , uel in suos usus conuertendam,de sup.neg.præla.cle.1.de his omnibus uide hic gloss. ualde not.super uerbo[*Ad mensam*]& per Inn.in d.
18 c.ut super. de re.eccle.non alie.¶ † Appellatione beneficiorum diœcesis ueniunt etiam beneficia exempta, in diœcesi consistentia,nam licet sint exempta, sunt tamen in diœcesi,ut in c.graue.de of.or. hæc procedunt etiam in priuilegiis concessis ordinario de percipiendis fructibus primi anni beneficiorum uacantium in sua diœcesi,fortius autem comprehenduntur beneficia spectantia ad exemptos alias non exempta,uide hic tex.in §.ꝑ̃terea iuncta gl.no.in uerbo[*Anni*]secus quo ad primum casum,si fieret mẽtio de beneficiis subiectis. ut in ea. gl. præal.& uide quod legitur & not.in c.ꝑ illorum de ꝑ̃b.

DE PRIVILEGIIS ET EXCESSI. PRIVILEGIATORVM. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Clerici seculares administrantes sacramenta clericis uel laicis sine licentia diœcesani,non incidunt in excõicationem indictam religiosis .*
2 *Religiosorum appellatione non ueniunt clerici seculares in dispositione pœnali.*
3 *Eucharistia unde dicatur.*
4 *Matrimonium solennizare,quid sit.*
5 *Religioso asserenti se habuisse licentiam a suo sacerdote recipiendi sacramẽta, an sit credendum,a quibus, & in quibus sacramentis?*
6 *Scholares,mercenarij,& his similes censentur de parochia,in qua pro tempore habitant,quo ad sacramenta.*
7 *Parochiæ unius ut quis iuribus subiiciatur ,non requiritur animus perpetuo standi,uel domicilium constituendi.*
8 *Prouisus de ecclesia parochiali, licèt adhuc presbyter non sit, potest suo parochiano dare licentiã,ut ab alio ꝑ̃sbytero sacramenta recipiat*
9 *Vicarius seu alius locumtenens in ecclesia parochiali potest dare parochiano licentiam recipiendi sacramecta ab alio parocho.*
10 *Episcopus an possit dare licentiam recipiendi sacramẽta ab alio,quàm a suo presbytero.*
11 *Vicarius seu officialis episcopi non debet se impedire de spiritualibus in foro conscientiæ.*
12 *Religiosus ad hoc ut possit conferre sacramenta parochiano alterius sacerdotis,quæ requirantur.*
13 *Verbum generale,quod potest habere multos intellectus aliter debet interpretari ante factum,& aliter post factum, ut tunc scilicet uitetur pœna.*
14 *Religiosi quæ sacramenta , & qua cautione non prohibentur conferre populo monasterio non subdito,*
15 *Pœnitentiæ sacramentum non potest,etiam cum licentia proprij sacerdotis,recipi a religioso,seu presbytero non habente curam,licet secus sit in allijs sacramentis.*
16 *Iurisditio non habentium subditos in quibus casibus possit actu per alios prorogari.*
17 *Constitutio pœnalis concernẽs certos casus sine causæ expressione, non debet extendi ad alios casus similes,uel maiores.*
18 *Constitutio ubi non habet causam insertam,debemus coniecturare causam illius,& si non potest naturaliter nisi una reddi, tunc ad illius limites debes constitutio extendi.*
19 *Religiosus subditum alterius ab excommunicatione a canone indicta absoluens quamuis incidat in pœnam huius clem. secus tamen si absoluit ab excommunicatione lata ab homine.*
20 *Sententiæ appellatione,facta ibidem mentione de absolutioce , uenit sententia excommunicationis,suspensionis,& interdicti,etiam in materia pœnali.*
21 *Religiosus incurrit sententiam excommunicationis absoluendo a sententia canonicis,uel statuti,etiam si absoluat religiosum.*
22 *Ordinarius loci potest facere religiosum quemcunque exẽptum denunciari excommunicatum,postquam sibi constiterit eum incidisse in excommunicationem.*
23 *Prædicatores religiosi peccant grauiter,& puniri debent,qui nominatim,uel per circumlocutiones uim proprij nominis habentes detrahunt prælatis ecclesiarum.*
24 *Episcopus competit malè ablatorum incertorum dispensatio.*
25 *Malè ablatorum subtractio,seu clandestina usurpatio, uel alia non canonica dispositio,uidetur tendere in præiudicium episcoporum.*
26 *Religiosi quantumcunque exempti,& priuilegiati super confessionibus audiendis,non ualent absoluere in casibus Sedi aposto. uel episcopis reseruatis,etiam a simplici peccato seu culpa.*
27 *Religiosus nunquam religiosum,nec socium absoluere potest in casibus reseruatis sedibus.*
28 *Religiosi habentes potestatem trahendi ultra duas dietas cum clausula,non obstantibus &c.non possunt conuenire ad plura loca,& multum remota.*
29 *Infirmitas,& senectus,est causa probabilis dispensandi cum aliquo super pœna delicti.*
30 *Interpellatio ut quem in mora constituat,præsertim ad pœnam,oportet quod fiat per eum cuius interest.*
31 *Suspensionis pœna a iure simpliciter imposita,intelligitur in dubio de suspensione ab officio,& quando ab administratione,distingue.*
32 *Hospitale non curatum ut ualeat per suos presbyteros familiaribus,domesticis,etiam pauperibus suis sacramenta conferre,solus papa per totum orbẽ, & episcopus in sua diœcesi priuilegiũ concedere possunt.*
33 *Consuetudine an introduci possit,ut hospitalium sacerdotes familiaribus suis & pauperibus ibi degentibus sacramenta ministrare possim.*

CAPITVLVM I.

1 Religiosi. Clerici seculares administrantès sacramẽta, de quibus hic in tex.clericis uel laicis sine licentia proprii diœcesani non incidunt in excommunicationem.sicut religiosi hoc casu inuoluunt,
2 uide hic tex.in cle.1.iuncta gloss.1.† ex qua no. ꝙ in dispositione pœnali, appellatione religiosorum non ueniunt clerici seculares, licet dispositionis ratio uideatur prima fronte in utrisque pariter militare. An autem ueniant religiosi ad ecclesias seculares translati

Glo.

Glo.1.hic dicit esse dubium remittens ad not. in cle.1. de deci.& uide quod ibi dixi.¶†Eucharistia dicitur ab eu,quod est bonum,& charis quod est gratia, quasi bona gratia, ita dicit hic gloss.in uerbo[Eucharistiæ] remittens ad not.in cle.una de reliqui.& uene.sanc. sed tu ui de tex.Greg. in capitu. multi.1. quæstio.1. prope. medium qui ita,ut supra,exponit.¶†Solennizare matrimonium est ipsum matrimonium solenniter benedicere,ui de hic gloss.in uerbo[Solennizare] †Nunquid sit a religioso seu alio clerico credendum assertioni alterius parochiani,qui dicit se habuisse licentiam a suo sacerdote recipiendi sacramenta,seu certum sacramentum ab ipso religioso seu clerico,uide hic bonam glos.in uerbo[Non habita]quæ post multa concludit,quòd sic, quod tamen uidetur ex sui ratione restringere ad sacramentum pœnitentiæ,quia in foro pœnitentiali est confitenti credendum,quia ibi solum agitur de periculo animæ suæ, unde non præsumitur immemor suæ salutis,de homici.c. significasti.il.2.& 1.q.7.c.sancimus,secus in sacramento ordinis,& similibus. & hanc glo.bene not.& maxime quatenus dicit aliud esse in sacramento ordinis; quia illud confertur non tantum propter se,sed propter alios , iò dicitur sacramentum dignitatis 1.q. 1.c. sacramenta.§. sicut ergo,& not.hoc ultimum,& uide plenius in c.denique.4.dist.ubi bonus tex.cum gloss.not. quæ dicit per illum tex.quòd quilibet ordo ecclesiasticus dicitur dignitas,sine honor.& ex hoc infert clericos non esse priuatas personas , cum illæ solæ dicantur priuatæ personæ, quæ non habent dignitates.24.q.1.capitu. qui contra pacem,quod est not.¶†Scholares,mercenarii, & his similes,censentur quo ad sacramenta de illa parochia, in qua pro tempore habitant,hoc uoluit not. glo. hic in uerbo [Parochialis] † Ex qua not.quòd quo ad iura parochialia non requiritur, quòd quis moretur in parochia animo perpetuò ibi standi,uel domicilium ibidem constituendi,sed satis est,quòd ibidem ad tempus moretur remotus a sua parochia,quod intelligo quãdo tanta est a propria parochia distantia,quòd ad illam commode pro sacramentorum susceptione accedere non ualet.ar. optimum in cap.is qui,& c.fi.de sepul.lib. 6.est tamen ualde tutum,ꝙ accedẽs ad partes remotas animo nõ trãsferendi domicilium,habeat licentiam quo ad sacramenta recipiẽda a parochiali presbytero,de quo uide quod no. in c. omnis, de pœni. & remis.¶†Prouisus de ecclesia parochiali,licet adhuc presbyter non sit, potest suo parochiano dare licentiam,ut ab alio presbytero sacramẽta recipiat, licet ergo ipse non ualeat illa sacramenta ministrare , potest tamen dare licentiam ab aliis recipiendi,& hoc ideo,quia primum est ordinis, quem ipse non habet,secundum est iurisdictionis , quam habet ex prouisione ecclesiæ,ar.in simili in c.suffrageneis. de ele. quod not.ad similes quæstiones.hoc uoluit in effectu gl. hic in uerbo[Presbyteri]†hanc etiam licentiam potest dare uicarius seu locumtenens in ecclesia ipsa parochiali, ut in eadem glo. dicitur¶† Nunqnid episcopus ualeat dare licentiam alicui suo subdito recipiẽdi sacramenta, præsertim de quibus hic,ab alio quàm a suo presbytero? uide hic bonam glo.in uerbo[Presbyteri] quæ uidetur dubitare propter tex.istum, qui uidetur requirere licentiã presbyteri parochialis,in cõtrarium facit quia tota diœcesis est ipsius episcopi parochia,ut in c.apostolicæ , in prin.de dona.& quilibet de diœcesi potest pro sacramẽtis recurrere ad proprium presbyterum, episcopum , & archipresbyterum ecclesiæ cathedralis, qui in hoc censetur uicarius episcopi,ut in c. 3.de offi.archipre. Concludit tamen,ꝙ si ecclesia parochialis uacat , tunc sufficit licentia episcopi,& idem uidetur sentire de archipresbytero ecclesiæ cathedralis ; sed si ecclesia non uacat, tunc ante factum consuluit abstineri, ut ex licentia episcopi uel archipresbyteri ciuitatensis hoc non fiat, licet ab illis talia sacramenta recipi possint, ut.s̃.dictum est, sed post factum putat illum excusari a pœna,qui hoc fecit de auctoritate episcopi , idem puto si de auctoritate archipresbyteri ciuitatensis, qui in hoc est uicarius episcopi ut.s̃.dixi. & no.singulariter prædicta. ante ergo factum tutum est , ut pro licentia habenda recurratur ad proprium presbyterum dumtaxat.¶†Itẽ no. ꝙ uicarius seu officialis episcopi non debet se impedire in istis spiritualibus,in his enim censetur uicarius episcopi a iure constitutus archipresbyter ciuitatensis;officialis autem episcopi habet iurisditionem in foro contentioso , ut in c.licet de of.uica.li.6.quæ no.†Ad hoc ut religiosus ualeat conferre parochiano seu parochianis alterius sacerdotis sacramenta , de quibus in tex. siue metu pœnæ in tex.contentę,cautum est , ut habeatur specialis licentia a presbytero proprio tam de sacramentis conferendis, quàm de ipso religioso conferente,& parochianis , qui sacramenta illa sunt percepturi, ut sic illa specialitas referatur ad sacramenta,ad conferentem,& recipientem: attamen post factum non vr̃ incidisse in pœnam hanc,si fuit facta specialis mentio de parochianis, cum licentia conferendi datur religioso uel de religioso, cum licentia fuit data parochiano.ita no.dicit hic gl.super uerbo [Speciali]Ex quo bene no.ꝙ uerbum generale,quod pôt habere multos intellectus,aliter debet interpretari ante factum,& aliter post factum,& post factum debemus recipere illum intellectum,per quem pœna uitatur.† Secundò no.ex tex.& gl.ꝙ religiosi non prohibentur conferre sacramenta populo monasterio non subdito,dum modo habeant licentiam spacialem a sacerdote, cui ille populus est commissus,& pondera', ꝙ possunt conferre ista tria,de qbus in tex.s.extremam unctionem , eucharistiam,& matrimonia solennizare.1.solenniter benedicere,quæ solent in publico fieri.puto tñ, ꝙ si uolunt omnia licitè facere,debent habere licentiam proprii prælati ipsius religiosi. ar.in c.2.de testa.li.6.& 12.q.1.c. nolo & c.non dicatis.si tñ eam non habuerint,non incurrunt pœnam,de qua hic,quia illa est imposita solum ex defectu licentiæ proprii sacerdotis,& pœna non debet excedere casum,de pœ.di.1.c.pœnæ,& in c.statutum de ele. li.6.An aũt a religioso possit cum lnĩa prædicta recipi sacramentum pnĩæ? dic ut in sequenti notula dicetur. ¶†Licet sacramenta,de qbus hic,ualeant a religioso ẽt curam non habente recipi cum lnĩa proprii sacerdotis, secus tñ vr̃ in sacramento pœnitentiæ.pnĩa.n.non pt̃ recipi ẽt cum licentia proprii sacerdotis a religioso seu pr̃sbytero nõ hñte curam,ita dicit hic gl.no.sup uer.[Spãli] in fi.allegat no.in c.omnis de pœ. & remi.ubi idem tenet glo.ex quo infertur,ꝙ si datur parochiano facultas eligendi sibi confessorem,ꝙ non poterit eligere religiosum,uel presbyterum secularem, non habentem aĩarum curam actu.idem vr̃ uelle Pau.de liaza.hic distinguit tñ ꝙ aut sacerdos proprius committit extraneo sacerdoti, ut audiat confessionem subditi sui , & tunc non est uis, an habeat curam,uel non,quia hoc facit non iure proprio,sed tanq̃ delegatus,& sic gerit uices proprii sacerdotis,quia delegatus fungitur uice delegantis,ut in c.sane,de of.dele.& in l.1.ff.de of.eius cui man.est iuris. aut proprius sacerdos dat licentiam parochiano suo,ut possit sibi eligere confessorem,& tunc procedat dictum huius gloss.secundum eum;quia tunc cum iste eligendus p parochianum non sit delegatus proprii sacerdotis,oportet quòd per uiam prorogationis parochianus se illi subiiciat;sed cum ille nõ habeat per se curam, non pt̃ fieri ꝓrogatio,q̃a consensus priuatorum non pt̃ eum facere iudicem,q̃ nulli præest iurisditioni,ut dicit.c.signi.de foro compe.& in l.priuatorum.C.de iure om.iu. & ita cõiter solent transire doc.†Sed ego nouissime reperi Host. in summa in ti.de pœ.& remi.§.cui,tenentem p̃rium,dicit.n.ex quo sacerdos habet potestatem clauium,hac.n. potestatem ligandi & soluendi recepit in sua ordinatione,ut in §.ecce.sufficienter,iuncto tex.c.ex auctoritate, & se.

& se.16.q.1.exercitium āt nō hēt ex defectu subiectorū, vnde ex quo legitimè aliquis ille se subiicit, potest suam in illum potestatem exercere, & hoc mihi nouissime placuit; nam iura in contrarium allegata loquuntur de nō habēte prorsus iurisditionem, secus autem in eo qui habet illam habitu, nec exercitium est interdictum, nisi in subiectorum defectu, ad hoc adduco quod leg. & not. in l.1.ff.de iudi.ubi patet, ꝙ istorum iurisditio non habentiū subditos actu nō pt per alios prorogari.¶†Religiosus exercens sacramentum pœnitentiæ in non subditum, uel baptismi, uel aliud hic non expressum, nō incurrit pœnam excommunicationis hic promulgatam, licet hoc fecerit sine licentia speciali proprii sacerdotis, qa tex.hic apponit pœnam respectu istorum trium, uidelicet eucharistiæ, extremæ unctionis, & matrimonii, ad alia ergo sacramenta iste tex.quo ad pœnam in eo contentam extendi non debet, hoc ita no.dicit gloss. in uerbo[*Speciali*]in fi.sui, quam no.in materia extensionis, ex qua notare potes, ꝙ constitutio pœnalis concernens certos casus sine causæ expresione, non debet extendi ad alios casus similes, uel maiores, nam maior deberet esse prohibito in sacramento pœnitentię, uel baptismi, quā eucharistiæ, uel solennizationis matrimoni.† posset tamen dictum glo.in dubium refricari, quia ubi constitutio non habet causam insertam, debemus coniecturare rationem illius, & si non potest naturaliter nisi una reddi, tunc ad illius limites debet cōstitutio extendi, ut no. Cy.in l.non dubium, C.de legi.sed non potest reddi maior ratio in istis tribus, de quibus in tex. quàm in aliis, nisi forte uelles dicere, ꝙ religiosi magis excedebant in istis tribus, quàm in aliis, ideo fuit in istis acrius prouidendum, ut in simili not.in c. admonere iuncto. c.lator. 33.q.2.& uide ad materiam huius extensionis, quod dicam in sequenti glo.¶†Quamquam religiosus alterius subditum ab excommunicatione a canone, uel statutis, promulgata absoluens incidat in excommunicationem hic promulgatam, secus tamen si absoluit ab excommunicatione lata ab homine, quia casus iste non est hic in tex.expressus ar.c.statutum de ele.li.6.ita no.dicit gl. in uerbo[*A canone*]quod no.in mā extensionis ad ea, quæ dixi in pręcedenti notula, forte.n.in hoc casu isti religiosi non excedebant.¶†Appellatione sententiæ facta mētione de absolutione uenit sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti, etiam in dispositione pœnali, ut hic iuncta gl.in uer.[*A sententiis*]qd no.licet ergo noīe snię simplr prolatę intelligat de diffinitiua, ut no. in c.cū olim de test.secus vr, cum ēt fit mentio de absolutione, ut hic, & intellige qn necessaria est absolutio.

21 ¶†No.ꝙ religiosus incurrit sniam excommunicationis absoluendo a snia canonis uel statuti, ēt si absoluat religiosum, uel consocium, uide hic tex.iuncta gl.not.super uerbo[*Quem quam*]& no.ex eadē glo.ꝙ religiosi comprehendunt sub uerbis generalibus, ēt in materia pœnali.

22 ¶†No.ꝙ in casu huius cle.potest loci ordinarius facere religiosum q̄tumcunq; exeptum denunciari excommunicatum postq̄ sibi constiterit eum incidisse in excōicationem, de qua hic. & tñ constare sibi non poterit illum incidisse, nisi faciat illū citari, ut no.in cle.2. de pœnis in uerbo[*Constiterit*]& in cle.pñti, de censi.& utrobiq; gl. quare puto, ꝙ quo ad hanc denunciationem faciendā poterit ordinarius facere citari, qa concesso consequenti, vr antecedens concessum, ut in c.cum.M.de consti.& c.prudentiā, & c.ꝑterea, de of.dele. uel poterit sibi constare ꝑ informationem extraiudicialem, de qua in c. cum contingat, de rescri.¶†Peccant grauiter ꝑdicatores religiosi, & puniri debent, prout hic dr, q in eorum ꝑdicationibus ecclesiarum ꝑlatis detrahunt, quod intelligit, hic glo.no.sup uerbo[*Detrahant*]cum nominatim detrahunt, aut ꝑ circūlocutionem, q̄ uicem habet proprij nominis, alias in genere bene licet prædicatori tangere prælatorum uicia.iuxta illud euangelium [*Super cathedrā Moysi &c.*]Caueant tñ ut ēt in generali locutione linguā refrenent, qa q inconsiderare loquitur, sentient mala, ut de hic gl.no.sup uerbo[*Detrahāt*]q̄ not.bene.¶†Episcopis competit male ablatorum incertorū dispensatio, uide hic gl.in uerbo[*In aliorum*]ex qua iuncto tex.not. †ꝙ subtractio, seu clandestina usurpatio, uel alia non canonica dispositio male oblatorū incertorum vr tendere in eporum pjudicium, & uolens pœnitere debet illa epis restituere, de hac tamen materia uide quod no. doct.in c.2.de test.li.6.¶†Nota hic expressum, ꝙ religiosi q̄tūcunq; exempti, & priuilegiati sup confessionibus audiēdis, non ualent absoluere in casibus sedis apostolicæ uel epis reseruatis, ēt a simplici peccato, seu culpa; & cōtra facientes peccant grauissimè, & debēt puniri, prout hic dr, uide hic glo.super uerbo[*Absoluere*]iuncto tex.¶†Et aduerte, quia nec religiosum, nec sociū, possunt in illis casibus reseruatis absoluere, †ꝙ probat hic tex. in uerb. quamquam, iuncta gl.supra allega.in uerbo[*Quemquam*]

28 ¶†Quamquam religiosi habeant aliquos conseruatores, quibus est data potestas trahendi ultra duas dietas, cum clausula non obstantibus &c. non tamen possunt aliquos conuenire ad plura loca, & præsertim multum remota, uide hic text. iuncta gloss. in uerbo [*Remota.*]

26 ¶†No.ꝙ infirmitas uel senectus est causa probabiliter dispensandi cum aliquo super pœna delicti, uide hic gl. iuncto tex.in uerbo[*Necessitate*]¶†Ad hoc ut interpellatio constituat aliquem in mora præsertim ad pœnam iuris incurrendam, oportet, ꝙ fiat ꝑ illum cuius interest, uide hic gl.super uerbo[*Requisiti*]¶†Si suspensionis pœna a iure simpliciter imponitur, intelligitur in dubio de suspensione ab officio, an autem illa includat suspensionē ab administratione, debet distingui, de quo uide hic bonā gl.in uerbo[*Suspensionis*]& no.bene hanc gl.¶†Solus papa potest concedere generale priuilegium totum orbem respiciens, ut hospitale non curatum ualeat per suos presbyteros familiaribus suis, domesticis psonis, & pauperibus in hospitali habitantibus sacramenta cōferre, de iure.n.hospitale cum suis est sub cura parochialis ecclesiæ, eps autem potest tale priuilegium in sua diœcesi ex causa concedere, de reli.do. c.constitutus, cū ibi notatis, idē dicendum in concessione altaris uiatici, ut no. in c. in his de priui. uide de hoc hic glo. super uersi. [*Apostolica*]¶†An possit consuetudine introduci, ut sacerdotes hospitalium possint suis familiaribus, & pauperibus in hospitali degentibus sacramenta ministrare, sicut potest priuilegium hoc inducere, uide hic glo.in uerbo[*Ministrare*]q̄ est finalis, & primò sentit, ꝙ sic per cle. quia contingit in fi.de reli.do.postea sentit contrarium dicens, quod illa cle.hoc non probat, posset ergo priuilegium hoc casu, qđ non potest facere consuetudo & not. hoc ultimum ar.c.2.de pœ.& remi.lib.6. illud tamen.c. loquitur, cū singularis persona uult præscribere, ut possit sibi eligere confessorem, quod fieri non potest, ut ibi, & idem uidetur dicēdum, qn presbyter nomine proprio uult præscribere curam animarum, ut no.in c conquerente, de offi.or.sed nos loquimur, cum sacerdos hospitalis præscribit nomine hospitalis, & uidetur, quòd possit, de quo uide quod not.per doc.in d.c. conquerente, & uidetur casus in c.ex transmissa, de præscriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus transiens per locum suæ prouinciæ exemptum potest populum benedicere solenniter.*
2 *Episcopus per loca exempta suæ diœcesis potest populum solenniter benedicere. & quinque alia facere præter crucis delationem.*
3 *Archiepiscopus in locis suæ prouinciæ exemptis celebrans in pontificalibus potest uti pallio diebus sibi concessis.*
4 *Archiepiscopus, & episcopus an & quibus casibus possint in prouincia seu diœcesi alienis celebrare, uel prædicare.*
5 *Episcopi an, quando & qualiter in locis mendicantium possint celebrare, & iurisditionalia exercere.*

CAP-

CAPITVLVM II.

ARchiepiſcopo.† Archiepiſcopus tranſiens uel de clinans ad locum exemptum ſuæ prouinciæ po teſt ibidem benedicere populum, etiam ſolen- 2 niter per illa uerba [*Sit nomen Domini benedictum*] †& idem in epiſcopo quo ad loca exempta ſuæ diœceſis, uide hic gloſſ. ſuper uerb. [*Benedicta*] & not. ex text. quinque quæ poteſt facere archiepiſcopus in locis exemptis ſuæ prouinciæ,& epiſcopus in eiſdem locis ſuæ diœceſis ꝑ- 3 ter crucis delationem,quæ non pertinet epiſcopo.¶† Archiepiſcopus celebrans in pontificalibus in locis exemptis ſuæ prouinciæ poteſt uti pallio,quia illud eſt ornamentum pontificale archiepiſcopi,dummodo eo utatur diebus ſibi conceſſis,& uide gl. quam no. in uerbo [*Pon- 4 tificalibus*] ¶† An archiepiſcopus ſeu epiſcopus poſſit in pontificalibus in aliena prouincia ſeu diœceſi celebrare,uel prædicare. uide hic glo. not. in uerbo [*Pontificalibus*] quæ ponit Inn.& Hoſt. opi. contrarias, & tandem concordando diſtinguit,ꝙ aut uellet pontificalibus uti ſine iuriſditionis exercitio ut puta miſſam celebrando & poteſt etiam ſine licentia diœceſani, & idem prædicando niſi ſpecialiter prohibeatur,aut'uult uti cum iuriſditionis exercitio,ut ordinando,uel chriſmando,& non poteſt ſine diœceſani licẽtia. 9. q. 2. per totũ, ſed cum licentia hoc poterunt,ſine tamen uſu palli,quæ uerba diligen 5 ter nota. † Ex quibus habes,an,& quando,& qualiter in locis mendicantium poſſunt epiſcopi celebrare, & alia hic poſita exercere.

DE POENIS. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pontificis appellatione etiam in materia pænali uenit epiſcopus,& an qui renunciauit loco,& non ordini.*
2 *Pontificum appellatione non ueniunt electi etiam confirmati.*
3 *Pontifices dici non poſſunt nondum conſecrati.*
4 *Defendendo ſe qui percutit,non dicitur temerè, uel ſuadente diabolo percutere.*
5 *Epiſcopum qui ſe defendendo percutit,uel etiam interficit, non incidit pænas huius c. ſi quis ſuadente.*
6 *Mandans certum delictum,uel illud faciens, ſi in aliqua diſpoſitione puniatur,an & q̃bus caſibus pæna incurratur ẽt non ſecuto effectu.*
7 *Ratum habenti factum ab alio ubi imponitur pæna,intelligitur, quod illud factum ſit eius contemplatione.*
8 *Socii proprie dicuntur communicantes inuicem lucra & pericula.*
9 *Collega proprie dicitur in officio.*
Comes in itinere.
Conſors in præmio.
Sodalis in menſa,uel ſede.
10 *Socium non ita propriè iuriſtæ ſumunt, unde ſocium etiam in crimine,& eccleſia dicimus,& in multis aliis actibus,ut ibi.*
11 *Socius criminis qui large,& qui ſtrictè dicatur.*
12 *Socius criminis in materia odioſas, & pænali quis dicatur, uide per pulchras diſtin.*
13 *Conſilium uel fauorem præſtans,ut aliquis pontifex capiatur, uel temerè percutiat,uel banniatur, punitur ſicut principaliter committẽs.*
14 *Conſilium uel fauorem præſtantis appellatione in materia pænali comprehenditur qui nudum conſilium uel fauorem præſtitit,& n. 15*
16 *Fautoris appellatione etiam in materia pænali includitur is, qui fauorem præſtitit criminoſo nedum ante,ſed etiam poſt delictum.*
17 *Defenſoris appellatione in materia etiam delicti is uenit qui criminoſum defendit etiam poſt delictum,niſi aliud non adiiciatur.*
18 *Defenſor quot modis dicatur,& etiam diuerſimode puniatur, & nu. 21*
19 *Iniuriam proximo inferendã,licet ille prius nocuerit, licet repellere.*
20 *Iniuriam inferre non dicitur,qui uult capere, ut ad iudicem ducat.*
22 *Inhabilis ad beneficia obtinenda retentis obtentis,nõ poteſt etiam permutare ſua,ut alia obtineat.*
23 *Excommunicari candelis accenſis ſi quis mandatur,debet ſuppleri,& extinctis & pedibus conculcatis.*
24 *Craſſantibus multis,quomodo uerba hæc exponantur.*
25 *Papa non ſolũ,ſed etiam ep̃i omnes poſſunt dici ſanctiſſimi, & quare.*
26 *Epiſcopalis dignitatis ad commendationem uide multa, & an filii,an patres debeant uocari epiſcopi.*
27 *Abſolutus in articulo mortis in caſibus papæ reſeruatis,qui ſuperuixit tenetur quàm citius poterit,ſe papæ præſentare,alias incidit in eandem excommunicationem.*
28 *Clauſula,quàm citius,& ſimiles aliæ,intelliguntur, ceſſante impedimento,de quo non aſſerentis dicto,ſed iudicis arbitrio ſtatur.*
29 *Excommunicationem an quis inciderit,uel reinciderit,ubi poteſt probabiliter dubitari,non debet iudex illum denunciare, niſi præmiſſa citatione & ſummaria cognitione.*

CAPITVLVM I.

1 SI qui ſuadente. Appellatione põtificis etiam in materia pœnali comprehenditur epiſcopus, etiam ꝙ renunciauit loco,& non ordini. Sed aduerte quia gl. uidetur ponderare textum in eo,ꝙ ponit uerbum generale [*Quemuis &c.*] & ſic uidetur, ꝙ tunc ueniat talis pontifex,quando annectitur aliquod uerbum generale, ſecus uidetur ſi ſimpliciter fit mentio de pontifice,debẽt enim uerba capi in potiori ſignificatu, & ſic intelligantur de pontifice,qui non renunciat nec loco nec ordi- 2 ni,uide glo. hic in uerbo [*Quemuis pontificem*] ¶† Appellatione pontificũ non ueniunt electi ẽt confirmati ex quo non ſunt conſecrati,adhuc enim non poſſunt dici ponti- 3 fices. 1. epiſcopi ſm glo. in uerbo [*Quemuis pontificem*] † Ex qua no. ꝙ nondum conſecrati,neque pontifices dici poſſunt,idem no. gl. in cle. dignum,de cele. miſſ. contrarium no. gl. in cle. unica,de foro compe. ſed tu diſtingue ut ibi 4 dixi. ¶† Non dr̃ temere percutere,ꝙ percutit ſe defendẽdo,nec ſuadente diabolo,uide hic tex. in prin. iuncta gl. 5 ſuper uer. [*Vel temere*] ex quo no. ꝙ ſi quis ſe defendendo,percutit,uel ẽt interfecit,ep̃m,non incidit in pœnas 6 hic contentas. ¶† Mandans epiſcopum capi,peccati,occidi,uel banniri,maleficio non ſecuto,non incidit ex ſolo mandato in pœnas hic contentas,quia uerba ſunt cũ effectu intelligenda,nec eſt uerisimile, ꝙ ex ſolo mandato tot pœnis mandans inuolueretur. ita not. dicit hic gl. in uerbo [*Mandauerit*] licet in principio ſenſerit contrarium per illa uerba tex. [*Vel hoc mandauerit*] ſed gl. exponit hic. 1. percuſſiones, captiones,uel banna iam facta, & ſm hanc expoſitionem eſt ſingulariter notandum, ꝙ ſi in aliqua diſpoſitione punitur faciens certum delictũ, uel illud mandans,debet intelligi de mandato cum effectu,ſcilicet delicto ſecuto,ſaltem qñ pœna,pro delicto impoſita eſt magna,de quo ego multum dubito,quia ſæpe punitur quis ex ſolo mandato,etiam delicto non ſecuto,ut homines arceantur ab illo,ut probatur in c. pro humani,de homici. li. 6. licet pœna illa ſit iſta longe grauior,ad idem facit,c. quicunq;, de ſen. ex. lib. 6. unde forte prima pars huius gloſſ. eſt uerior,ut ex ſolo mandato mandans incidat in pœnas hic contentas, ut a mandato timore pœnæ abſtinẽtes facile compeſcãtur hoc nephãdiſſimũ delictum. ¶ Item quia ſi litera intelligeretur de mandante delicto ſecuto,nulla uel modica eſſet dubita- 7 tio d. c. mulieres de ſen. exc. li. 6. ¶† Vbicunq; imponitur pœna ratum habenti factum,ab alio debet intelligi, ꝙ illud ſit eius contemplatione factum,quia alias non cadit ratihabitio, & uerba debent propriè intelligi, uide 8 hic gl. ſup ꝑ uerbo [*Ratam*] ¶† Socius propriè ſm deriuatores dr̃ propter periculi uel operis ſocietatem, uel dr̃ ſocius a ſequor ſequeris,unde ſocius proprie dr̃ in periculo,& ſic dñr ſocii,qui cã q̃ſtus ineunt alicuius operis ſocietatem, ff. & C. pro ſocio ꝑ totum, cõicantes inuicẽ 9 lucra & pericula,ut ibidem. ¶† Collega dr̃ in officio, unde talis non proprie dr̃ ſocius,comes in itinere,conſors in prœmio,ſodalis in menſa uel in ſede; iuriſtæ tñ non ſumunt ita ſtricte, nec etiam communis uſus loquendi, unde etiam in crimine dicimus ſociũ. 22. q. 4. c. ſi ad pec 10 catum. ¶† Item in eccleſia de of. dele. c. cũ. R. de ſen. ex com. c. ex tenore, c. in ordine. de ꝓfeſſis. c. 1. in fi. In uia, de uoto. c. 2. In coniugio. 22. q. 2. c. cũ ſocietas. In lucro

11 de ſepul.c.1.¶†Item de ſocio criminis,de quo ad propoſitum uide text. in capitu. cum ſecundum leges, de hæreticis libr. 6. ubi appellatur conſors, & alibi dicit canon, quòd quis tribus, ſociatur malis modis committendo, fauendo, & non corripiendo. 23. quæſtio. 4.capitu. ita plane, hinc dicitur, quòd non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ,qui manifeſto facinori deſinit obuiare.23.q.3.c.qui poteſt.ſtrictè tamen is dicitur ſocius in crimine,qui aliquid cooperatur ad actũ percuſ-12 ſionis,captionis,uel banni.¶†Ex quo ſingulariter nota, ꝙ in materia pœnali & odioſa is dicitur ſocius criminis,qui cooperatus eſt ad actum criminis , non autem comprehenditur is, qui tantum fauorem præſtitit, uel non corripuit,& not. ꝙ qñque in deliquendo ſunt quaſi plures ſocii,quorum nullus eſt principalior,& tales includuntur ſub agentibus;qñq; unus eſt principalis,alter cooperãs,& talis dr̃ ſocius in crimine in materia ſtricta, & ita capitur hic,ut patet,quia per ſe tex. facit mentionem de agentibus,de ſocio,& de his qui dant fauorem, uel conſilium,uel ſcienter defenſant delinquentes , uel dant mandatum,ſeu ratum habent delictũ commiſſum, iſti ergo ſtrictè non dicuntur ſocii,cum ponantur ut diuerſa, etiam in materia delicti,ad hoc.l.fi.§. idem codicillus.C.de lega.& de prædictis uide hic bonam gloſſ. 13 in uerbo[*Defenſauerit*]in prima parte ſui,quã no. ¶†No. ex principio tex.caſum, in quo præſtans conſilium , uel fauorem , ad delictum punitur , ſicut ipſe principaliter committens , uidelicet cum quis præſtat conſilium uel fauorem,ut quis pontifex capiatur,uel iniurioſè ſeu te-14 merè percutiatur,ſeu banniatur. † Sed aduerte quia in hac materia pœnali appellatione præſtantis conſilium uel fauorem,non comprehenditur q̃ nudum conſilium uel nudum fauorem p̃ſtitit.tex.eſt notabilis in c. fęlicis in prin.iuncto.§.illud,de pœnis. li.6.& dr̃ nudum conſilium uel fauor,qñ nil addiicit ad delictum,de quo uide glo.nota.in d.§.illud, & hic in uerbo [*Defenſauerit*] circa medium,debet talis conſulens uel fouens aliàs puniri ſecundum modum culpæ,ut in dicto.§.illud,quæ ſingulariter not.& de fautore & defenſore uide quod dicam in 15 notula ſequenti.†Et aduerte quia licet glo.hic præallegata uideatur uelle, ut ſimplex conſulens , ſimplex fauto , non comprehendatur hic propter uerbum in his poſitum in principio literæ,quod uidetur uelle, ꝙ conſilium uel fautor detur circa delictum committendum, attamen ego puto,ꝙ etiã ſine illo uerbo [*Tales*] nudi cõſulẽtes,fauentes non comprehendentur appellatione cõſulentis uel fauentis,licet aliàs eſſent puniendi iuxta modum culpæ,per ea quæ habentur in d. c. fęlicis in prin. 16 iuncto illo. §. illud.¶†Appellatione fautoris etiam in materia pœnali uenit is qui fauorem præſtitit criminoſo,nedum ante delictum,ſed etiam poſt, niſi apponatur in diſpoſitione aliquod uerbum,per quod appareat, ꝙ tantum intendat includere illum, qui præſtitit fauorem ad delictum committendum,ut in prin. ibi [*Aut conſilium in his dederit,uel fauorem &c.*]ita notanter uoluit hic glo. in uerbo[*Defenſauerit*]ultra medium, ſecus ut prædixi,ſi ſimpliciter fit mentio de fautore ſeu fauente,ut in c.excom-17 municamus.§.credentes, de hæreti.lib 6. & idem dic in defenſore,ut appellatione defenſoris in materia delicti alio non adiecto ueniat etiam ille,qui defendit crimino-18 ſum,etiam poſt delictum.† Aduerte tamen ſingulariter circa iſtum defenſorem,nam quidam eſt defenſor ideſt auctorizator delicti , & talis grauius punit, quàm ages. 11.q.3.c.qui conſentit,& 24.q.3.c.qui aliorum. quidam eſt defenſor poſt delictum , ut puta impediendo ne criminoſus perueniat ad manus iudicis, uel ne fiat in eum executio,& talis comprehenditur appellatione defenſoris in capitu.fęlicis,de pœnis li.6.quandoque quis defendit criminoſum poſt delictum,ne lædatur a priuato, etiam ab offenſo,uel eius conſanguineis uolentibus de eo ſumere uindictam , & talis defenſor non comprẽhenditur in materia pœnali appellatione defenſoris, quia non deliquit tunc illum defendendo , cum illa ſit iniuria,ad quam etiam propulſandam a ſocio quis tenetur,de ſen.excom.c. dilecto. lib.6.ita notanter dicit hic gloſſ.in uerbo [*Defenſauerit*] in fine ſui, quam ſingulariter 19 nota.†Ex quo collige, quòd quis debet repellere iniuriam inferendam proximo , etiam ſi ille prius nocuit, quia uindicta non eſt licita,ſed eſt relinquendam iudici 20 † puto tamen, quòd ſi aduerſarius uellet illum capere, ut ad iudicem ducat,quia timetur de fuga, iuxta.l.nullus.C.de iudę.& no.in l.ait prætor.§. ſi debitorem.ff.de his quæ in frau.cre.quòd illum tunc defendens incide-21 ret in pœnam,quia iſta eſt illicita defenſio. † de eo autem,qui defendit in iudicio patrocinando, an ueniat appellatione defenſoris, uide quod not. Ioan. Andr. poſt 22 Hoſt.in c.propoſuit,de cleri.excom.mi.¶†Not. hic caſum in §. a feudis , iuncta gloſſ. in uerbo [*Obtinenda*] in quo quis redditur inhabilis ad beneficia obtinenda,nõ tamen priuatur obtentis,& hoc eſt, quia iſti filii puniuntur non ex proprio , ſed ex delicto paterno , & nota, quòd inhabilis ad beneficia obtinenda retentis obtentis, non poteſt de nouo obtinere beneficia , etiam per uiam permutationis, ita uult hic gloſſ. not. ſuper uerbo 23 [*Obtinenda*] ¶†Si mandatur aliquis excommunicari candelis accenſis , debet ſuppleri , & extinctis & pedibus conculcatis,per capitu.debent.11.quæſtio.3.quia unum ius ſuppletur per aliud,uide hic gloſſ.in uerbo[*Accenſis*] ¶Proh dolor eſt interiectio dolentis , cum aliquis in dolore loquitur, aliqui dicunt , quòd ſunt duæ partes, 24 & duobus accentibus debent regi. ¶† Nota expoſitionem illorum uerborum , multis craſſantibus &c. ideſt multis gradientibus,uide glo.cum concor. hic in uerbo 25 [*Craſſantibus*] ¶†Not.ex uerbo [*Epiſcopi enim &c.*]quòd nõ ſolum papa,ſed etiam omnes epiſcopi, poſſunt dici ſanctiſſimi,& gloſſ.hic in uerbo[*Sanctiſſime*] allega.pro concor.quod habetur in Auth.de ſ.n.epiſ.collatio.11.in rubro & nigro,& dicuntur ſanctiſſimi, quia gerunt uices dei,qui eſt ſanctus ſanctorum. Item propter officium ſanctum,quod gerunt,& ea in quibus uerſantur;nec mirum cum alias omnes clerici ſunt appellati dii , & maxime epiſcopi,ut in c.cum ex iniuncto,de hæreti. & 12. 26 q.1.capitu.ſacerdotibus.¶†Not. ex eodem uerbo [*Epiſcopi enim &c.*] multa ad commendationem dignitatis epiſcopalis, dicuntur enim epiſcopi ſanctiſſimi Chriſti legati,ſpirituales patres,fratres & coepiſcopi papæ, & columnæ eccleſiæ . Ex qua not.ꝙ epiſcopi non debent dici ſemper filii,cum ſint ſpirituales patres, & columnæ eccleſiæ : dic tamen , quòd certo reſpectu poſſunt dici filii eccleſiæ , & certo reſpectu etiam patres , ſicut papa,de quo uide bonum tex. in capitu. quorum uices. 27 69. diſtin. ¶†Abſolutus in articulo mortis in caſibus papæ reſeruatis,qui ſuperuixit,tenetur ceſſante periculo ſe conſpectui apoſtolico præſentare q̃ citius commode poterit ,aliàs incidit in eandem excommunicationis ſententiam, ut hic & in c.eos de ſenten.excommunica. 28 libr. 6. † ubi dicitur [*Quàm citius opportunitatem habuerit*] tunc dicitur opportunitatem habuiſſe & commode potuiſſet,quando ceſſante impedimento & modico tempore ſibi indulto,quo ſibi de neceſſariis prouidere potuit,apoſtolicę ſedis conſpectui ſe non præſentauit, argumen. in l. ab hoſtibus.§. fin.ff.ex quibus cauſis maior. & hoc uoluit gloſſ. hic in uerbo [*Commode*] in principio, quam nota ad ſimiles quæſtiones , quando quis tenetur aliquid facere quàm citius commode poterit , ceſſante impedimento ; debet enim indulgeri ſibi aliquid temporis ad parandum ſibi neceſſaria, etiam impedimento ceſſante , & de hoc an ceſſauerit impedimentum uel ne, & an habuerit competentem terminum ad ponendum neceſſaria , uel ne , & per

conſequens

consequens an inciderit in eandem excommunicationem uel non, iudex habebit arbitrari; non enim credetur ei, qui dicitur excommunicatus. quia licet in foro animæ credatur confitenti, ut in cap. significasti. de homi. secus in foro iudiciali secundum eandem glo. quam in hoc singulariter nota. quæ etiam singulariter subiicit, quòd iudex non debet denunciare illum incidisse in excommunicationem, nisi eo uocato uiderit per coniecturas illum fuisse morosum cognitiõe super hoc præmissa summaria, argumen. in clemen. 2. eodem titu. in fi. 29 iuncta gloss. in uerbo [*Constiterit.*] ¶ † Vbicunque potest probabiliter dubitari, an quis in excommunicationem inciderit, uel reinciderit, non debet iudex illum denunciare, nisi eo uocato præmissa summaria cognitione si si constiterit saltem per coniecturas probabiles, illum in excommunicationem incidisse uel reincidisse. uide hic gloss. not. in uerbo [*Commode*] in fin. ad idem uide glo. in clemen. præsenti de censi. super uer. constiterit. & infra clemen. sequenti in fi. super uer. constiterit. secus dic si de excommunicatione constat, ut quia ipsemet iudex illum excommunicauit; tunc enim ad denunciationis actum non debet de necessitate uocari. ut in c. pastoralis. de appell. quia per denunciationem amplius non ligatur, ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio etiam pœnalis contra obtinentes dominium temporale, extẽditur etiam ad personas ecclesiasticas dominium temporale obtinentes.*
2 *Constitutio de clericis disponens non extenditur ad laycos.*
3 *Dispositio priuans beneficijs obtentis, non uidetur inhabilitare ad obtinenda, nec econtra.*
4 *Dispositio concepta in odium potestatis secularis non extenditur ad ecclesiasticam, licet illud fiat, propter quod fuisset locus pœnæ seculari.*
5 *Secularis clericum capiens, licet non animo iniuriandi, sed ne citatus uadat ad curiam Rom. incidit in excommunicationem.*
6 *Procurans suam captionem ne citatus ipse uadat ad curiam Rom. incidit non solum in pœnam huius cle. sed contra eũ proceditur tanquã contra contumacem.*
7 *Resignatio beneficiorum per intrusum in carceribus facta ad istum effectum, est ipso iure nulla.*
8 *Resignatio beneficiorum per metum facta aliter quàm per incarcerationem, non est ipso iure nulla, licet possit peti rescissio.*
9 *Excõmunicatus quis denunciari non debet, nisi prius uocetur; secus quãdo clarissime de excommunicatione constaret.*

CAPITVLVM II.

1 MVltorum. ¶ † Constitutio etiam pœnalis disponens contra obtinentes dominium temporale certis casibus extenditur etiam ad personas ecclesiasticas dominium temporale obtinentes, uide gloss. hic in uerbo [*Dominium*] iuncto text. qui hoc fa-2 tis probare uidetur. ¶ † Constitutio pœnalis de clericis disponens, non extenditur ad laycos, licet in eis uideatur eadem ratio. uide hic text. iuncta gloss. in uerbo [*Ecclesiasticos*] facit cap. si sententia. de sentent. excommu. 3 libr. 6. ¶ † Quamquam lex imponat priuationis omnium beneficiorum obtentorum pœnam, non per hoc uidetur inhabilitare ad obtinenda. uide hic gloss. not. in uerbo [*Obtentis*] Idem dic in casu conuerso, inhabilitatus enim circa obtinenda, non censetur priuatus obtentis in clemen. si quis suadente; supra eodem iuncta gloss. in 4 uerbo [*Obtinenda.*] ¶ † Dispositio concepta in odium potestatis secularis non extenditur ad potestatem ecclesiasticam, licet illud idem faciat quod potestate seculari faciente fuisset locus pœnæ. uide hic text. iuncta glo. 5 uerbo [*Seculari.*] ¶ † Secularis capiens clericum, licet non animo sibi iniuriam faciendi, sed ne citatus uadat ad curiam Romanam, incidit in excommunicationem; quia manus sua sæua, & iniuriosa est sedi apostolicæ, & toti ordini clericali. argumen. in cap. contingit. infra de senten. excommu. uide hic gloss. in uerbo [*Seculari*] & idem dic in similibus casibus argumen. præalleg. capitul. con-6 tingit. ¶ † Procurans suam captionem ne citatus ipse uadat ad curiam Romanam incidit non solum in pœnam hic contentam, sed cum de hoc constiterit contra ipsum proceditur tanquam contra contumacem. uide hic gloss. in uerbo [*Procurans*] quam not. & uidetur probari quasi in similibus terminis in cap. quoniam frequenter, post prin. ut lit. non contesta. cum l. 2. ff. si quis cau. 7 ¶ † Resignatio beneficiorum facta per intrusum in carcere ad istum effectum resignationis cõsequendum est ipso iure nulla, etiam quo ad renunciantem, quamquam a resignantium ipsorum prælatis recepta uel rata habita sit. uide hic bonum & singu. text. iuncta gloss. in uerbo 8 [*Nullus*] & in uerbo [*Receptæ.*] † & ex eodem text. & gloss. not. per locum a speciali, quòd resignatio beneficiorum per metum facta aliter quàm per incarcerationem, non est ipso iure nulla, licet possit peti rescissio propter metum, ad hoc quod legitur & nota. in capit. abbas. quod metus causa. facit ad prædicta. l. qui in carcere. ff. eodem 9 titul. ¶ † Vbicunque mandatur denunciari quis excommunicatus, uel quid simile, si iudici sic & sic constiterit, debet prius pars uocari in processu fiendo, ut iudici cõstet; quia causarum merita partium assertione pandun tur in cap. cum ex literis. de in integrum restitu. & l. fin. C. si per uim uel alio modo. uide hic gloss. in uerbo [*Constiterit*] & similis gloss. est in clemen. præsenti. de censib. & ex prędictis & text. illo & dicto ca. presenti no. quòd non debet quis denunciari excommunicatus, nisi prius uocetur, quod intelligo quando potest in dubium reuocari, an quis sit excommunicatus, secus quando clarissime de excommunicatione constat, tunc enim non est opus quod uocetur, quia per denunciationem amplius non ligatur. arg. in c. reprehensibili. & c. pastorali secundo responso. de appel.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio disponens contra mendicantes non includit alios religiosos non mendicantes.*
2 *Constitutio disponens in genere contra religiosos comprehendit mẽdicantes & non mendicantes.*
3 *Constitutio contra religiosos generaliter lata non includit clericos seculares.*
4 *Religiosi correctio spectat primò ad suum prælatum.*
5 *Suspensionis species sunt multiplices.*
6 *Ecclesia habet iurisdictionem supra illos, qui uiuunt sub quadam specie religionis, licet etiam reprobatæ.*
7 *Suspensus ab officio, an etiam sit suspensus a beneficio; & uide per pulchras distin.*
8 *Excommunicato simpliciter an debeant ecclesiastici redditus subtrahi.*

CAPITVLVM III.

1 CVpientes. ¶ † Constitutio disponens contra mendicantes non includit alios religiosos non mendicantes. uide hic tex. iuncta glo. in uerbo [*Men-2 dicantibus.*] † secus si constitutio disponit contra religiosos in genere, tunc comprehenduntur mendicantes & 3 non mendicantes. uide hic gloss. in uerbo [*Religiosos.*] † ex qua etiam not. quòd licet comprehendantur religiosi indifferenter, non tamen includuntur clerici seculares. de quo uide quod dixi in cle. 1. de rescrip. & in clemen. reli-4 giosi de decim. ¶ † Religiosi correctio primò spectat ad suum prælatum, uide hic text. iuncta gloss. in uerbo [*Faciam*] & uide de hoc quod plene no. in capitul. quan-5 to. de offic. ord. ¶ † Not. multiplices suspensionis species.

cies.per gloss. hic ualde not. & plenam in uerbo[*Suspensi*]& per illas uarietates pôt dici, quòd quot sunt actus liciti, tot possunt esse ab illis suspensiones. nil enim obstat, quin ex aliqua causa possit quis suspendi ab actu alias licito & legitimo in eius pœnam ex illarum similitudine, quę hic in præfata gloss. numerantur. & not. inter cęteras speciès gloss. in eo quòd dicit, quòd suspenditur status canonicorum alamaniæ. de elec. c. indemnitatibus. §. penultim. libr. 6. & clemen. attendentes. §. illas quoque. de sta. regu. Aduerte quia illa iura non dicunt, quòd istarum status sit in suspenso, sed solum papa certis casibus de illis disponens protestatus est quòd per illa decreta erga eas edita non intendat earum statum regulam seu ordinem approbare. & gloss. ibi not. super uerbo approbare. in dicta clemen. attendentes. quòd dicit imo illarum status reprobari uidetur, allegat. capit. pernitiosam. 18. quæst. 2. quam bene not. & bene facit il 6 le text. in cap. pernitiosam.† Not. etiam singulariter ex prędictis iuribus quòd ecclesia habet iurisdictionem supra illos, qui uiuunt sub specie quadam religionis, seu clericali, licèt eorum status non sit per ipsam ecclesiam 7 approbatus, imo potius reprobatus. ¶† An suspensus ab officio sit per consequentiam suspensus a beneficio seu debeat sibi beneficium subtrahi. uide hic gloss. ualde not. quę quotidie allegatur in uerbo [*Suspensi*] ultra medium in uerbo[*Et quia supra posui*] quæ ponit diuersas opinio. & tandem approbat tres ultimas, & dicit eas cõ coniungendas; aliter non declarat, sed mihi uidetur, quod gloss. mens sit hæc in coniungendo illas tres ultimas opinio. quòd aut quis est a iure suspensus ab officio, & censetur suspensus etiam a beneficio; hoc uidetur probari. in cap. præter. 32. distinctio. aut ab homine, & tunc aut in sententia exprimitur, & serua sententiam, aut simpliciter fit de officio mentio, & non apparet de mente proferentis an uoluerit, uel non comprehendere beneficiũ; & tunc aut fertur suspensio propter crimen, seu aliam grauem causam, & censetur suspensus etiam a beneficio de purga. cano. cap. inter. aut fuit suspensus propter infamiam, seu scandalum, uel aliam leuem causam; & tunc talis suspensio non extenditur ad beneficium. argumẽ. 2. questio. 5. cap. presbyter si. & capitulo. 2. de purga. cano. quia sine magna causa beneficium subtrahi non debet 27. quęst. 7. cap. inuentum. Si tamen hoc casu suspensus contemneret suspensionem, seu esset in mora absolutionem petendi, debet eidem beneficium subtrahi. ut in cap. cum bonæ. de ætate. & qualitate, facit capit. fin. de electio. & cap. unicum. §. cum uero. ne sede uacan. lib. 6. 8 & hæc nota.† Quid autem de excommunicato simpliciter, an debeant sibi redditus ecclesiastici subtrahi? uide bonum text. in capitul. pastoralis. in fine, de appellation. & uide omnino quæ ibi dixi. in lectura mea post gloss.

DE POENI. ET REMIS. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Damnatis ad mortem non est pœnitentia deneganda, nec sacra communio, nec tandem sepultura.*
2 *Corpora damnatorum ad mortem de loco iustitia non sunt auferenda sine principis licentia.*
3 *Princeps debet se facilem exhibere in licentia corporum a loco iustitiæ auferendorum indulgenda.*
4 *Princeps non debet damnatis ad mortem denegare ecclesiastica sacramenta.*

CAPITVLVM I.

1 CVm secundum. ¶† Damnatis ad mortem non est pœnitentia deneganda, nec sacra commu-2 no, nec tandem ecclesiastica sepultura;† non tamen sine principis licentia sunt eorum corpora de loco iustitiæ auferenda. uide hic gloss. in uerbo [*Pœnitentiæ*] quę tamen probatur per iura in ea allegata, uidelicet per istum text. & c. fin. 13. q. 2. & l. 1. & 2. ff. de cada-3 pu.† princeps tamen debet facilem se in hac licentia co-4 cedenda exhibere, ut in iuribus proximè allegatis.† nõ debet tamen princeps ecclesiastica sacramenta denegare. ut in hac clem.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosinas per mendacia quæstuantes subijciuntur locorum ordinarijs, non obstantibus eorum priuilegijs.*
2 *Absolutio a pœna & culpa, quid sit, quibus, per quos, & propter quod conferatur.*
3 *Ecclesia est illa, quæ principaliter recipit ligandi & soluendi potestatem.*
4 *Ecclesia repræsentatur per sacrum concilium legitimè congregatum.*
5 *Quæcunque ligaueritis super terram &c. uerba illa fuerunt per Christum dicta omnibus apostolis simul collectis.*

CAPITVLVM II.

1 ABusionibus. ¶† Not. hic text. no. in multis prouidentem contra istos quæstores qui multa mendaciter proponunt, & in eorum excessibus subiiciuntur locorum ordinariis eorum priuile. non ob-2 stan. ¶† Nota. quòd absolutio a pœna & culpa sic uulgariter dicta, est illa plenissima peccatorum remissio, quæ conceditur cruce signatis pro subsidio ultramarino. de qua plene not. per doctor. in capitul. ad liberandam de iudæis. unde hic gloss. iuncto text. in uerbo[*A pœna & culpa*]& no. bene eam in fin. quatenus dicit, quòd hanc plenissimam indulgentiam seu remissionem solus papa concedit. ego intelligo quòd gloss. intendat excludere alios prælatos inferiores. per capitul. cum ex eo. in fin. de pœniten. & remis sio. non autem concilium uniuersale. nam arbitror quòd concilium uniuersale possit tales remissiones facere, cum repræsentet totam ecclesiam, per ea quę not. Innocen. in capitu. quid autem eodem titul. & alibi hunc articulum plene examinaui. 3 † ecclesia enim est illa, quæ principaliter recipit ligandi & soluendi potestatem. ut dicit Hieronymus in capitul. omnibus. & Aug. in capitul. quodcunque. & Cyprianus 4 in capitu. loquitur. 24. quęstio. 1.† quæ repræsentatur per 5 sacrum concilium legitimè congregatum.† & omnibus apostolis simul collectis fuit per Christum dictum [*Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata in cælo; & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta in cælo.*] Matthei. 18. c. adduxi ibi multa alia.

DE SENTEN. EXCOM. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Religiosorum appellatione ueniunt tam mendicantes quàm non mendicantes, clerici tamen seculares minimè, etiam si apponatur uerb. quicunque.*
2 *Religiosi qui propriè sint, quæque profiteantur.*
3 *Ecclesia matrix quare sic dicatur.*
4 *Ecclesiæ matricis appellatione intelligitur in dubio de catedrali, ratione autem adiuncti, uel subiectæ materiæ de alia principali.*
5 *Excommunicationem incurrunt religiosi non seruantes interdictum, quod uident illius loci matricem ecclesiam obseruare, quamuis illæ eis subsit.*
6 *Matricis ecclesiæ appellatione uenit ipsa materialis ecclesia.*
7 *Seruari illud non dicatur, quod aliqui seruatur, aliqui non.*
8 *Interdictum quod metropolis ecclesia seruat, religiosi, qui non sunt de illa diœcesi, seruare non tenentur.*
9 *Ciuitas cum diœcesi habet suam cathedram episcopalem.*

Arguem

10 *Argumentum a contrario censu cessat, ubi illius argumenti contrarium reperitur in iure.*
11 *Contrariorum eadem est disciplina, ubi uerba & mens non resistunt, alias secus.*
12 *Obseruare aliquid is dicitur, qui abstinet ab illo animo obseruandi, secus si non illo animo.*
13 *Interdictum, quod ecclesia matrix obseruat, religiosi tenentur seruare, quamuis ex aliqua iusta causa prætendatur nullum.*
14 *Excommunicationem expresse, & tacitè, quibus casibus papæ reserua tis quis incurrat, uide hic enumeratos.*

CAPITVLVM I.

1 EX frequentibus. ¶ † Appellatione religiosorum quorumcunque ueniunt religiosi tam mẽdicãtes q̃ non mendicantes. clerici autem seculares minimè apprehenduntur. uide hic gloss. super uerbo[*Religiosi*] iuncto tex. sed tu idem dic, si nõ ponatur illud uniuersale, quicunq;. nam appellatione religiosorum simpliciter ueniunt omnes religiosi tam mendicantes quàm ñ mendicantes. ut est gl. in clemen. cupientes, supra de pęnis. in uer. relegiosos. ubi dixi. † religiosi .n. propriè sũt oẽs, qui tria substantialia cuiuslibet religionis profitentur. ut not. super rubrica de regula. gl. in uerbo[*Obedientiam*] & in clemen. 1. de relig. domi. & gl. in uersi. tertio.
3 clemen. penul. infra eodem titu. ¶ † Appellatione matricis ecclæ uenit maior ecclesia & baptismalis in loco, licet non sit cathedralis, q̃ ideo dicitur matrix; quia sicut mater generat, sic illa baptizando regenerat. ita uidet
4 hic tex. iuncta gloss. in uerbo[*Matricem*] † Sed tu aduerte. quia hoc dictum non est simpliciter uerum, dic ꝙ ubi fit simpliciter mentio de ecclesia matrice, intelligitur in dubio de ecclesia cathedrali. tex. est in capitu. uenerabilis. de uerbo. significa. sed ubi non potest ratione alicuius adiuncti uel ratione subiectæ materiæ intelligi de cathedrali, tunc habet locum quod hic dicitur in gl. ut illa dicatur matrix ecclesia, quæ in loco illo est maior & baptismalis. si autem in illo loco nulla est principalior utputa, quia in illa uilla uel castro omnes ecclesię sunt æquales & quęlibet baptizat suos parochianos, uel ecclesia principalis, & baptismalis est in alia uilla, tunc nulla in illo loco dicitur esse matrix, nec potest habere tunc locum quod hic dicitur, ut uoluit gloss. ista in fin. quam not. ad multa similia. & secundum prædicta intelligitur. capitu. ex transmissa, de præscript. & de transact. c. præterea. & cap. 1. de præscrip. cum similibus.
5 ¶ † Habet locum ista clemen. ut religiosi incidant in excommunicationem, si non seruant interdictum, quod uident illius loci matricem ecclesiam obseruare, etiam si illa ecclesia matrix subsit illis religiosis quo ad præsentationem, uel collatiouem, uel quòd sit ipsorum uicaria. quia text. iste indistinctè loquitur disponens, quòd religiosi tenentur seruare interdictum, quod uident matricem ecclesiam illius loci obseruare. ita dicit no. hic glo. in uerbo[*Matricem*] quod not. quia facit ad multa.
6 ¶ † Appellatione ecclesiæ matricis seu cathedralis hic non comprehenduntur episcopus & clerici seu capitulum, sed capitur ecclesia pro ipsa materiali ecclesia. si enim obseruatur interdictum in ipsa ecclesia, tenentur religiosi illud obseruare, secus si non obseruatur, uel aliqui seruant aliqui non; quia uerum est dicere, quòd in ip
7 sa ecclesia non seruatur. † & no. hoc ultimum, quòd non dicitur ecclesia seruare, si aliqui seruant, aliqui non; & hoc habet locum quo ad pœnam istius cleme. quæ cum sit odiosa, debet ad proprium casum restringi; sed quo ad pœnam irregularitatis incurrendæ serua antiqua iura. & de his infra dicetur. hoc uoluit hic gloss. super. d.
8 uerbo[*Matricem*] ¶ † Si ecclesia metropolis seruat interdictum, non tenentur religiosi, qui non sunt de illa diœcesi, ad illius interdicti obseruantiam uigore istius clemen. quia iste text. loquitur de ecclesia cathedrali, uel matricæ illius loci; sed certum est, quòd ecclesia metropolitica nõ est cathedralis, uel matrix, nisi respectu suę diœcesis, non autem respectu suæ prouinciæ, sed quælibet est cathedralis respectu totius.
9 † Ciuitas enim cum diœcesi habet suam cathedram episcopalem. ut in cap. in illis. 80. distinct. hoc uoluit hic præalleg. gloss. super
10 uerbo[*Matricem*] quam not. † Argumentum a contrario sensu cessat, ubi illius argumenti contrarium reperitur in iure. no. hic gloss. in uerbo[*Obseruare*] remittens ꝓ materia ad no. in cap. publicati de elect. uide per Barto. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure & per Bald. in l. conuẽticula. C. de sacrosanct. ecclesi. & pro dicto gloss. alleg. tex. in cap. a nobis. 2. de senten. excommunic. aliquid de materia in cap. cum apostolica. de his quę fiunt a præ-
11 la. † Contrariorum eadem est disciplina, ubi uerba & mens non resistunt, alias secus. uide hic bonam gloss. super præalleg. uerbo[*Obseruare*] 10. colligitur hic, quia tex. mandat, ut religiosi debeant obseruare interdictum, qđ cathedralem seu matricem ecclesiam loci uiderint obseruare, nunquid si uident illam ecclesiam matricem interdictum non obseruare, debeant in non obseruando se illi conformare. & dicit gloss. no. quòd non, quia licet regulariter contrariorum eadem sit disciplina, de iureiurand. cap. intellecto. hoc est uerum nisi uerba aut mẽs resistant; non enim est uerisimile, quòd tex. iste uoluerit, quòd clericorum matricis ecclesiæ excessus det religiosis materiam delinquendi. de priuileg. cap. petistis. conformabunt ergo se in casu hic expresso scilicet in obseruando, quia nullum subest peccatum; non autem in non obseruando, ne detur materia uiolandi iustum in-
12 terdictum. † Is dicitur aliquid obseruare, quando abstineet ab illo animo obseruandi, secus si abstinet non illo animo. uide hic glo. in uerbo[*Obseruare*] in fin. & facit. l.
13 2. ff. de cond. & demonstra. † Religiosi tenentur obseruare interdictum, quod matrix ecclesia obseruat, etiam si propter appellationem prius interpositam prætendatur nullum, uel ex alia iusta causa; non enim debent ipsi de illius ualiditate disputare, sed solum ad obseruantiam illius tenentur, ex quo matrix ecclesia obseruat. uide hic text. iuncta gloss. in uerbo [*Appellationibus.*]
14 ¶ † Quinquaginta casus, quorum. 16. sunt reseruati papę, quibus quis ipso iure excommunicationem incurrit expresse, & duos tacitè per constitutiones clement. inductos. uide hic enumeratos per gloss. in uerbo [*Excommunicationis*] Hostien. autem in summa eodem titu. §. 4. in princ. colligit. 30. tales casus ueteris iuris. uide. 32. editos seu indictos per constitutionem. 6. lib. quos enumerat gloss. in cap. eos qui. eodem titu. lib. 6. Religiosi non seruantes interdictum, quod uident seu sciunt matricẽ ecclesiam obseruare, incidunt in pœnam excommunicationis ipso facto per istam constitutionem, & quandoque incidunt etiam in alias pœnas editas contra nõ seruantes interdictum, quandoque in illas, & non istam, qñque in nullam incidunt. de quo distingue, ut habetur hic in gl. in uerbo[*Subiacere*] Pro consilio habendo uide multas auctoritates hic in gloss. super uerbo[*Comprobatur*] & tex. in c. de quibus. 20. dist.

SVMMARIVM.

1 *Nobilium & dominorum temporalium appellatione ueniunt episcopi & alij ecclesiarum prælati, etiam in materia pœnali.*
2 *Dominium temporale habentium appellatione ueniunt episcopi, et alij clerici dominium temporale habentes, licet materia sit pœnalis.*
3 *Interdicti mentio in iure simpliciter habita, locum sibi uẽdicat in quolibet interdictio siue latum ab homine, siue a iure.*
4 *Interdicto locum subiectum sciens, an illud seruare teneatur denunciatione a iudice prius non facta.*

Excommu-

5 *Excommunicatus an debeat a ſcientibus euitari ante denunciationem.*

6 *Interdictorum,uel excommunicationis prætextu clerici a diuinis ceſſatione,uel quem euitare non tenentur, niſi ſit facta per iudicem declaratio.*

7 *Interdictum non licet ſoluere nec in capellis , nec in eccleſiis inſignibus.*

8 *Vocationi præconis non obidiens magis contemnit,quàm qui campanæ non obedit.*

9 *Excommunicati,uel interdicti publicè,debent de eccleſiis,dum miſſarum ſolennia celebrantur,inſtantibus præſertim celebrantibus exire.*

10 *Excommunicatum occultum qui ſcit eſſe in eccleſia,cautè,ſi poterit, exibit;ſed ſi ſine ſcandalo,non debet exire.*

11 *Peccator quilibet etiam excommunicatus poteſt intrare eccleſiam cauſa orandi.*

12 *Excommunicatus publicè ſi non uult exire eccleſiam tempore diuini officij,debet ſacerdos dimittere officium miſſæ, licet hoc ſit cum populi ſcandalo.*

13 *Grauatio ſiue compulſio multiplex eſt,ſcilicet realis,perſonalis,directa,& indirecta.*

14 *Diſpoſitio pœnalis diſponens ſuper miſſarum celebratione ſeu intereſſentia,non extenditur ad alia diuina officia.*

15 *Sacerdotis monitio generalis , ut excommunicati & interdicti exeant de eccleſia tempore diuinorum,ſufficit, ne ipſe ſacerdos incurrat excommunicationem.*

16 *Interdicti uel excommunicati debent a celebrantibus nominatim moneri,ut exeant eccleſiam, ad hoc ut in nouam incidant excommunicationem, quæ ſedi Apoſt.reſeruatur.*

17 *Monitio generalis ſufficit,ubi non additur nominatim.& quæ dicatur nominatim monitio.*

CAPITVLVM I.

1 GRAVIS. ¶†Appellatione nobilium & dominorum temporalium ueniunt etiam epiſcopi & alii eccleſiarum prelati,ſi alias ſunt nobiles , & habent dominium temporale etiam in materia pœnali. uide hic text. in princip. iuncta gloſſ. nota. ſuper uerbo [*Temporales*] uide ad idem clemen.multorum. de pœnis. in princip. iuncta gloſſ. in uerbo [*Dominum*] ubi proba- 2 tur. † quòd appellatione habentium dominium temporale ueniunt etiam epiſcopi & alii clerici dominium téporale obtinentes, licet materia ſit pœnalis.quæ nota. 3 † Iura loquentia de locis interdicto ſuppoſitis ſeu ſimpliciter de interdicto, locum ſibi uendicant in quolibet interdicto,ſiue ſit latum ab homine,ſiue a iure.uide hic 4 text. poſt princip. iuncta gloſſ. in uerbo [*Suppoſitis*] † An ſciens locum ſuppoſitum interdicto ab homine uel a iure denunciatione prius per iudicem non facta, illud ſeruare teneatur.uide hic text.iuncta gloſſ. nota. in uerbo [*Suppoſitis*] quæ hoc dubium proſequitur , & concludit quòd ſic;ſatis enim eſt locum eſſe interdictum, licet nó ſit publicatum.facit c.cũ non ab homine.&quod ibi nota.ſupra eodem,& capitu.cum non deſideres.primo reſponſo. in fin. qui enim ſciuit certiorari non debuit. de regu.iu. c.eũ qui.lib.6.& idem tenet arch.in cap.is qui. eo.ti.lib.6.quod uerum intelligit,niſi factum eſſet occultum.6.quæſtio. 2.cap.ſi tantum.& prædicta decreta.cum 5 non ab homine.†Et de excommunicato an debeat uitari ante denunciationem , idem eſt dicendum,quod ſupra de interdicta dictum eſt. uide qđ dicam nfra poſt 6 gloſſ.in notula,quæ incipit [*Publicè excommunicati*] †expediret tamen ſecundum gloſſ.per conſtitutionem prouidere,clericos non teneri ad obſeruantia interdictorum latorum a iure , niſi prius fiat illorum declaratio.ſimile de hereti.cap.cum ſecundum,lib.6. & facit clemen.præſenti,de cenſi.quæ no.multum. & aduerte, quia hoc ultimum hodie ſtatutum fuit in concilio Baſilienſi. in 20. ſeſſione.in §.ad euitandum ſcandala. non ſolum interdicto,ſed etiam in excommunicatione,ut non teneatur quis alium euitare in diuinis,uel extra prętextu excommunicationis , aut ſuſpenſionis,aut interdictum obſeruare,niſi ſit facta per iudicem declaratio, niſi conſtiterit quem in excommunicatione ita,ut nulla poſſit tergi 7 uerſatione celari &cęt.uide ibi plenius.†Non licet ſoluere interdictum nec in capellis, nec in eccleſiis inſignibus; grauius tamen eſt illud ſoluere in eccleſiis inſignibus, quàm in capellis.uide hic tex.iuncta gloſſ.in uerbo 8 [*Capellis*] † In uocatione ad licita maior deprehenditur contéptus,cum ſit ipſa uocatio per præconem, q̃ per cápanam; quia licet uox pręconis paucis quádoque innoteſcit,ut in Auth.de litig.§.omnes. & hoc reſpectu fortior uidetur uocatio per campanam,quàm præconem ; attamen,quia pręco loquitur, & edictum ponit, ex parte mandantis,ideo maior eſt contentus,ita not.dicit hic gloſſ.in uerbo [*Præconia*] quam no.præſertim ad id quod dicit,fortiorem eſſe uocationem,quæ ſit per campaná, quàm per præconem, licet maior contemptus depreh édatur in uoce pręconia.& per rationé gloſſ. puto quòd in uocatione licita magis contemnit in non ueniendo, qui fuit uocatus uoce præconia,quàm per campanam; 9 quia præco loquitur ex parte mandantis,quod no.†Publicè excommunicati uel interdicti debent de eccleſiis, dum in ipſis miſſarum celebrantur ſolennia,inſtantibus pręſertim celebrantibus exire; ſi autem ſunt occulti,nó debemus eos uitare in publico.6.quæſt.2.cap.2. de ſen- 10 ten.excomm.cap.cum non ab homine.†unde dicit Ray. in ſumma huius titu.§.item,quòd ille, qui ſcit occultum excommunicatum eſſe in eccleſia,caute ſi poterit, exhibit;ſi autem id non poſſit ſine ſcandalo, non debet exire,per iura prædicta,ne ſit proditor.2.quæſt.1.cap.ſi peccauerit.uide hic text. cum gloſſ.in uerbo [*Publice*] & ad materiam per Arch.& Ioan.And.in cap. epiſcoporum. de priuileg.lib.6. & adde hodie illud decretum concilii Baſilien. de quo ſupra fecit mentionem. ſed diligenter pondera tex.iſtum in eo , quod ponderat , quòd inter miſſarum ſolennia iſti excommunicati excludebantur de eccleſia, facit optimè pro opin.gloſſ.no. in cap. qui 11 ſtudet.1.quæſt.1.†ubi dicit Barto.Brix.Tan.dixiſſe & ſibi ſæpe reſpondiſſe , quòd peccator quilibet etiam excommunicatus poteſt intrare eccleſiam cauſa orandi , dummodo non interſit diuinis officiis,cum prohibitum 12 non inueniatur;quod ſingulariter not . ¶†Si publicè excommunicatus non uult exire eccleſiam tempore diuini officii,debet ſacerdos dimittere officium miſſę, licet hoc cedat in cleri & populi ſcandalum,ut clare innuit iſtę tex.in uerbo [*Nonnulli*] quod uerum dicit hic gl. ſuper uerbo [*Inexpleta*] niſi iam ſacerdos incepiſſet canonem miſſę.de quo remittit ad not.per ſe in cap. nuper.de ſent.excommu.& facit 7.quæſt.1.c. illud & cap. 13 nihil.& quod no. 11.quæſt.4.c. ſicut apoſtoli. ¶†Multiplex eſt compulſio,uidelicet realis, perſonalis, directa,& indirecta; ut ſi res alicuius occupatur,conſanguinei grauantur in rebus,uel perſonis.facit de electio.capitu.faciant cuncti.& cap.quicunque lib.6.& omnes iſti modi ueniunt,ubi ſit mentio de qualibet compulſione, 14 uide gloſſ.in uerbo [*Quolibet*] ¶†Diſpoſitio pœnalis diſponens ſuper miſſarum celebratione ſeu intereſſentia, non extenditur ad alia diuina officia.uide hic text.iun- 15 cta gloſſ.in uerbo [*Miſſarum*] ¶†Monitio generalis , ut omnes excommunicati & interdicti exeant de eccleſia tempore celebrationis diuinorũ,ſufficit ad hoc,ut præcipientes,ut exeant,non incurrant excommunicationé, de qua hic in fin.cuius abſolutio reſeruatur ſedi apoſtolicę.ſed quo ad ipſos interdictos ſeu excommunicatos, ut in talem excommunicationem incidant , requiritur monitio ſpecialis,uidelicet ut nominatim fiat a celebrátibus.& hoc innuit tex.qui dum loquitur de ipſis præcipientibus facit mentionem de nominatione ſimpliciter,ſed dum poſtea loquitur de ipſis interdictis & excómunicatis , ut incidant in excommunicationem , cuius abſolutio

abſolutio reſeruatur ſedi apoſtolicæ, requiritur ut nominatim moneantur.hæc uoluit gloſſ.hoc ſuper uerbo
16 [*Nominatim*]† Ex quo ſingulariter no. & neſcio alibi, ꝙ ſi interdicti uel excommunicati monentur nomitatim
2 celebrantibus,ut exeant eccleſiam,& non exeunt,incidunt in nouam excommunicationem auctoritate huius conſtitutionis prolatam. & iſta abſolutio ſoli ſedi apoſtolicę reſeruatur, & ſic excommunicatus poteſt iterū
17 excommunicari;ut etiam colligit hic gloſſ.fin.† & not. quod ſupra de monitione dictum eſt, quòd ubi requiritur monitio,& non additur nominatim, ſufficit monitio generalis. & quæ dicatur nomitatim monitio, uide per gloſſ.in uerbo[*Nominatim*]ſupra de uita & hone.cle. c.1.& melius per glo.in cap.conſtitutionem.co.tit.lib. 6.in uerbo[*Nominatim*]quam no.& per Inn.in c.in lateranen.de præben.

SVMMARIVM.

1 *Beatus Franciſcus tres ordines inſtituit.*
2 *Ordo primus beatus Franciſci eſt arctiſſimus,& caret proprio.*
3 *Ordo ſecundus Beati Franciſci eſt ſanctæ Claræ,in quo licet arctiſſimo.ſorores tamen habent in communi proprium.*
4 *Ordo tertius Beati Frāciſci eſt marium et fœminarum in coniugio etiā uiuentium & proprium in ſingulari habentium.*
5 *Regulares,ſeu regulam habere non dicuntur,ſed potius quendam modum uiuendi,qui tria ſubſtantialia non profitentur.*
6 *Fratres & ſorores appellari poſſunt illi de tertio ordine,licet propriè non ſint regulares aut religioſi.*
7 *Fratres & ſorores de tertio ordine ſancti Franciſci appellantur continentes,licet uiuant in coniugio,& quare.*
8 *Viuentes in coniugio quantuncunq; honeſtisſime,non dicuntur ſeruare continentiam;licet caſtitatem ſic.*
9 *Conſtitutio pœnalis puniens delinquentem in eccleſia ſua non extenditur ad delinquentem in eccleſia aliena.*
10 *Exempti, qui inciderunt in excommunicationem propter delictum in loco exempto commiſſum, non poſſunt ab ordinario loci ſine ſpeciali papæ permiſſione abſolui.*
11 *Papa eſt ordinarius exemptorum.*
12 *Clericus nō poteſt iuriſdictioni alterius ſe ſubijcere,ēt in foro animæ, ſine conſenſu ſui ordinarij.*

CAPITVLVM II.

1 CVM EX EO. ¶†Tres ordines beatus Fran
2 ciſcus Inſtituit.† Primus eſt fratrum minorum qui eſt artisſimus, & caret proprio etiam in cōmuni,& de iſto ſatis habetur in titu.prox.clemen.exiui.
3 †Secundus fuit ſanctæ Claræ,qui differt a primo, quia ordo ille etiam fœminis arctisſimus habet tamen pro
4 prium in communi. † Eſt & tertius pro uiuentibus in coniugio maribus & fœminis adinuentus, & hunc ordinem tertium profesſi habent proprium etiam in ſingulari,& potius eſt modus uiuendi, quàm propriè dicatur regula ; eſt tamen approbatus per papam Nicolaum tertium.ita no.dicit hic glo.in uerbo[*Tertio*]& eſt quaſi ſimilis glo.in uerbo[*Obedientiam*]in clemen.1.de re
5 lig.domi. † ex qua glo.no.quòd qui non profitentur illa tria ſubſtantialia regulæ, de quibus in c.cum ad monaſterium.non dicuntur proprię regulares ſeu habere
6 regulam,ſed potius quendam modum uiuendi.†Itē no. ex tex.& gl.ꝙ tales poſſunt appellari fratres & ſorores, & de tertio ordine,licet proprie non ſint regulares aut
6 religioſi.†Item no.ex iſto tex.in uerb. [*Continentes*]ꝙ iſti fratres & ſorores de tertio ordine ſancti Franciſci appellant̄ cōtinentes,ſeu de pnīa.dicit tñ hic glo.in uerb. [*Continentes*]ꝙ non promittent iſti continentiam,imo uiuunt in coniugio,tamen ſm modum uiuendi eis datum certis diebus qualibet ſeptimana abſtinent a toro,ſicut & ſeptimana uicis ſuę abſtinebant ſacerdotes ueteris
8 teſtamenti.82.di.c.plurimos.qđ no.† Ex quo collige ꝙ uiuentes in coniugio quantuncunq; honeſtisme,non dicuntur ſeruare continentiam, licet etiam certis diebus abſtineāt a toro;caſtitatem autem ſeruare dicuntur per c.nicena.31.di.& uide quod legi.& no.in l.una. C. ſi ſecundo nup.& ad text.iſtum dic,ꝙ non dicit, ꝙ ſeruant continentiam,ſed quòd nuncupantur continentes ſupple uulgariter propter continentiam quam ſeruant in certis diebus qualibet ſeptimana,& pœnitentiam quam agunt,& ad prædicta uide bonum tex.in c. ſignificauit. de conuer.coniu.
9 ¶†Conſtitutio pœnalis puniens delinquentem in eccleſia ſua non extenditur ad delinquentem in eccleſia aliena.hoc uoluit glo.in uerbo[*Suis eccle*
10 *ſiis*]quam no.in materia extenſionis.¶†Exempti,qui inciderunt in excommunicationem propter delictum in loco exempto commiſſum,non poſſunt ab ordinario loci ſine ſpeciali papæ permisſione abſolui.uide hic glo. ualde no.ſuper uerbo[*Auctoritate apoſtolica*] quam ſemper tenebis menti.& uidetur prima fronte per iſtum text.in fi.probari.aduerte quia Fede.de Senis ſuo conſi. 14. tenet contrarium per c.luminoſo.18.q.2.& regu.ꝙ ob gratiam.de re.iu.li.6.& plenius ibi proſequitur, cuius dicta ponit & ſequitur Io.de Ligna.licet non nominet Fel.in cle.ne in agro.de ſtatu re.Io.An.in regu.ſcienti. de reg. iu.lib.6.in q. mercuriali. tenet primam partem,quam et ſequitur d.Ant.in c.ſignificaſti.de fo. compe. & ibi ego plene hunc ar.examinaui, & concluſi cum opi.huius gl. quòd non,per hunc text.nam hoic facile iudicio meo reſponderi poſſet,uidelicet quòd ideo papa hoc dixit ordinarium debere in hac abſolutione fungi auctoritate apoſtolica ; quia hæc abſolutio erat prius per uerba præcedentia romano pontifici reſeruata, merito etiam ſi non fuiſſent exempti, non poterant a loci ordinario propria auctoritate abſolui per capitu. nuper. de ſent. excomm. ſimile in c. uno.de cleri.ægro.li.6.& in c. irre
11 fragabili,de offi.ordina.†ſed uera ratio huius opi. uidetur,quia papa eſt ordinarius exemptorum.ut no. glo.
12 in c.auctoritate.de priui.lib.6.& in c.nulla.94 diſt.†cui quidem priuilegio non poteſt clericus iuriſdictioni alterius ſe ſubiicere,etiam in foro animę, ut in cap. omnis utriuſque ſexus,de pœni.& remi.& præalle.cap.ſignificaſti.& uide plenius ibi per me ubi ſatis ultra alios hūc articulum examinaui.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſicut excommunicato participando ipſum non abſoluit, ita nec aliquem euitando ipſum excommunicat.*
2 *C.Inimicus.93.diſt.qualiter intelligi debeat.*
3 *Papa cum excommunicato ſcienter participando non ligatur minori excommunicatione,qua alii participantes ligantur.*
4 *Excommunicato literas ſcienter ſcribens minorem incidit excommunicationem.*
5 *Excommunicato ſcienter nuncium mittens,excommunicationē incidit.*
6 *Papa poteſt per quencunque actum abſoluere excommunicatum, dummodo abſoluere intendat.*
7 *Inferiores a papa non debent abſoluere niſi in forma eccleſiæ.*
8 *Papa licet aliquem uocet,ſiue tractet ſub nomine alicuius dignitatis, non per hoc cenſetur illi quicquam noui iuris tribuere.*
9 *Epiſcopus licet miſſam audiat,uel procurationem accipiat a male ordinato,non per hoc videtur ſecum diſpenſare, dato quod ſit caſus in quo posſit.*

CAPITVLVM III.

1 SI SVMMVS.¶†Sicut papa participando cū excommunicato ipſum non abſoluit, niſi aliud appareat de eius mente, ut hic, nec aliquem euitando ipſum excommunicat;unde non incurrit in minorem excommunicationem,ſi quis communicat ſeu participat
2 illi, quem papa euitat.ut c.ſi inimicus.93.diſt. ubi dr̄, ꝙ debemus euitare illū,cui papa pro ſuis actibus non cōicat.dēt intelligi,qñ euitat & euitare præcipit.ita no.di-

cit hic gloſſ.1.quam not.& uide quod not.Doct. in cap.
3 cum olim. de priuile.¶†Papa participando cum excom municato etiam ſcienter non ligatur minori excommu nicatione,qua alii participantes ligantur, ita dicit hic
4 glo.in uerbo[*Participet*]& not.in cap.nulli.eod.ti.¶†Scri bens literas excommunicato ſcienter incidit in excom- municationem minorem, quia per hoc uidetur ſecum participare,ut innuit hic text.in uerbo [*Participet*]& cla- rius hoc tenet hic glo.in uerbo[*Literas*] idem & clarius
5 tenet glo.3.in c.conſtitutione.eo.tit.li.6.† dicens idem in mittendo nuncium,quia ipſe uidetur loqui nuncium
6 mittendo,uel literas,alle.l. licet.ff.de conſti.pecu.¶†Pa- pa poteſt aliquem ab excommunicatione abſoluere per quemcunque actum,dummodo hoc,ſcilicet abſoluere in
7 tendat,ſecus in inferioribus,† non enim debent ipſi ab ſoluere niſi in forma eccleſiæ, ut in c. cum deſideres. de
8 ſent.exc.& uide quod ibi not.¶†Not.hic text.& clarius ex glo.in uerbo [*Tractat*] quòd ſiue papa uocet,ſiue tra ctet aliquem ſub nomine alicuius dignitatis, puta quia cum uocat alios eiuſdē dignitatis, uocat & hunc, non per hoc cenſetur illum in illa dignitate approbare, aut quicquam noui iuris illi tribuere,& ſic etiam per actum poſitiuum & exteriorem congruentem illi dignitati non uidetur ei ius nouum tribuere in illa dignitate,quod eſt
9 not.† & per hoc dicit not.hic gloſſ.in uerbo [*Approbare*] quòd licet epiſcopus miſſam audiat uel procurationem accipiat a male ordinato uel inſtituto,quòd per hoc non uidetur ſecum diſpenſare,dato quòd ſit caſus, in quo di ſpenſare poſſit.alleg.not.per Innoc. in c.ueniens.de fil. presby. uide.quod plene not.in c. 2.de ſciſmati. & quod nota. Bart.in l.Barbarius.ff.de offi. præto.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Simpliciter aliquid fieri,quid ſit.*
2 *Clauſula;ſimpliciter,de plano,ſine ſtrepitu,& figura iudicii;ſi requi- ritur in aliqua diſpoſitione a iure cõmuni exorbitanti, & in commiſ ſione cauſæ tota non apponitur,locum non habet diſpoſitio.*
3 *Conſtitutio exorbitans a iure communi,non eſt extra ſuos terminos di latanda.*
4 *Sine figura,hæc uerba ſi apponantur in commiſſione, uidentur per ea tolli ſubſtantialia iudicii.*
5 *Clauſula,ſimpliciter de plano ſine ſtrepitu & figura; ſi in commiſſio- ne aliqua ponatur cum una tantum copula in fine, operatur ut in præcedentibus cenſeatur repetita.*
6 *Copula,quando in aliqua diſpoſitione ponuntur plura diuerſa, non eſt uis,ae repetatur inter illa,an uero una copula in ultimo ponatur.*
7 *Copula,&,facit copulatum unire principaliter,ſecus in dictione,cum, quæ denotat acceſſum.*
8 *Papa ſolus poteſt in commiſſione cauſæ tollere ſubſtantialia iudicij, ẽt mandando ut procedatur ſimpliciter & de plano &c.*
9 *Conſtitutio de ſui natura eſt perpetua, licèt in ea non exprimatur, ut in perpetuum ſit ualitura.*
10 *Conſtitutio aliud eſt,aliud ſactio;nam conſtitutio eſt cum pœna. Sanctio eſt ſine pœna.*
11 *Libellus an ſit de ſubſtantia iudicij ita, ut aliter iudicium non ua- leat.*
12 *Offerri,huius uerbi uide proprium ſignificatum.*
13 *Libellus quibus caſibus omitti poteſt tacite,& expreſſe, & quibus ca ſibus non.*
14 *Fauori ſuo quilibet renunciare poteſt.*
15 *Libellus ne tradatur in ſcriptis,reus renunciare poteſt tacitè, & ex- preſſè.*
16 *Libellus de neceſſitate non exigitur, ubi mandatur procedi ſimplici- ter & de plano.*
17 *Cauſa quælibet regulariter eſt plenaria, niſi aliud ſpecialiter caueatur in iure,uel principis mandato.*
18 *Figura eſt alicuius rei apparens forma.*
Facies eſt,in qua rei ſubſtantia fingitur.
19 *Clauſula ſimpliciter, de plano, &cæt. quid per ſingula uerba deno- tatur.*
20 *Induciæ deliberatoriæ an ſint de forma iudicij, etiam ubi proceditur ſimpliciter & de plano.*
21 *Iudex poteſt recuſari in inducijs deliberatoriis.*
22 *Recuſatio iudicis ſapit defenſionem.*
23 *Recuſandi iudicis facultas an poſſit per principem tolli.*
24 *Cauſæ ſummariæ multæ ſunt,in quibus iure non cauetur, quòd in eis procedatur ſimpliciter & de plano,an ideo in illis requiratur libel lus,uel litis conteſtatio?*
25 *De plano,iſtud uerbum includit quòd poſſit procedi tempore feriarum in fauorem hominum introductarum.*
26 *Summariis in cauſis an poſſit indifferenter procedi tempore feria- rum.*
27 *Feriarum tres ſunt ſpecies,& quomodo differant.*
Feriæ quædam ſunt ob hominum neceſſitates introductæ, ut uindemia rum,& meſſium.quæ de partium conſenſu in cauſis plenariis re- mitti poſſunt,in ſummariis etiam proceditur inuitis partibus.
28 *Feriæ quæ ſunt introductæ in honorem Dei,& ſanctorum eius,quarum tempore etiam partibus conſentientibus nec in plenariis,nec in ſum mariis pcedi poteſt.*
29 *Feriæ quædam ſunt repentinæ, ideo dictæ,quia repente ex contingenti principis coronatione, aduentu,uel alia re proſpere geſta oriuntur, nec eis partes renunciant.*
30 *Sententia an poſſit executioni mandari tempore feriarum in honorem Dei,principis,& ob hominum neceſſitates introductarum*
31 *Feriæ in honorem Dei fuerunt a iure certæ & ſine hominis miniſterio introductæ;ſecus in aliis.*
32 *Iudex datus,ut procedat ſummariè & cætera.non tenetur, ſed poteſt procedere tempore feriarum ob neceſſitates hominum introdu- ctarum.*
33 *Iudex datus cum clauſula,ſimpliciter & de plano &c.ſi uidet ex pro ceſſu feriarum tempore agitando partem lædi, debet ſuperſedere. & quare.*
34 *Iudicis arbitrio commiſſum,ſi prætermittatur,pars læſa poteſt appel lare,ſecus ſi iudicis uoluntati uel poteſtati committatur.*
35 *Arbiter an poſſit procedere tempore ob neceſſitas hominum fe- riato.*
36 *Iudex debet elaborare in omnibus cauſis, & præſertim in ſummariis, ut litem,quam poſſit,breuiorem faciat.& quibus medijs hoc con- ſequi poſſit.*
37 *Exceptiones legitimæ per clauſulam,ſummarie de plano &c. non in- telliguntur ſublatæ.*
38 *Teſtium multitudinem debet iudex magis refrenare in cauſis ſumma riis,quàm in aliis.*
39 *Arbitrii poteſtate alicui iudici quantuncunque data, non intelligitur data poteſtas condemnandi pro libito,ſeu tollendi partis iuſtitiam, uel legitimam defenſionem.*
40 *Actorum, quæ in iudicio aguntur, quædam ſunt acta cauſæ ſeu li- tis,quædam acta iudicii;& quæ iſta,& illa ſint.*
41 *Citatio nunquam intelligitur remiſſa,quia ſapit defenſionem.*
42 *Citatio unica tam in principio,quàm in fine ad ſententiam ſufficit in ſummariis, in alijs requiritur trina, uel unica peremptoria.*
43 *Iuramentum calumniæ ſi tacite omittatur,& in cauſis ſummariis,non uitiatur iudicium.*
44 *Petitionem fieri,& apud acta deſcribi,triplicem fauorem continet,iu dicis ſcilicet,actoris,& Rei.*
Sententiam ſuam iudex debet partium petitioni conformare.ibid.
45 *Poſitiones & articulos actor formare debet ex petitione ſua, ex qua etiam cauebit ne ſibi obſtet exceptio ex alia cauſa.*
46 *Petitio actoris expedit reo, ut deliberare poſſit, an cedat, uel contendat, ſuaſque defenſiones formet, uel ex ineptitudine ab- ſoluatur.*
47 *Libelli oblatio actoris expenſis reo fieri debet.*
48 *Conuentus in cauſa ſummaria,an poſſit actorem reconuenire ſuper cau ſa,quæ ſui natura ſit plenaria.*
49 *Conuentio & reconuentio ſimul tractandæ,& una ſententia terminan dæ ſunt,& ideo ambæ debent eſſe eiuſdem naturæ.*
50 *Cauſa ſi committitur appellatione remota,reconuentio debet etiam ex pediri appella.remota.*
51 *Reſcriptum ſi motu proprio tollit ſubſtantialia iudicii in cauſa con- uentionis, plena cognitio uidetur etiam remiſſa in cauſa recon- uentionis.*

Reconuen

52 *Reconuentio usque ad quem actum fieri possit, an ante, an post litis contest. uel usque ad conclusionem in causa.*
53 *Reconuentio rei, ut cum conuentione actoris simul tractetur & finiatur, debet fieri in conuentionis exordio.*
54 *Petitio an uerbo, an scriptis fienda sit, est in optione actoris in summarijs causis, in actis tamen continuo inferenda est.*
55 *Libelli exemplum triplex faciunt cauti aduocati & procuratores actoris, & ad quid, & quibus danda sint, uide.*
56 *Positiones utile est semper formare, licet pars aduersa neget contenta in libello, & quare.*
57 *Positionum usus hic approbatus, incœpit a tempore Gegorii.ix.*
58 *Positiones possunt fieri tam in causis summarijs, quàm plenarijs.*
59 *Iudex, qui procedit sine figura &c. potest etiam inuita, altera parte assignare terminum ad ponendum & articulandum simul, secus inuita utraque parte.*
60 *Terminus unus & idem potest assignari actori & reo ad probandum, seu ad producendum omnia munimenta causæ, in causis, in quibus sine figura proceditur.*
61 *Reum probare defensiones suas, nisi prius actoris intentio sit fundata, fatuum est in causis plenarijs.*
62 *Terminum peremptorium potest iudex statuere partibus post litem contestatã ad exhibēdum omnia, quibus in cã ipsæ partes sint usuræ.*
63 *Terminus in causis etiam summarijs non potest dari ad ponendum, articulandum, & probandum, nec diuersi termini in eadem schedula ad prædicta, & quare.*
64 *Responsione ad positiones pars releuatur in magna parte a probatione articulorum, ideo ante talem responsionem non debet arctari ad probandum.*
65 *Termino dato ad producendum testes probatorios uel reprobatorios, licet producere instrumenta.*
66 *Terminus ad producendum testes probatorios, uel reprobatorios datur etiam in causis summarijs.*
67 *Termino dato ad producendum instrumenta, an liceat semper producere testes.*
68 *Termino dato & elapso ad producendum instrumenta, an audiatur uolens illa producere, & quibus casibus.*
69 *Iudex potest tam in summarijs, quàm in plenarijs ex officio ad instantiam tamē partiū ipsas partes interrogare, ubicunq; æquitas suadet.*
70 *Iudex interrogare potest partes in sumarijs, etiam post conclusum in causa, ad partis instantiam, & æquitate suadente.*
71 *Citatio non in genere, sed in specie, ad audiendam sententiam fieri debet, ut sententia ualeat.*
72 *Citatio unica etiam non peremptoria sufficit in summarijs ad sententiam audiendam, secus in alijs, in quibus trina uel peremptoria una requiritur.*
73 *Sententia est in scriptis & per iudicem ferenda tam in summarijs, quàm in plenarijs.*
74 *Sententiam iudex sedēdo ferre debet in plenarijs, in summariis autem etiam stando.*
75 *Conclusio in causa non est necessaria in summarijs, quia iudex potest ferre sententiam conclusione non facta, in plenarijs secus.*
76 *Conclusio in causa duplici modo fieri potest, per partes scilicet, & per iudicem.*
77 *Ordo iudiciarius si in toto, uel in parte seruatur partibus contradicentibus, non tenet processus in causis, in quibus mandatur procedi simpliciter & de plano &c.*
78 *Processus non ualet, si una tantum pars contradiceret, ne ordo iudiciarius seruetur in causa summaria.*
79 *Ordinem iudiciarium si de consensu partium iudex in causa summaria cœpit seruare, an teneatur partibus postea contradicentibus illum non seruare.*
80 *Præiudicans sibi in uno actu, non impeditur quominus in reliquis, in eandem etiam causa contradicere possit.*
81 *Ordine iudiciario de partium consensu non seruato licet in causis summariis iudiciū ualeat, secus tamē est in plenarijs. & uide de ratione.*

CAPITVLVM I.

1 SAepe.¶† Simpliciter idem est, quòd sine plica, uel inuolutione, uide hic gloss. in uerbo [*Simpliciter*] & 2 uide de uer. simplex in c. 1. de sum. tri.¶† Si in commissione causæ non ponuntur omnia ista uerba [*Simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii*] sed aliquod uerbum uel aliqua ex eis, non habet, quo ad omnem sui partem, locum hæc constitutio; ita dicit hic gloss. in uerbo 3 [*Et figura*] quia cum hæc constitutio extorbitet a iure communi, non est extra suos terminos dilatanda, ut in regu. quæ a iure de regu. iur. lib. 6. & præsertim hoc procedit habito respectu, quòd inter hæc uerba, ponitur copula, 4 & ter repetitur ad denotandum hæc esse diuersa.¶† Si in commisione apponitur solum uerbum, sine figura, uidentur per istud tolli substantialia iudicii, ita dicit gl. 5 licet sub dubio, in uerbo [*Et figura*] ¶† Si in commissione ista quatuor [*Simpliciter &c.*] cum una copula in fine duntaxat ut puta [*Simpliciter de plano sine strepitu & figura*] dic, quòd idem dicendum ut in text. & ultima copula censetur in præcedentibus repetita, ita not. dicit hic gloss. in uerbo [*Et figura*] alleg. de appella. c. secundò re-6 quiris, &, ff. de hære. insti. l. cum in testamento. §. 1. † Ex quo not. quòd cum in aliqua dispositione ponuntur plura diuersa, non est uis an copula repetatur inter illa, an uerò una copula in ultimo ponatur, nam illa intelligitur repetita, & sic paria sunt, repetat an copula expresse, an intelligatur repetita, quæ in ultimo apponitur, ut hic 7 in ista gloss. iuncto tex. in prin.† & uide de ista copulatiua gloss. in capitu. quærelam, de simonia. quæ dicit, quòd copula facit copulatum uenire principaliter, secus in di-8 ctione, cum, nam illa denotat accessum, ut ibi not.¶† Solus papa potest in commissione causæ tollere substantialia iudicii, etiam mandando ut procedatur simpliciter, & de plano &c. uide hic gloss. in uerbo [*Mandamus*] & plenius per gloss. in capitu. fin. de hæreti. sed uide tu tex. in capitu. fin. de transac. & quod ibi not. per Modernos. 9 ¶† Constitutio de sui natura est perpetua, licet in ea non exprimatur, ut in perpetuum sit ualitura, uide hic gloss. in uerbo [*In perpetuum ualitura*] & adde tex. in capitu. fin. 10 de offi. lega.† Aliud est constitutio, aliud sanctio, ista enim cle. est potius constitutio quàm sanctio, ita dicit gloss. in uerbo [*Constitutione*] remittit pro differentia ipsarum ad not. 3. distin. in summa, ubi dicitur, quòd sanctio est statutum cum pœna, constitutio sine pœna, dic tamen, quòd sæpe istis uocabulis utimur promiscue.
11 ¶† An libellus sit de substantia iudicii ita ut aliter iudicium non ualeat, uide de hoc gloss. plenissimam in uerbo [*Necessario*] pro cuius declaratione eam diuido in quinque partes.¶ Nam primò arguit ex tex. per locum a speciali libellum esse in causis plenariis de substantia iudicii, quia si necessariò non exigitur in istis causis in quibus proceditur simpliciter de plano, ut hic, ergo in aliis est de substantia offerendus. Secundò ponit in materia sex opinio. Tertiò sextam approbat eam amplian do. Quartò contra illam opinio. sextam approbatam per eam opponit de isto tex. & soluit. Quintò prope fi-12 nem unam tacitam quæstionem annectit. ¶† Et gloss. primo not. proprium significatum huius uerbi offerri, il lud enim proprie dicitur offerri, quod nō petenti exhibetur seu offertur, de restitutio. spoliato. capitu. literas, 13 in fin.† Secundò ex eadem gloss. not. in materia principali sex opinio. Prima, quòd libellus est de substantia iudiciorum, & sic non potest remitti nec tacite nec expresse, ad hoc principaliter inducitur. capitu. 1. de libel. oblatio. & capi. offeratur. 3. quæstio. 3. Secunda opinio. est hic contraria, quòd libellus non sit de substantia iudiciorum, ad hanc inducitur principaliter. 9. quæstio. 1. si quis cum clerico, & de dolo & contuma. capit. prout. Tertia opinio. quòd potest tacite obmitti. Quarta, quia etiam expresse remitti potest. Quinta opinio. quòd si libellus petitur & offertur, bene proceditur; sed si non petitur, nec offertur, non tenet processus, licet possit expresse remitti, allega. pro hoc ultimo. C. de episco. & cleri. auth. generaliter, in fin. &. C. de priuileg. schola. l. quotiens. lib. 12. in fin. non tamen tacite potest omitti secundum tenentes hanc opinio. allega. auth. offeratur. C. de episco. & cleri. & l. prolatam, C. de senten. & & interlo. si uero petitur & non offertur, non ualet, processus, cum nulla remissio interuenerit; si uero offertur sed

ſed non petitur,nec recipitur oblatus, tunc ualet pro-
14 ceſſus,quia fauore rei uidetur inducta oblatio. † & qui
libet renunciat ſuo fauori.C. de pac.l.ſi quis in conſcri-
bendo, uidetur autem expreſſe renunciare oblatum li-
15 bellum non recipiendo,† Sexta opi.eſt , quòd reus re-
nunciare poteſt ne libellus tradatur in ſcriptis , & hoc
caſu etiam tacitè poteſt remiſsio fieri , ſed ne ullo mo-
do tradatur,renunciare non poteſt tacitè uel expreſsè.
alle.C.communi diui.l.fundus, ff. de pœnis.l.ſi preces,
& hanc ſextam opi.amplectitur gloſſator dicens,ſe dice
re,ſolitum quòd petitio eſt de ſubſtantia, ſed ſi fiat in
modum petitionis apud acta,non in moduu libelli, &
ſuper ea lis conteſtetur,dicit tenere proceſſum,quia ſa-
tis menti iuri ſatisfactum eſt,ar.hic in uerbo[*Verum*]par
te uero petente neceſſe eſt petitionem offerri in modum
libelli per iura ſuperius allega.& hanc opi. not. & uide
16 quod plenius dixi in c.1.de libel.ob.prælle.¶ Vbi man
datur procedi ſimpliciter & de plano &c. libellus ex
neceſsitate non exigitur,nec offertur,ſponte tamen po-
teſt offerri,& recipi,nec ex hoc iudicium eſt irritum,ſo
lum ergo prouidet tex.ut de neceſsitate non exigatur li
bellus,nec litis conteſtatio fiat , nec alia forma iudicii
de neceſsitate ſeruetur,præter quam in iſtis quæ hic ex-
primuntur,uide hic gloſſ.in uerbo[*Non exigat*] & clarius
17 probatur infra in fi.tex.& ibi plenius in gloſſ. † & dic
per iſtum tex.arguendo per locum a ſpeciali, quòd quæ
libet cauſa regulariter eſt plenaria , & ſic debet in ea
omnis iudiciarius ordo obſeruari,niſi aliud ſpecialiter
caueatur in iure,uel principis mandato:de quo uide bo
nam gloſſ.in l.iudices.C.de iudi.& quod not. in c. 1. de
18 libel.obla. ¶† Figura eſt alicuius rei apparens forma,
ut facies in qua rei ſubſtantia figitur, de celebr.miſſa.c.
cum marthæ.uer.ex eo.ideo per uerbum ſine figura, tol
litur omnis forma,& figura iudiciorum,pręter quam in
his exceptis.hæc tamen,quæ hic exprimuntur,potius re
ſpiciunt figuram facti uel cauſæ,quàm iudicii,ita not.di
19 cit hic glo.in uerbo[*Non exigat*]nam eorum, quæ in iudi
cio aguntur, quædam ſunt acta cāæ, quædam acta litis
de quo latius dicetur.j.dicunt tñ quidam, ut refert glo.
ꝑalle.ꝙ per uerbum,de plano,tollitur libelli oblatio,ui-
de de hoc quod legitur, & notatur in c. dilecti de iudi.
& longe de oībus iſtis uerbis ſimpľr & de plano &c. ꝑ
Bar.in extrauaganti de reprimendam , ubi oīno uideas
20 ad declarationem iſtius cle. ¶† An deliberatoriæ indu-
ciæ ſint de ſubſtantia iudicii,ēt ubi proceditur ſimplici-
ter & de plano &c.& loquor de illis,quæ hñr auth.offe
ratur,canonizata.3.q.3.c.offeratur.uide hic gl.notabilē
in uerbo[*Litis conteſtatio*]q̃ in effectu concludit,ꝙ in iudi-
ciis plenariis iſtæ deliberatoriæ ſunt de ſubſtantia, ſi pe
tant,de quo per gl.2.q.2.in ſumma,poſſunt tamē arctari
a iudice ex cā,non tamen pœnitus denegari,poſſunt ēt
remitti tacitè & expreſſe,ar.in l,1.ff.de feriis,& uide de
hoc ultimo bonam gl.iuncto tex.in c.uxor fęlicis.18.q.
4.In iudiciis uero ſummariis eſt maius dubium, q̃a de il
lis nil cauetur hic,præſertim cum non fiat in eis litis cō
teſtatio,ergo non eſt neceſſaria deliberatio, ſed contra-
rium concludit hic gl.& bene,iuratur enim in iſtis cau-
ſis de calumnia , ut hic, ergo habet neceſſe deliberare.
21 ¶† Præterea in iſtis etiam cauſis poteſt reus iudicem re
cuſare,cum omnis legitima defenſio hic reſeruet̃,& iu-
dex poteſt magis grauare in iſtis quàm in aliis,unde ab-
ſurdum foret, quòd induciæ deliberatoriæ denegaren-
22 tur,& hæc no.& tene menti gl.quatenus dicit,ꝙ recuſa
23 tio iudicis ſapit defenſionem.† facit ad illud,an ꝑ prin-
cipem poſsit tolli facultas iudicem recuſandi , uide , ꝙ
legitur & no.per glo.& doc.in c.ad hæc, de reſcri. & c.
24 ex parte,de offi.deleg.† Quia multæ ſunt cauſæ ſumma
riæ,in quibus iure non cauetur , quòd in eis ſit proce-
dendum ſimpliciter & de plano &c.dubitatur an an eis
requiratur libellus uel litis conte.uide plene in Spe.pri
ma parte,de of.iud.§.fi.uer.inter alia,ad quem locum re
mittit hic gl.in uer.[*Non poſtulet*] & quod no. in c.1.de il
bel.ob.& no.ex hac gl.ꝙ in cauſis ſummariis non habet
locum indiſtinctè diſpoſitio huius cle.nam tex.iſte pro-
uidet his cauſis,in q̃bus mandatur procedi ſimpľr & de
25 plano &c.¶† Per uerbum de plano includitur,ꝙ poſsit
procedi tpe feriarum in fauorem hoīum introductarū,
quaſi plane in domo non ſedendo pro tribunali,ita not.
dicit hic gloſſ. quam not. primo pro ethimologia iſtius
uerbi de plano,ſecundò tene eam menti , quòd in iſtis
cauſis non tenetur iudex ſedere pro tribunali,ſed poteſt
eas expedire ſtando in domo,& ad hoc facit iſte text.in
uer.[*Sententiam*]ubi dicitur,ꝙ iudex in iſtis cauſis p̃t ferre
ſententiam etiam diſanitiuam ſtans,uel ſedens , fortius
ergo in aliis actis cauſæ poteſt ſtare , cùm maior graui-
tas requirantur in ſententiæ prolatione,ar.c.fi.de re iu-
26 di.li.6.cum ibi no.¶† An tempore feriarum poſsit indiſ
ferenter in cauſis ſaltem iſtis ſummariis procedi , uide
27 hic tex.iuncta gl.in uerbo[*Ob neceſsitates*]& in effectu di
ſtingue tres feriarum ſpecies. Quædam ſunt feriæ ob ne
ceſsitates hominum introductæ,ut uindemiarum,& meſ
ſium , & in iſtis eſt differentia inter cauſas plenarias &
ſummarias;in primis procedi non poteſt , niſi partibus
conſentientibus adeo,ꝙ præter appellationem inia eſſet
nulla inuita parte lata uel abſente,ff.de feriis.l.2.legitur
& no.in c.fi.de feriis,in iſtis non ſummariis poteſt etiam
inuitis partibus in iſtis feriis procedi , ut eſt hodie text.
28 clarus hic.† Quædam ſunt feriæ introductæ in honorē
Dei & ſanctorum,& in iſtis non eſt dr̃ia inter cauſas ple
narias & ſummarias,nam etiam partibus conſentienti-
bus non poteſt iſtarum tempore procedi,ut hic a contra
29 rio,& in c.fi.de feriis.† Quædam ſunt feriæ, quæ appel-
lantur repentinæ,introductæ , ſcilicet repetente ſm oc-
currentia,ut propter principis coronationem,uel aliam
rem proſperè geſtam,& in iſtis etiam ſm glo.iſtam non
eſt differentia inter iſtas cauſas reſpectu proceſſus iudi-
cialis; ſatis enim eſt , ꝙ non reperiantur remiſſæ etiam
in iſtis ſummariis,ut hic patet & pro hoc facit,quia iſtæ
a ſolo principe induci poſſunt,nec eis partes renunciāt
l.a nullo.C.de feriis.de quo in ſpe.de feriis.§.fi.in prin.
30 & in hoc not.iſtam gloſſ.† An autem ſententia poſsit in
iſtis & ſuperioribus feriis executioni mandari , dic ut
plene dixi in c.fi.de iudi.& de materia in d.c.fin. de fe-
31 riis.¶† Item aduerte , ꝙ licet feriæ introductæ in hono-
rem Dei & ſanctorum, ſint certæ,& a iure ſine hominis
miniſterio inductæ,ut in c.fi.de feriis , & de conſe. diſt.
3.c.1.ferię autem ob neceſsitates hominum introductę,
licèt ſint a iure introductæ,ut hic, & iuribus præalle.nō
tamen ſine hominis miniſterio,quia ius non determinat
tempus iſtarum feriarum propter uarietatem locorum,
quibus citius uel tradius uina uel blada colliguntur, &
ſic citius uel tradius prædictæ feriæ inducuntur, ff. de fe
riis.l.præſides,no.in d.c.fi.ita not.dicit hic glo.in uerbo
[*A iure*]repentinæ autem regulariter inducuntur ab ho-
32 mine,ſecundum occurrentia.¶† An iudex datus, ut pro
cedat ſummariè &c.teneatur procedere tempore fera-
riarum introductarum ob neceſsitates hominum , uide
hic glo.in uerbo[*Valeat*]quæ dicit & bene , ꝙ iudex ua-
let hoc tempore procedere , ut hic, non tamen tenetur,
nam iſtud committitur facultati & poteſtati iudicis , &
non quicquid committitur iudicis uoluntati,iuris neceſ
ſitati ſubmittitur,ff.de iudi.l.non quicquid,& de offi.de
le.c.conſuluit,& nota hoc dictum , quia facit ad multa
33 ſimilia. † Ex quo infert iſta gloſſ. ꝙ ſi iudex datus ſm
prædictam formam,de qua hic,uidet partem lædi ex ꝓ-
ceſſu hoc tpe agitando,ꝙ ſuperſedere debet , habet.n.
iudex conſiderare utilitates partium , de reſcri.c. ſtatu-
34 tum. §.inſuper.lib.6.† & not.diligenter hoc dictum pu
to tamen,quòd ſi iudex uellet hoc tempore procedere
utilitate partium non conſiderata , quòd non poſſet
pars,de cuius damno,agitur,appellare , quia iſtud non
committitur iudicis arbitrio,quo caſu poſſet appellari,

ſi malo

si male arbitratur, ut in capit. 1. de dila. iuncta gloss. & per gloss. in capitu. super his, de accusa. sed committitur iudicis uoluntati, seu potestati, quo casu non potest appellari, quia iudex utitur potestate sibi a iure inducta. argu. capitu. consuluit, de offi. delega. & in capitu. qui peccat. 23. quæstio. 4. & in l. sæpe, ff. de offi. præsi. nam & si appellare non potest in his, quæ iudicis conscientiæ committuntur, ut not. in capitu. statutum. §. assessorem, de rescrip. lib. 6. fortius in his quæ iudicis potestati subiiciuntur† 35 An autem arbiter possit procedere tempore feriato ob necessitates hominum, uide in Specu. titu. de feriis in fin. in uersicu. sed nunquid, & per gloss. 36 hic in uerbo [*Valeat*] in fin. ¶† Iudex debet elaborare in omnibus causis, & præsertim in summariis, ut litem quanto poterit breuiorem faciat, exceptiones, appellationes, & dilationes frustratorias repellendo, partium, & procuratorum contentiones, et iurgia, testiumque superfluam multitudinem refrenando, unde tex. hic non ponit in hoc aliquod speciale in istis causis, sed per maxime debet hoc agere in istis, uide hic tex. iuncta gloss. in uerbo [*Amputet*] Et hæc suprascripta uidentur tolli per uerbum, sine strepitu, nam talia per clamorem & tumultum solent iudicii examen obstrepere, & perturbare, & dicit hic glo. in uerbo [*Exceptiones*] quam not. 37 ¶† Exceptiones autem legitimè per hanc constitutionem non tolluntur nec etiam appellationes, ut hic in gl. super uer 38 bo [*Dilatorias*] ¶† In causis summariis magis, quàm in aliis, debet iudex restringere & refrenare testium multitudinem, & hoc uoluit ista constitutio, uide hic gloss. in 39 uerbo [*Multitudinem*] ¶† Per dationem arbitrii alicui iudicis seu præsidenti datam, non intelligitur data potestas condemnandi pro libito, seu tollendi partis iustitiam, uel legitimam defensionem, sed solum illa potestas refertur ad ea quæ solennitatem iudicii respiciunt, nam si iustitia partis & legitima defensio non potest etiam per ipsum principem tolli, ut in cle. pastoralis, de re iud. & not. per Bar. in l. filiusfamil. ff. de dona. multo fortius hoc non uenit in generali potestate alicui data. ad hoc quod legitur & not. in l. si quando, C. de inoffi. test. & in d. l. filius. facit, regula in generali, de regu. iur. lib. 6. uide de hoc gloss. in uerbo [*Defensiones*] quam not. 40 & tenebis menti. † Ex qua etiam not. quòd eorum, quæ in iudicio aguntur, quędam sunt acta causæ seu litis, quędam acta iudicii; ea enim quæ respiciunt ipsum factum, ut confessiones, & attestationes, & similia, dicuntur propriè acta causæ, ea autem, quæ respiciunt figuram, & solennitates iudicii, ut citationes, & satisdationes, & similia, dicuntur acta iudicii, de quo per Inno. & alios in c. 41 causam, de testi. † Citatio tamen non intelligitur remissa, quia sapit defensionem. sit enim ut quis ualeat se defendere, ad hoc. d. cle. pastoralis, & per Bart. in d. l. si 42 quando, & hic in uerbo [*Citationem*] ¶† In istis causis summariis sufficit unica citatio tam in principio quàm in fin. ad sententiam ferendam, alias autem requiritur in prin. trina citatio uel unica peremptoria, & idem ad sententiam audiendam, uide hic tex. in uerbo [*Citationem*] iuncta gloss. super eodem uerbo, & infra. in uerbo [*Sententiam*] iuncta glo. in uerbo [*Non peremptoriè*] & eas no. cum iuribus in eis allegatis, & uide quod plene dixi in c. in 43 nomine, de testi. ¶† Si iuramentum calumniæ tacite omittitur, etiam in causis summariis, non uitiatur iudicium, argu. in c. 1. de iura. calum. lib. 6. uide hic gl. in uer 44 bo [*Non excludi*] ¶† Petitionem fieri, & apud acta describi, triplicem fauorem continet, scilicet iudicis, ut 45 suam sententiam petitioni conformare ualeat † Item actoris, ne frustra fatigetur, & ut uideat super quo positiones & articulos formet, & ut sibi ex alia causa agen 46 ti non obstet exceptio rei iudicatæ. † Item expedit reo, ut deliberare possit, an uelit cedere, uel contendere, suasque defensiones formare, & ut ex ineptitudine absoluatur ab instantia, & absolutus in principali non possit iterum conueniri, ita not. dicit hic gloss. in uerbo [*Pronunciatio*] per hunc tex. & alia iura in ea allegata, refert tamen quosdam dicere, quòd oblatio libelli solum continet fauorem rei, quod tamen gloss. non fatetur, nisi uelis intelligere de illa oblatione, quæ fit expen 47 sis actoris. † Ex qua singulariter nota, quòd cum libellus reo offertur, debet expensis actoris edi. & pro hoc facit, quia iura mandant libellum reo debere offerri, ut auth. offerat, canonizata. 3. q. 3. c. offerat & oblatio fit ẽt non petenti, ut supra dictum fuit in notula an libellus, in hoc tamen standum est curiæ consuetudi, de quo uide 48 quod dixi in c. 1. de libel. obla. ¶† An reus conuentus in causa summaria possit actorem reconuenire super causa, quæ sui natura est plenaria? Solutio, illud certum est, quòd etiam in summariis causis locum habet reconuentio, ut probatur hic in §. uerum in uer. petere uoluerit, & in l. sed & hę. §. non solum, ff. de procurato. secundum unam lecturam, sed dubium est, nunquid habeat locum reconuentio in causa dissimilis naturæ, ut quia conuentio est summaria, & reconuentio desiderat plenam cognitionem, quo casu gloss. hic not. in uerbo [*Voluerit*] 49 ponit tres opiniones. ¶† Prima est, quòd non, & ideo gloss. ista in prin. restringit text. ad reconuentionem talis causæ, quæ exigit summariam cognitionem, quia cum istæ causæ conuentionis & reconuentionis debeant simul tractari, & una sententia terminari, ut in capitu. 2. de ordi. cogni. non possent istæ duæ disparis naturæ simul sine alterius præiudicio tractari, & hanc opin. tenuerunt Innocen. & Hostien. in capitu. 1. de mutu. peti. & facit in simili. l. fin. C. de post. & l. fin. 50 C. de compen. cum similibus. † Secunda opin. est huic contraria per dictam. l. sed & hę. §. non solum, secundum alium intellectum ubi procurator conueniens in causa damni infecti, quæ exigit celeritatem, potest in alia causa reconueniri, & de hoc ibi in glo. pro hac opi. & contra primam uidetur text. in capitu. fin. de mu. pe. ub idicitur, quòd si causa committitur appellatione remota, quòd causa reconuentionis debet expediri etiam appellatione remota, & sic uidetur, quòd causa reconuentionis debet tractari sicut causa conuentionis, & per consequens cessabit ratio Inno. & Host. sed dicit gloss. quòd uolens tenere primam opi. posset dicere, ꝙ aliud est per rescriptum id tolli, quod respicit fauorem partium, ut appellare, & tunc sicut illud non licet reo in conuentiones, ita neclicebit actori in reconuentionis causa, ut in d. capitu. 2. aliud est tolli substantialia iudicii per rescriptum, & tunc restringitur ad casum conuentionis expressum, facit regula quæ a iure communi 51 de regu. iu. lib. 6. ¶† Tertia opin. principalis est, quòd aut ordinarius, uel delegatis cognoscit de causa, in qua de sui natura summariè proceditur, & tunc sit locus primæ opin. Innocen. & sequatium, ut qualitas causæ reconuentionem impediat, ut not. in d. capitu. 1. aut delegatus uirtute commissionis in causa, in qua alias plena cognitio requirebatur, summariè cognoscit, & tunc subdistinguitur, aut papa proprio motu tollit substantialia, & tunc idem quod supra, aut ad petitionem impetrantis, & tunc argu. prædictæ. decre. 2. & l. fin. C. de fructib. & lit. expen. uideatur esse remissa plena cognitio etiam in reconuentione, & sic cessabit illud obstaculum Innocen. de quo supra & hæc est opin. gloss. hic pro qua inducit hanc literam quæ generaliter loquens dicit [*Si quid petere uolueris &c.*] & ad subdistinctionem inducit. c. si motu proprio, de præben. lib. 6. quod est 52 bene not. & uide latissime de materia per me. in d. capitu. 1. ¶† Vsque ad quem actum possit fieri per ipsum reum reconuentio, uide hic per gloss. in uerbo [*Exordio*] quæ not. tamen arguit per istam tex. contra opin. Inn. & sequatium in c. 1. de mu. peti. quæ habet, ꝙ usq; ad conclusionẽ possit fieri reconuentio, & concludit per istum tex. in uerbo [*In ipso litis exordio &c.*] approbando aliam opi.

opi.q̃ hẽt, q̃ ante litẽ ↄteſtatã, uel ſtatim poſt eam, ſit fa
53 cienda†Dicit tñ, q̃ licet reus quãque ↄuenire poſſit acto rem durante iudicio, non tñ illa conuentio uim reconuẽ tionis habebit, ut ſcilicet ſimul cum conuentione actoris tractetur, & finiatur, ut de or.cog. capitu. 2. in fi. niſi fiat in litis exordio, ut hic, quod eſt bene not. & uide ad
54 materiam, quod plene dixi in d.c.1. de mu. peti. ¶†Qđ hic dicitur, petitionem uerbo, aut ſcriptis fiendam eſſe in actis, tamen continuo inferendam &c. quero an ſit hic in optione actoris? gl. hic in uerbo [*Siue uerbo*] dicit, q̃ ſic; eligat ergo ipſe, an ſcriptis, an uerbo, petitionem porrigat, & ſi uerbo, tunc ex ſuo ore ſcribetur per notarium
55 apud acta. ¶†Cauti aduocati & procuratores actoris faciunt triplicari libellum, unum dant notario, qui ſcribit acta, alium reo, tertium ſibi retinent ad finem, ut melius & rectius poſitiones & articulos forment, uide
56 gloſſ. in uerbo [*Formari*] ¶ † Licet pars neget contenta in libello ſeu petitione, & poſitiones non fiant niſi ſuper contentis in libello, utile tamen eſt formare poſitiones, quia forte aduerſa pars confitebitur aliquid in ſpecie, quod ſubiicitur neceſſitati probandi, uide gloſſ. ſu-
57 per uerbo [*Confeſſiones*] ¶†Vſus poſitionum hic approbatus incępit a tempore Gregorii noni, nam prius de poſitionibus nihil habuimus expreſſum, ſed per ipſum Gregorium habemus, ſupra de elect. clem. dudum. 2. de litis conteſta. capitu. uno, uide gloſſ. hic, & tene eam
58 menti ſuper uerbo [*Longeuus.*] ¶ † Poſitiones poſſunt fieri tam in cauſis ſummariis, quàm plenariis, & fortius in plenariis, uide hic in gloſſ. uerbo [*Obſeruari*] & facit, capitu. 1. & 2. de confeſſis. lib. 6. & uide quod in eis not. per gloſſ. ubi plene de materia iſtarum poſitionum.
59 ¶ † Iudex, qui procedit ſine figura &c. poteſt etiam inuita altera parte aſſignare terminum ad ponendum ſimul & articulandum, ſed utraque parte inuita non poteſt ad iſtos duos actus ſimul terminum præfigere etiam in ſummaria cauſa, ut hic; fortius ergo nec in plenaria, uide hic gloſſ. in uerbo [*De partium*] Concludendo ergo iſtam gloſſ. cum ſequenti dic, quòd utraque parte nolente hunc terminum ad iſtos duos actus ſimul dari, non eſt differentia inter plenarias & ſummarias cauſas, idem utraque parte uolente, quinimo ſolus ponens poteſt & ſolet quandoque ſimul iſta duo coniungere, ſcilicet articulos & poſitiones, dicendo ponit, ſi negetur, probare intendit &c. inuito autem uolente poſitiones facere eſt differentia, nam in ſummariis poteſt iudex ſimul terminum iſtum ſtatuere, ut hic in uerbo [*Et quia*]
60 ſecus autem in plenariis, ut a contrario. ¶ † In cauſis, in quibus ſine figura proceditur, poteſt unus & idem terminus dari actori & reo ad probandum ſeu producendum omnia munimenta cauſæ. i. omnia quibus cauſa munitur, ut eſt tex. hic in uerbo [*Et quia*] iuncta gloſſ.
61 in uerbo [*Munimenta*] in aliis autem cauſis dicitur fatuum eſſe, quòd reus probet defenſiones ſuas, niſi prius intentio actoris ſit fundata, ut not. in capitu. de teſtibus, ubi de hoc, dicit tamen Spec. in tit. de inſtru. edi. §. nunc
62 dicamus. ſæpe obtinuiſſe†quòd poſt litem conteſtatam & poſt iuramentum de calumnia iudex ſtatuere poſſit partibus terminum peremptorium ad exhibendum omnia, quibus in cauſa ſunt uſuræ, allega. ff. de eden. l. 1. §. edenda, & quod ibi not. dicit tamen, quòd quibuſdam uidetur hoc durum, cum id liceat in aliis cauſis uſque ad concluſionem in cauſa, ut in capitu. cum dilectus de fide inſtrumento. & dicunt, quòd licet iudex id poſſit, non tamen debet, ff. de iudi. c. non quicquid. 9. quæſt. 1. c. aliud, & ita tranſit hic gloſſ. præallega. quam not.
63 ¶†Non poteſt etiam in cauſis ſummariis dari idem terminus ad ponendum, articulandum, & probandum, ſed per ſe debet dari ad ponendum & articulandum, & per ſe ad probandum, ut aperte probat tex. hic in uerbo [*Et quia*] quinimo nec debet dari ad prædicta eodem tempore terminus duplex, ut ſic dicat iudex, do tibi terminum. 10. dierum ad ponendum & articulandum, & ex tunc do tibi alios. 10. uel menſem ad producendum omnia munimenta, quia non eſt congruum, parti ſtatui terminum ad probandum priuſquam ſciat in quibus releuetur per confeſſionem partis, & quos articulos probare teneatur, nec, quòd ſimul dentur duo termini ad diuerſa, quæ ſucceſſiuè ueniunt explicanda, ſed poſt dationem articulorum debet præfigi terminus ad proba
64 dum, ita not. uoluit hic gl. in uerbo [*Poſt dationem*] †quod ego intelligo habita etiam prius confeſſione aduerſæ partis ſuper poſitionibus, quia alias non poſſet iudex recte moderare terminum ad probãdum antequam ſciat, qui articuli ueniant probandi: nam licet ſimul produxerit articulos & poſitiones, poſſibile tamen eſt, quòd per reſponſionem ad poſitiones pars releuabitur in magna parte a probatione articulorum, aliqui tamen tenẽt quòd ad utrunque actum poſſit iudex ſimul duos terminos dare, pro quo facit iſte tex. ſm unam punctuationem, ſed primus intellectus ſeu opi. magis placet huic
65 gl. & æquior & iuſtior eſt, & ideo tenenda. ¶†Pẽdente termino ſeu data remiſſione pro teſtibus producendis probatoriis, uel reprobatoriis, licet producere inſtru-
66 menta, tex. eſt hic iuncta gloſſ. in uerbo [*Pro teſtibus*] †ex qua etiam not. q̃ etiam in cauſa ſummaria datur remiſſio pro teſtibus producendis tam probatoriis quàm reprobatoriis, ut hic & in c. præſentium, de teſti. lib. 6. ubi
67 probatur idem in cauſa ſpoliationis. ¶†An autem dato termino ad producendum inſtrumenta, liceat ſemper producere teſtes, gl. ſequens remittit ad not. c. peruenit
68 de teſt. cog. ¶†An poſt terminum datum & elapſum ad producendum inſtrumenta, audiatur uolens illa producere, tex. hic in uer. eo ſaluo, innuit, q̃ non, nam dato termino & elapſo ad producendum omnia munimenta, non licet producere inſtrumenta niſi pendente remiſſione pro teſtibus producendis gl. hic in uer. [*Non obſtante*] quam no. ponit ſuper quęſito tres opi. Prima, quod ulterius non audiatur, ar. in l. diffamari. C. de inge. & ma. & l. mancipiorum, ff. de opi. leg. Secunda opi. eſt huic contraria uidelicet, q̃ uſque ad concluſionem in cauſa, termini lapſu non obſtante, licet inſtrumenta producere, ut in c. cum dilectus de fide. inſtru. ¶Tertia opi. magis æqua eſt, an per lapſum termini ius aduerſarii ſit læſum ut quia perierunt probationes, per quas potuiſſet inſtrumenta illa in termino reprobare, ſi tunc producta fuiſſent, & non audiet; aut ius aduerſarii non eſt læſum, & tunc audit, ex quo res eſt integra, ar. d. l. mancipiorum, in c. ſi tibi abſenti, de præben. lib. 6. & not. hanc tertiam opi. puto tñ, q̃ in iſtis cauſis ſummariis dato termino ad ꝓducendum oĩa munimenta cãæ eo lapſo non poterũt produci inſtrumenta ꝑ tex. hic in uerbo [*Eo lapſo*] in quo ſolum excipit unus caſus uidelicet pendente termino ſeu remiſſione ſuꝑ teſtibus producendis; ubi ergo non fit remiſſio ꝓ teſtibus producendis, terminis datus & elapſus obſtat ne ulterius inſtrumenta produci poſſint, ut innuit ẽt hic iſta gl. in prin. nam exceptio firmat re-
69 gulam in caſu non excepto, ut in c. dñs. 32. q. 7. † Iudex ꝑt tam in ſummariis quàm plenariis ex officio ad inſtãtia partium ipſas partes interrogare ubicunque equitas ſuadebit, per tex. iſtum & c. iudicantem 30. q. 5. & l. ubi
70 cunq; ff. de inter. acti. †In ſummariis tñ uidetur ſpeciale, ut ẽt poſt concluſionem in cã poſſit ẽt ad partis inſtantiam interrogationes facere equitate ſuadente, uide
71 hic tex. iuncta gl. no. in uer. [*Interrogabit.*] ¶†Non arctat citatio in gñe facta ad ſniæ ualiditatem, ſed oportet exprimi, q̃ ueniat ad ſniam audiendam, & hoc fortius et in plenariis, uide hic tex. in uer. [*Sententiam*] iuncta gl. in
72 uer. [*Ad id*] ¶†In cauſis ſummariis ſufficit unica citatio ẽt nõ peremptoria ad ſniam audiendã. ¶In aliis aũt cauſis requiritur, q̃ ꝓcedant tres citationes, aut unica peremptoria, ꝓ primo uide tex. hic in uer. [*Sniam*] ꝓ ſcdo ẽ gl. hic in uer. [*Nõ peremptorie*] q̃ no. all. no. in c. illicita. 24. q. 3.

de

73 de off.dele.c.cõsuluit.& in c.ad petitionem, de acc.†Sẽtentia est in scripturis ferenda, & per ipsum iudicem, licet causa sit summaria, ita, φ in istis duobus conueniũt causæ summariæ cum plenariis, uide hic tex.in uer.[*Sen*74*tentia*]iuncta gl.in uerbo[*In scriptis*]† & rationem decidẽdi uide hic in glo. in summariis tamen potest iudex sententiam ferre stando, uel sedendo, prout magis sibi placuerit, ut hic, secus in aliis.ut in c.fi.& qđ ibi not. de re iud.lib.6.& uidetur illa solennitas de sedendo tolli per 75 illud uerbum, de plano.ut no.in d.glo.¶†In causis summariis non est necessaria conclusio. unde potest iudex ferre sententiam conclusione non facta.text.not.est hic per quem arguit hic gl.in uer.[*Conclusionem*] φ in aliis causis, in quibus requiritur iudiciorum figura, necessaria sit conclusio.& sic non ualebit sententia conclusione prius non facta; de qua conclusione habetur, de procu.c.auditis, de cau.poss.& prop.c.pastoralis.cum si. alle.in gl.refert tamen eadem glo. φ in quibusdam locis in foro seculari conclusio non solet fieri, in ecclesiasticis autem fit per ipsas partes, aut ipsarum altera inuita, ex quo sufficientes dilationes datę essent & elapsæ, pronunciaret 76 iudex conclusum in causa, quod no.†ex qua habes duplicem modum concludendi in causa.aut scilicet per ipsas partes.aut per iudicem etiam partibus inuitis, aut earum altera. Et satis placet per istam literam arguendo per locum a speciali, φ cessante consuetudine cõtraria, sit nulla sententia lata conclusione prius non facta, nisi in summariis, ut hic.& uide de materia in spe. de renun. 77 & conclu. in prin. ¶†Si in causis, in quibus mandatur procedi simpliciter & de plano &c. seruatur ordo iudiciarius in toto, uel in parte partibus contradicentibus, non tenet processus, tex.est hic a contrario sensu, & sentit hic glo.in uerbo[*Non contradicentibus*]secus dicit glo.si partes expresse non contradicerẽt; sufficit enim tacitus consensus non reclamantis.ex quo no. casum, in quo tacens habetur pro non contradicente, sed consentiente. 78 †Quid autem si altera pars tantum contradiceret.uide hic glo.in uerbo[*Partibus*]quam no. & licet ponat opin. contrarias, uidetur tamen sentire, φ idem sit, scilicet ut processus non ualeat.ut litera ista intelligatur, cum subaudito, uel earum altera Ec.& hoc probat litera, si reseruatur non contradictio in consensu, ut si dixissent cõsentientibus partibus, habet hoc certè æquitatem.& fortè litera locuta est in genere habens respectum ad pluralitatem iudiciorum, iuxta no.in c.ut priuilegia. de priui. debet enim iudex seruare formam sibi traditam, & illã non transgredi, nisi ambæ partes, de quarum fauore agitur, consentiant; non enim uidetur sufficere alterius cõsensus ad formam per superiorem datam transgrediendam.ad quod legitur & no.in c.prudentiam.& c.fin.de 79 off.dele.& no.hanc rationem.¶†Si de consensu partiũ iudex cępit in causa summaria seruare ordinem iudiciarium nũquid teneatur partibus postea cõtradicentibus illum non seruare & procedere, prout hic dicitur. uide glo.in uerbo[*Partibus*]quæ arguit pro & contra, & tandem distinguit, φ aut partes expresse consenserunt ut iudex procederet iuris ordine seruato, & iudice illo inuito amplius pęnitere non possunt.quia una uia electa cõtraria uidetur exclusa.arg.in c.ut quis duas.de ele.lib.6. aut expresse non consenserunt, sed non contradixerunt, & tunc licet non cõtradixerint quo ad certos actus, pos80 sunt tamen in aliis contradicere;†quia actus iudiciorũ sunt per se separati & distincti.unde licet sibi præiudicauerint quo ad aliquos actus, non tamẽ quo ad reliquos idem facere tenentur.& pro hoc iste tex.in fin.ibi [*In toto uel in parte*] & hoc not. quia facit ad multa similia.ut si in uno actu quis comparuit ad locum non tutum, non sequitur quin in aliis possit locum determinare, & idẽ in similibus. & uide quod no. in c. dilectus.de rescript. 81 ¶† Quamquam in causis summariis ualeat iudicium seruato de partium consensu ordine iudiciario, ut hic in fin. secus tamen si in plenariis non seruatur ordo iuris etiam de partium consensu licet expresso.& est diuersitatis ratio, quia in primo casu res redit ad naturam suã, quia omnis causa est plenaria. ut not. in l.iudices.C.de iud.sed in secundo casu fit contra ius.cui partes renunciare non possunt, cum ordo iudicarius sit statutus in fauorem publicum, quod tamen intellige iuxta no.per gl. no.in c.fi.de re iud.lib.6.in uer. conuenit. & per hoc in c.de causis.de offi.deleg.& uide de prædictis Gloss.hic fi.quam tene menti.

COMMENTARIORVM

D. Abb. Panor.in V.libros Clementinarum.

FINIS.

REPERTORIVM
RERVM AC SENTENTIARVM
selectiorum Abbatis Panormitani

In Clementinas epistolas commentariis a M. D. Leonardo a Lege Iurisc. Mant. nouiter adiectum, ut quiuis nunc sine labore, aut errore omnia in eis memorabilia inuenire posit.

Epiſcopus

Feriarum

abbatis

compe.

Sepe-

¶ Vocem

Repertorium rerum ac ſenten. memorabilium

Rubricæ quinque librorum Clementinarum ordine alphabetico diſpoſitæ.

PRACTICA ABBATIS PANORMITANI

In omnibus fere Curiis obseruari consueta,

Hac verò nouissima omnium editione a M. D. LEONARDO a LEGE Iuriscon. Mantuano recognita, atque ab innumeris erroribus, quibus contextus sæpe mutilus, sæpe mutatus, qua calamitate affectæ quoque allegationes deprehendebantur, summo studio vindicata,

SVMMIS eiusdem vbique locupletata, atque vberiori Repertorio feliciter aucta.



SVMMARIVM

1 *Lex naturalis ad regimen creati hominis secundum statum primæuæ dispositionis creatoris sufficiebat.& quare.*

2 *Cupiditas effrenata ex humanæ conditionis corruptione consurgens, lites & iurgia nutriens, causam humanæ legis positiuæ promulgandæ tribuit necessariam.*

3 *Litigandi forma, & placitandi usus in paradiso uidetur orta. & quomodo.*

4 *Iuris humani statuitio quæ bona hominibus attulerit.*

5 *Ius licet emanauerit positiuum, praxis tamen, exercitium & scientia placitandi permaxime fuit necessaria.*

6 *Libellos componere difficile est & periculosum, bono etiam leges intelligenti, nisi in causarum exercitio sit conuersatus.*

7 *Circa libellorum conceptionem grande periculum imminet, & quasi tota uis iudiciorum in eis rite concipiendis consistit.*

PROEMIVM.

REX pacificus, cunctorum causam effectiua & finalis, de sum. trinit. c. ult. de reli. & uene. san. c. gloriosus deus in prin. lib. 6 & l. 1. C. de sum. tri. hominē ad sui similitudinem formauit. 33. q. 5. c. hæc imago. de pœ. dist. 2. in princip. creauit cœlū, eccl. 7. c. in fi. & disposuit sibi subditos pudicos fore, pacificos, & modestos. ut in procemio compilationis Gregorianæ. etiam eorum regulationi ius naturale concreando. 5. dist. in princip. 1 † quæ lex naturalis & regimen creati hominis secūdum statum primæuæ dispositionis creatoris sufficiens existebat, cum ipse creator opus non nouerit imperfectum de bap. c. maiores. uer. sed adhuc quæritur. qua lege omnia communia erant. 1. di. c. ius naturale. 8. di. c. quo iure. sed ipsi subditi tales nō permanserunt s͠m dispositionem & uolūtatem creatoris: nam multiplicato genere humano iuregentium orta sunt bella, & distincta sunt rerum dominia. ff. de iu. & iu. l. ex hoc iure. & 1. di. c. iusgentium. & homo se infinitis immiscuit q̄onibus, eccl. ubi .s̄. & ipsi subditi cupidi erant ad aliena, unde lites insurrexerunt. unde Seneca. homines quietissimè uiuerent, si hæc duo pronomina de medio tollerentur, scilicet meum, & tuū. & alibi dicit. Nostri essemus, si nostra non essent. 2 † nam cupiditas effrenata ex humanæ cōditionis corruptione consurgens parens odii, & lites & iurgia nutriens & inducēs, tot noua litigia generat, quòd plura sunt negocia quàm uocabula. ff. de præscr. uer. l. natura. & in pœmio cōpilationis prædictæ. & natura humana ad dissentiēdū prona de consec. dist. 4. c. sicut in sacramentis. de conces. præb. c. quia diuersitatem. nouas deproperat edere formas. C. de ue. iure enu. l. 2. §. sed quia diuinæ. 3 † Hinc est, quòd forma litigandi & placitandi usus in Paradiso uidetur exorta. nam cum Adam redargueretur a domino de inobedientia, relationem huius criminis conuertit in coniugem, immo in coniugis auctorem, cum dicit. Mulier, quam dedisti mihi sociam, me decepit, & comedi. de pœ. distin. 1. c. serpens. Item ex lege ueteri ordo iudiciorum comprobatur, nam Moyses ait. In ore dorum uel trium stat omne uerbum, deutero. 19. de iu. c. nouit. de testi. c. in omni. & c. licet. Item in nouo testamēto. unde apostolus. Secularia iudicia si habueritis, peccatū in uobis, & contēptibiles uos Deo facietis. primo, ad corin. 6. c. & 11. q. 1. c. sicut em̄. §. ex his. 14. q. 1. in prin. quare s͠m huiusmodi statum naturæ corrupæ non sufficiebat lex naturæ, sed necessaria erat promulgatio legis humanæ positiuæ. 4 † quia nisi lites per iustitiam reprimerentur, in mundo non esset cōcordia. fuit ergo necessaria humani iuris adinuentio ad istum effectum, ut huiusmodi appetitum noxium refrenaret. & hominis in tribus iuris præceptis uidelicet honeste uiuere, alterum non lædere &c. informaret. ff. de iu & iu. l. an̄p. §. iuris præcepta & insti. eo. tit. §. iuris pręcepta. & in procemio. s̄. allegato. ut sic hominū coerceretur audacia, & inter probos innocentia tuta redderetur. 4. dist. c. factæ sunt leges. & ut boni quietè uiuerent inter malos. 23. q. 5. c. non frustra. ac ne quis temeritate propria sibi sumat electionē; alias ergo si homines in primæuæ dispositionis statu & innocentia permansissent, latio legis positiuæ nō fuisset necessaria. 5 Ad quid enim indigeremus titulis, † de libelli obl. & lit. cont. &c. si lites non essent. cum igitur ex cupiditate & malitia hominium lites ortæ sunt & contentiones hmōi inductæ, ideo similibus titulis a iure positiuo inductis ad negocia pertractāda & lites dirimendas indigemus.

5 † Sed licet ius super hoc emanauerit positiuum, tamen hæc scientia & exercitium placitandi per maxime sunt necessaria. 45. dist.c.licet,per scientiam enim & per experientiam omnis acquiritur notitia iuxta id. Ars usus docuit, quod sapit omnis homo. & iuxta philosohpum in princ.metaphisicæ. Experientia facit artem. nam omne artificium per sui exercitium recipit incrementum ut in l.legatis seruis.§.ornatricibus.ff.de le.3.Est enim ipsa experientia efficax rerum magistra.de elect. c.quàm sit.li.6. unde commendat iurisperitos experientia rerũ. & experti causarũ iudices dari possunt. C.de iu.l. certi. nam inexpertus pauca cognoscit, & maxime circa formas libellorum & ordinem iudiciarium debita experientia pertractandum. unde dicit Goff.in li.iuris ciui. 6 in princip. † quòd difficile est, ut quis bene sciat libellos difficiles componere & ordinẽ iudicii pertractare. Et componere libellos est difficile & periculosum, etiã si alias sit bonus in legibus, intellige canonicis uel ciuili bus, nisi in causarum exercitio conuersetur. nam ut dicit 7 Gul.in Spe.tit.de lib.conce.in princ. † circa libellorum conceptionem grande periculum imminet; & quasi tota uis iudiciorũ in eis rite concipiendis cõsistit. facit de iu. c.examinata.de simo. c.licet hely. cũ similibus.& pauci reperiuntur in hoc bene instructi. Imo nullus est, qui plerunque in his uario non abdicatur errore. ad hoc de imu.eccl.c.aduersus. Idcirco dominorum meorum super hoc deuictus instantia libellorum & aliorum actuum iudicialium formas tradere & declarare intendo, & iudiciorum ordinem debitum & frequentatum per singulos actus & partes iudiciales ac media, per quæ ad causarũ finem peruenitur, competenti ac regulato ordine explicare, quantum mihi est possibile. Quia licet in hac re insufficientem me cognoscam, faciã tamen quod possum. 22. q.2. c.faciat homo.& sufficiat quòd in paucis amici labore consulatur. ut dicit.l.tutori. C.de nego.gest.& ff. de admi.tuto.l.tutores.§. qui se.in fi.

SVMMARIVM

1 *Iudicium est actus legitimus trium personarum, Iudicis, Actoris, & Rei.*
2 *Iudicia quæ sint, in quibus non sunt omnes istæ tres personæ.*
3 *In iudicio inquisitionis, quod fit iudicis officio, fama uel infamia præcedere debet, & illa est loco actoris.*
4 *Personæ quæ sunt, quæ agendo uel defendendo interueniunt in iudicio nomine actoris uel Rei.*
5 *Personæ quæ sunt, quæ præstant adminiculum causis, non tamen agunt, nec defendunt.*

CAPITVLVM I.

1 Sed antequam ueniam ad propositum pro euidentia præmitto,† quòd iudicium est actus legitimus triũ personarum Iudicis Actoris,& Rei, secũdum Host. in summa de iud.in prin.& Io.An.in addi.Spec.titul.de acto.in princ.& doct.communiter. In hoc quod dicitur est actus trium personarum, includũtur duo, scilicet pro- 2 cessus iudicii,& personæ iudicii.† & licet sint aliqua iudicia ubi non sunt omnes illæ personæ, ut in iudicio generalis inquisitionis, ubi nõ est persona actoris uel Rei. de quo in c. bonæ. de elect. & in iudicio inquisitionis specialis, quæ fit ex officio iudicis nemine promouente uel instigante de actu inquisitionis. ut in c.qualiter. 2. de accu.ubi deficit persona actoris.& super crimine notorio, in quo non exigitur persona actoris, de accu.c. euidentia. adhuc tamen stant prædicta uera in diffinitio 3 ne posita,† quia in iudicio inquisitionis, quod fit iudicis officio, fama uel infamia præcedere debet ipsam inquisitionem, ut in iuribus alle.& illa est loco actoris & eius typum gerit, ut ibi no. Et inquisitio generalis ad specialem ordinatur. & ita etiam similiter erit ibi. sic in iudicio, quod habetur super notorio crimine, potest dici quòd ibi notorium supplet locum & uicem accusatoris interpretatiue. & sic in quocunque iudicio ordinario inquisitorio uel extraordinario prædict æ tres personæ sunt de essentia iudicii & substãtia scilicet iudex, actor, & reus. Sunt tamen aliquæ personæ, quæ quandoque et in iudicio interueniunt, & earum aliquæ agunt uel defendunt, sicut procurator, coniunctæ personæ defensor, excusator, syndicus, œconomus, tutor, curator, & quædam aliæ, de quibus in Speculo parte prima in 3.parti. 4 per totum.† sed istę personæ sunt in iudicio agendo uel defendẽdo nomine alieno, uidelicet nomine actoris uel 5 rei,& utriusque, & sic non sunt necessariæ.† Aliæ etiam sunt, quæ nec agunt nec defendunt. sed sunt ibi ut præstent adminiculum ipsis causis, sicut sunt aduocati, de postu.per totum.de iudi.c.pastoralis, ut lit.non contest. c.1.cum similibus.4.q.4.c.1. de uer.si.c.forus.§.in omni. Tabellio uł ipsius loco duo uiri idonei, qui iudicii acta conscribant, de proba.c.quoniam contra falsam. Et nuncius seu executor, qui citet & referat, de officio dele.c. prudentiam. prim.responso.de appl.c.cum parti.& istæ personæ etiam de necessitate nõ habent esse in iudicio, nisi secundum effectum, quem.s.dixi, ut præstent adminiculum ipsis causis. Et de istarum personarum officio & de eorum exercitio ac formis, quibus constituuntur, & aliis circa huiusmodi ad praticam pertinentibus, suo tempore patebit in processu. & circa huiusmodi personas & eorum officia uersatur primus liber decre. & tota prima pars Spec.iudicialis. Gul.durandi, quia prius persona quàm ratio quærenda est. ff. de iu.cog. l.quidã referant.de despon.impu.c.ad dissoluendum. Modo de alia parte diffinitionis, in qua dicitur, quòd iudiciũ est actus legitimus. sciendum est, quòd ut ad istius actus legitimi iudiciarii debitam applicationem, & perfectionẽ debite ambuletur, per multas partes & actus particulares, & certo ordine a iure & causarum consuetudine introductis regulariter procedendo ad sententiam, quæ finem imponit iudicio, peruenitur. & istum ordinem iudicii & eius partes pertractat secundus liber decre. & Gul.in Spec.parte secunda per totum. & ibi enumerat debito ordine partes seu membra processus iudiciarii, saltem illa membra, quæ communiter & plurimum contingere solent, licet etiam aliquando alia occurrant, ut dicit ibidem.& aliqua alia enumerat in c.quoniam contra falsam, de proba.non tamen ordinem per omnia seruandum, ut ibi no.

SVMMARIVM

1 *Substantialia processus uel ordinis iudiciarii quæ sunt.*
2 *In iudiciis quædam interueniunt, quæ tamen de eorum substantia non sunt.*
3 *Ordo iudiciarius substantificus non debet prætermitti, confundi. uel præposterari; aliàs induceretur nullitas iudicii & processus.*
4 *Actuum iudiciariorum qui nam sint ad litis ordinationem, & qui ad causæ instructionem & decisionem.*
5 *Causæ quæ sint, in quibus ex priuilegio iuris, uel hominis, aut ex causarũ natura ordo iudiciarius per oĩa necessario nõ seruatur.*
6 *Agere uolens uel accusare, quæ sibi præparare debeat, & prospicere prius, quàm iudicium moueat.*
7 *Iudicis quæ nam sint partes tam in criminalibus, quàm in ciuilibus causis.*
8 *Præparatoria quæ dicantur.*

CAPITVLVM II.

Istarum partium iudicii aliqua sunt de substantia 1 processus uel ordinis iudiciarii,† ut libelli oblatio, de quo tamen in c.1.de lib.ob.in fi.glos.& in clem. sæpe de uer.si. in gloss. quæ est super uerbo, necessario. Item litis contestatio, de lit.contest.c.unico, ut lit.non contest.quasi per to.in ru.& nig. Item conclusio, de qua in alleg.clem.sæpe, in gloss. ista litera. Item sententia, & quòd feratur in scriptis. de re iudica. capitul. ultim. 2 lib.6.† Aliqua uero non sunt de substantia, ut exceptiones, replicationes, appellationes, &c. de quibus patebit. 3 ĵ.† Et ordo iste iudiciarius non debet prætermitti confundi uel præposterari, alias ex omissione confusione uel

uel præposteratione induceretur & surgeret nullitas iudicii & processus. 2.q.6. c.ei qui appellat §. diffinitiua, de acc.c.qualiter.& in Spe.de sententiarum prolatione .§.iuxta propositioné. nec potest prætermitti etiam de consensu partium,& est gl.not.in c.de causis de of.dele. 4 in gl.2.& in clem.sæpe alle.in ult.glo.† ¶ Et huiusmodi actuum particularium quidam sunt ad iudicii seu litis ordinationem,quidam sunt ad litis seu causæ instructionem seu decisionem. exemplum primi,ut citationes,satisdationes, & similes actus iudicii ordinarii. sed confessiones,attestationes, probationes,& illa,quæ factum conspiciunt,sunt actus causæ instructorii & decisorii.de quo per Inno.& Host.in c.causam.il 1.de testi,& in cle. sæpe in gl.facit ad hoc. & hæc de partibus ordinis iudiciarii in causis regulariter obseruandis.¶ 5 †Sed sunt aliquæ causæ,in quibus ex priuilegio iuris uel hominis aut ex causarum natura ordo huiusmodi per omnia necessario non seruatur,uel etiam nullo modo debet seruari. nec per omnes partes iudicii in eis ambulatur.Exemplũ de causis priuilegiatis a iure, ut est causa beneficialis, matrimonialis,usurarum, & decimarum.in quarum cognitione ex dispositione iuris iudex non tenetur ordinẽ iudiciarium obseruare. & ideo dixi necessariò.quia potest si uult,ut in clem.dispendiosam,de iu. De priuilegio hominis,ut quando princeps causas committit,& in eis mandat procedi simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii ; & tunc talis iudex non potest per omnia seruare ordinem iudiciarium,quia tunc illa quæ sunt de substantia & figura iudicii,non debent obseruari, ut est libelli oblatio.lit.contest. Et ista,quæ sunt de strepitu iudicii,sicut appel.excep.&c. iudex fortius quàm in aliis debet amputare & repellere. & dixi [*Simpliciter,*] quia tunc non debet solennis ordo seruari;si tamen seruetur, partibus non contradicentibus, ualet ut in d. clem.sæpe.ubi traditur forma procedendi, quæ secundum tale mandatum debet seruari. Item quandoque ex natura causæ non seruatur ut in notoriis,nam ordinem iudiciarium in eis seruare esset ordinem peruertere.ut in decr. ad nostram de iureiu.& est tertium.c.de quo etiam in c. uestra.& c.tua de coh.cler.& mu.c.causarum. Item in summariis cognitionibus,in quibus etiam non seruatur nec fit transitus per partes iudicii,sed iudex summariam probationem recipiet, ut se informet,de quo de of.iu.c. ulti.& ideo dixi, [*Vel nullo modo debet seruari.*] Item in iudicio extraordinario,uidelicet inquisitio quæ expedit officio iudicis & nõ ad probationem uel instigationem alicuius.ut in c.quoniã frequenter,ut li.nõ contest.in §. sunt & alii,cum remissionibus.& sic secundum diuersitatem causarum diuersi surgunt processus. de istis ergo omnibus iudiciis & processibus ordinariorum & executorum uidebimus successiue. ¶ Primò ergo de iudicio ordinario uidendum, antequam tñ ad ipsius expeditionem accedam,primò est aduertendum quòd sunt præparatoria ad ipsum iudiciũ,scilicet ut præhabeatur quædã inuestigatio & præmeditatio matura, per quã mente & corde se præparant iudex & partes, maxime actor ad iudicium subintrandum,uel non. & isto modo intelligẽdo ponit Gul.in Spe.specialem rubricam de præparatoriis 6 iudiciorum in parte secunda ru.idest.†uidelicet ut agere uolens uel accusare primò consulat amicos, uideat an habeat probationem, & utrum expediat sibi litem mouere, prouideat sibi de aduocato bono, cũ peritioribus conferat, & se præmuniat ; alioquin cum minus peritis peribit,ut iudas,de pœn.dist.5.c.nonne iudas. quia litis euentus dubius est, & ex quo actor instante aduersario cogetur litem prosequi.hinc est quòd induciæ deliberatoriæ non conceduntur, de his & aliis articulis inuesti- 7 gandis uide in Spec.loco ubi proxime dicto. † Item iudex in causa criminali debet prius examinare personam qua intentione moueatur, & cuius opinionis sit. Item in causa iniuriarum iudex debet laborare ad componendum partes, in qua actione potissime procedit compositio.40.dist.c.1.&c. Sciendum etiam quòd in ciuilibus causis iudex debet laborare ad compositionem,ut habetur de mu.pe.c.1.& maxime procedit compositio actore uincente.ut in addi. Spe.no.Ioan.An in tit.proxi.alleg. unde ibi dicit Spec.nemini expedit ut nimis promptus sit ad litigandum propter animę periculum.nam dicitur in euang.Math.16.si quis uoluerit tunicam tuam tollere & tecũ contendere in iudicio &c. Mathei.4.14.q.1.§.1. & apostolus ait.Secularia iudicia si habueritis, peccatũ est in uobis,& uos contemptibiles facietis,ad cor.6.11. q.1.c.sicut enim.§.ex his.14.q.1.in prin.& maxime non expedit clericis. quia nemo militans deo &c. secundo ad thi.secũdo.ne cle.uel mo.c.1. multominus religiosis. 16.q.1. c.monachi.quia seruos dei non oportet litigare, de simon.c.ult. Item non expedit propter dubium litis euentum ut dixi.s.no.de cau.pos.& propri. c.pastoralis in princ. promptior ergo quisque sit ad componendum quàm ad litigandum uel contendendum,de trans. c.fin. 8 cum si. † talia & similia dicuntur præparatoria;possunt tamen dici præparatoria illa,quæ præcedunt litis contestationem,ut dicit Gul.Anglicus.pro hoc facit quod dicit Gul.in Spe.in prin.parte secũda ubi dicit,quòd ordo iudiciarius proprie dicitur in istis cõsistere quæ aguntur inter litis contestationem & sententiam,cum litis contestatio sit exordium,& ante eam non dicatur quis agere, sed agere uelle.ut.l.amplius nõ peti. ff.rem ratã haberi. ea ergo quæ præcedunt lit.cont. non sunt proprie de ordine,sed præparatoria dicuntur, & de his est secundus lib.decr.usque ad lit.cont.& totus primus.& illud quod tractat Gul.in Spec.in tota prima parte, uidelicet circa personas iudicum,arbitrorum, & assessorũ,actoris, rei, & aliarum personarum suo uel alieno nomine agẽtium uel defendentium,aut adminiculum prestantium.& etiã in secunda parte usque ad titulum de li.contest.Sunt & alia præparatoria,quæ etiam competunt post litis contest.de quibus in Spec.de dila.§.1. uersic.præparatoria, de quibus suo loco patebit.

SVMMARIVM

1 *Processus diuiditur in tres partes.*
2 *In prima expediuntur quæ circa iudicis & fori competentiam, actoris & aliorum in iudicio interuenientium legitimationem, libelli aptitudinem, mandatorum sufficientiam & similium examinari contingunt, quæ tamen negocii principalis regulariter non sunt.*
3 *In secunda processus parte negocium principale pertractatur.*
4 *In tertia parte negocio finis imponitur per sententiam.*
5 *Reus debet regulariter adire iudicem Rei,in multis tamen casibus fallit hoc,qui & hic & inferius habentur.*

CAPITVLVM III.

1 Istis præmissis † uenio ad propositũ scilicet ad declarationem ordinis iudiciarii totum ipsum processum diuidendo in tres partes.sicut etiam diuidit Spec.in partes secunda in princ.Pars prima a prima uocatione siue citatione incipit & durat usque ad li. cõt.exclusiue. Secunda pars incipit a li.cont.& durat usque ad sententiam diffinitiuam exclusiue. Tertia incipit a sententia diffinitiua & durat usque ad eius effectualem executionem,si non fuerit appellatum. alias si fuerit appellatum suspenditur executio quousque app. causa fuerit finita. de iure.c.uenientes, cum suis concord. ¶ 2 † In 1. parte expediuntur illa quæ occurrunt circa competentiã uel incompetentiam iudicis & eius iurisdictioné, uidelicet an iurisdict. habeat in reum uel non. & si habeat,an sit declinabilis uel recusabilis. Item circa personã actoris legitimam an habeat personã standi in iudicio uel non. De habilitate & idoneitate personæ Rei non quæritur nec disputatur, quia ex quo uocatur ad iudicium, qualiscunque sit, se defendere potest.unde dicitur si dyabolus esset in iudicio ut reus,non esset defensio sibi denegãda,cum sit iuris & æquitatis naturalis,de exce.c.cum

inter.unde dicit ibi.Innoc.quòd reus non habet firmare uel legitimare personam suam in iudi.licet hoc ipse firmabit quòd uocatus est,cum necessario habeat respondere.de iu.c.intelleximus. Et iudicium redditur in inuitum.ff.de uerb.obl.l.inter stipulantem.& hoc in reo necessario. Item quæritur in eadem parte de persona procuratoris an potest stare in iud.uel an habeat sufficiens mandatum de procu.c.1.& similia expediuntur ibidem. Item de loco iudicii an sit tutus & idoneus reo,de app. c.ex parte. & est primum. Item de forma libelli.de iu. c.examinata.de his & si. primò quasi de præambulis ad iudicium est bene ponderandum.Item quæritur de competentia uel incompetentia fori, de legitimatione uel inhabilitate personarum in iudicio interuenientium.de idoneitate uel refutatione loci. item de aptitudine uel ineptitudine libelli. sufficientia uel insufficientia mandatorum, & procuratorum, & huiusmodi. & non tractantur ibi quæ sunt negocii principalis. uerum regulariter hoc dico ideo,quia fallit in certis casibus,de quibus in c.1.de litis contest.li.6.qui patebunt in processu.

3 ¶ † In secunda parte pertractatur negocium principale,ut ibi uidebimus.

4 † ¶ In tertia parte imponitur finis ipsi negocio per sententiam.ff.de re iud.l.1.& condemnatum producitur ad effectum executione.de re iu.c.cũ aliquibus.de officio dele.c.quærenti.

5 ¶ † Sed antequam inchoemus processum,sciendum quòd actor debet adire iudicem Rei.C.de iur.om.iudic.l.adirequia est regula de hoc tradita in c. cum sit generale de foro compet. cum concord.sed hoc fallit in multis casibus, in quibus sortitur reus forum non sui iudicis.in capit.ult. de foro comp.& maxime est de consuetudine quòd clerici trahunt laicos ad iudicem ecclesiasticum in causa ciuili. per c.cum sit,iam alleg.Et,not.bene in c.si clericus.eod. titul.in ult.gloss.& Gui. in Spec.de fo.comp.iu.adi. §.1. in princ.Item potest reus iurisdictionem non sui iudicis in se prorogare tacitè,de foro compet. c.dilecti.scilicet contrahendo uel soluere promittendo in certo loco. hoc uerum de iudice ordinario,secus de delegato de of. iud.deleg.c.p. & g. Ad hoc tamen quòd clericus ualeat iurisdictionem non sui iudicis in se prorogare, plura requiruntur,quæ concurrere debent.ut in d.c.significasti & ibi no.de foro comp.¶An autem quis prorogando potest pœnitere & iudicium iudicis prorogati declinare,etiam recurrendum est ad c.1.de iu.& quæ ibi no. consueuerũt scilicet quis sit competens iudex alicuius.

SVMMARIVM

1 *Iudicum appellatione qui autumentur.*
2 *Auditor Palatii apostolici dicitur mistus inter ordinarium & delegatum,& quomodo ordinariam, & quibus causis delegatam nanciscatur cognitionem,& quibus nullam.*
3 *Assessor proprie non est iudex.*
4 *Arbiter & Arbitrator inter iudices proprie non habentur.*
5 *Delegatus iudex qui sit,& quando subdelegare potest.*
6 *Conseruatores & executores sunt delegati.*
7 *Ordinarius iudex quis sit.*
8 *Inferiores iudices ordinariam ex priuilegio uel consuetudine possunt habere iurisdictionem.*
9 *Archiepiscopus non est iudex ordinarius subditorum eius suffraganeorum, sed solum in sua diœcesi & super suffraganeis ordinariam habet potestatem.*
10 *Legatus est iudex ordinarius in prouincia sibi decreta.*

CAPITVLVM IIII.

PRo isto est aduertendum prout dicit Guil.in Spec. parte.1.§.1.

1 †Iudicum alii delegati,alii ordinarii, alii arbitri,alii arbitratores,alii auditores,alii assessores. uel potest dici distinguendo duo membra tantum.

2 † scilicet quòd omnis iudex aut est ordinarius,aut est delegatus;quidam tamen est mistus,sicut auditor palatii apostolici, qui nec est delegatus, nec ordinarius, sed potestas eius se habet ad utrunque; quia habet ordinariam in cognoscendo,& delegatam in pronunciando.ut no.in cle.auditor de rescr.& quod in Spec.ponit Gul.auditorem, intelligit de eo, cui certus articulus causæ expediendus committitur. Et si Gul.intelligit de articulo habente causam cognitioni annexam, tunc talis auditor est delegatus. Si de nudo articulo, ut est examinator testium, tunc non est iudex talis auditor, sed nudus minister.de quo in c.super quæstionum de of. deleg.in cle.iudices.eod.titul.

3 †Et ideo non debet poni istud membrum,scilicet de assessore, quem non oportet inter iudices enumerare, quia proprie iudex non est, ut suo loco patebit.

4 ¶ † Similiter arbiter uel arbitrator proprie non est iudex,quia priuata persona potest arbiter eligi, sed sic est quòd per pactum priuatorum non datur iurisdictio aliàs eam non habenti;ut patet de for. comp.c.si diligenti.& c.significasti.& ideo Spe.enumerat eum inter iudices, quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum ut in l.1. ff.de ar.

5 ¶ † Delegatus est,qui ex alterius commissione alicuius causæ recipit iudicialem cognitionem.de officio deleg.c.super quæstionum. & ille si est a principe delegatus,alium subdelegat.unde subdelegatus est, cui causa uel aliqua pars causæ a delegato secundo loco committitur,ut ibi.

6 † Conseruatores etiam & executores sunt delegati.de offi. dele.c.1, & ult.lib.6.

7 ¶ † Ordinarius est,qui iure suo per principis beneficia uniuersaliter iurisdictionem exercere potest.ff.de iu.om.iudic.l.more maiorum & seq.papa ergo est ordinarius omnium & singulorum.9. quæstio.3. c. cuncta per mundum.& c.per principalem.item episcopus in sua diœcesi, & dominus temporalis in cuius territorio quis domicilium habet , ut in l.hæres absens. ff.de iu. de foro comp.c.ult.isti sunt ordinarii & competentes iudices.domini tamen temporales non fundãt intẽtionem suam de iure communi nisi contra homines in territorio suo , sicut episcopi in diœcesibus suis. de quo no.in c.super eo, de parochiis.& in c.1.de re.domi.

8 †Item inferiores possunt esse ordinarii & habere ordinariam iurisdictionem ex priuilegio , uel ex consuetudine,de officio ord.c.cum ab ecclesiarum,de for.comp. c.cum contingat.

9 † Archiepiscopus uerò non est iudex ordinarius subditorum suffraganeorum suorum sed solum in diœcesi, & super suffraganeis habet ordinariam

10 potestatem.ut in cap.pastoralis ,de officio ord. † Item legatus est ordinarius in prouincia sibi decreta. ut in c.1.de officio deleg.lib.6.

SVMMARIVM

1 *Actor quomodo se habere debeat adeundo iudicem.*
2 *Processus debet inchoari a citatione, quæ est principium & fundamentum ordinis iudiciarii.*
3 *Delegatus iudex ubicunque adiri potest.*
4 *Iurisdictio an perpetuetur per subdelegationem.*
5 *Citationem a iudice decretam debet actor cito exequi instare, nè per aduersarium coram alio iudice possit conueniri.*
6 *Iudices ubi sunt plures ordinarii , est quandoque graduitas inter eos, quandoque accumulatio fori.*
7 *Accumulatio fori quibus modis fieri possit,& ad quos effectus.*

CAPITVLVM V.

SEd qualiter adeundo iudicem actor debet se habere,tractat Gul.in Spec.de compe. iudi.adi.§. uiso.

1 † quia si est ordinarius,actor per se uel per procu. accedit ad eum hora congrua & cum sedit pro tribunali,non quando legit,uel quando est in diuinis, nec in uia &c. & factum suum coram eo proponat per se,si est discretus,alioquim per aliũ.de iud.c.pastoralis.& petat aduersariũ citari ad iudicium, seu uocari ad causam, de iud.c.1.

2 †quia per citationem debet inchoari processus. Est enim citatio fundamentum ac principium ordinis iudiciarii.de quo in gloss.c.ecclesia, de constitutio.sicut litis contesta. est fundamentum ipsius litis & initium iudicii,

iudicii, de quo dictum est supra. Et dicit nota. text. instit. de poe. temereliti. §. ulti. quòd omnium accusationum instituendarum princi. ab eadem parte edicti constituitur, quæ est de in ius uocan. 3 † Si iudex est delega. accedat ad eum ubicunque inueniat ipsum, quia ipse certo loco seu consistorio quandoque caret. in loco tamen honesto & hora congrua. de officio deleg. c. consuluit. pro quo no. in clement. quamuis de ap. & literam commissionis sibi præsentet, tunc incipit iurisdictionem habere de appell. cap. ut debitus. requirens eum humiliter ut mandatum apostolicum exequendo aduersarium citet, & sine mora decretam citationem obtineat ad effectum iurisdictionis perpetuandæ. de officio deleg. cap. 4 gratum. † Et an per subdelegationem perpetuetur iurisdictio, recurrendum est ad not. in d. c. gratum & in c. licet undique & in c. relatum de officio deleg. & in cap. quamuis, & in c. si a subdelegato, de officio deleg. libr. 6. 5 † Item faciat ipsam citationem ab ordinario uel delegato decretam citius exequi contra aduersarium, ne per ipsum aduersarium coram alio iudice possit con6 ueniri, ut le. & no. in alle. c. ut debitus. ¶ † Ad intelligentiam istius aduertendum est, quòd in pluribus ordinariis est quandoque gradualitas, quandoque accumulatio fori. ut not. in c. cum ab ecclesiarum de officio 7 ordin. & in c. cum contingat, de foro compe. † Et ubi est pluralitas iudicum per modum accumulationis, locus est præuentioni, ut qui primò citat sit index, idem in delegato, & urdinario ut in c. ut debitus supra alleg. 8 & ista præuentio fit per citationem. † Et ibi etiam potest fieri præuentio per domicilii mutationem de foro comp. c. proposuisti. Item ad effectum litis pendentiam inducendi acceleret ad procurandum citationem aduersario intimari. Ex quibus collige tres citationis effectus.

SVMMARIVM

1 *Citationem iudex ad petitionem actoris decernere debet.*
2 *Citatio potest fieri per literas; & quid tales literæ continere debeant nu. 6.*
3 *Iudex ore proprio citare potest.*
4 *Tabellio nedum uerbo citare potest, sed de ipsa citatione attestari, & se citasse scribere potest.*
5 *Citatio per nuncium fieri potest.*
6 *Citatio per partem quando, & quid operetur.*
7 *Citatio tertio modo fieri dicitur re ipsa, quando presona capitur.*

CAPITVLVM VI.

1 IVdex † ergo ad petitionem actoris habet decernere 2 partem ream citandam. † Et potest fieri huiusmodi citatio per literas iudicis, uel uiua uoce: uiua autem 3 uoce fit multipliciter. † quandoque per ipsum iudicem, qui ore proprio citat. quandoque per tabellionem, quia per nuncium potest fieri ut postea dicetur, ergo fortius per tabellionem; & potest ipse tabellio per talem citationem per ipsum factam attestari & scribere 4 se citasse. † quandoque per partem, in uim tamen prouocationis ad causam. de appel. c. cum sit. & in c. bonæ. 5 † quandoque per nuncium. de officio deleg. c. prudentiam. de appell. c. cum parati. de quo in Specul. de citationibus. §. sequitur. & not. in cap. quoniam de proba. 6 †. Fit etiam ut dixi per literas. & quid debent continere literæ citationum, patebit etiam in formis. & ponit etiam Guil. in Specul. titul. de citationibus. §. iam citationem. ¶ Et potest etiam addi tertium membrum, uel tertius modus citandi, ut dicit Ioan. Andr. in additio. 7 Specul. de cita. §. sequitur. † uidelicet quòd fit citatio ipsa re, ut cum persona capitur, & tutius ducitur ad iudicium, de quo scripsit Ioan. Andr. in c. romana & capit. contrahentes, de foro comp. libr. 6. ¶ Si ergo iudex est deleg. qui acceditur, rescriptum seu literas commissionis suscipiat reuerenter & deuote, quia per salutationem & benedictionem inducuntur effectus, de quibus in prooemio sexti.

SVMMARIVM

1 *Rescriptum quomodo præsentetur ab impetrante, & recipiatur a iudice.*
2 *Rescriptum qua cautela debeat aperiri a iudice.*
3 *Rescriptum si iudex deprehendat uitiosum, uel falsum, quomodo se habere debeat tam circa illud, quàm circa præsentantes.*
4 *Rescriptum si iudex uiderit sine uitio, quid agere habeat.*

CAPITVLVM VII.

QValiter præsentator in præsentando & iudex in recipiendo & inspiciendo rescriptum debet se habere, tradit Guil. in Specul. de rescri. præsentatione. §. 1. in princip. & dicit sic, quòd debet fieri hoc 1 modo. † Adsit enim publicus notarius uel duæ personæ idoneæ, & in eorum præsentia impetrator rescriptum apostolicum præsentet iudici dicens. Papa uos salutat, & hanc literam & suam benedictionem uobis mittit, & supplicat quòd secundum eius tenorem procedatis. Iudex autem ipsum reuerenter birreto deposito ac capite inclinato suscipiat; si clausum est, quod fit 2 quandoque cum uni scribitur, † sic caute ipsum aperiat, ut filium cum bulla literæ ex una parte adhæreat, sicut prius utrique adhærebat. nam si bulla ex toto alteraretur, nulla prorsus ei fides relinquitur ar. de crimin. falsi. c. licet. Post hoc confestim ipsum legat, & totum tenorem & bullam & cartam & stilum & filium diligenter inspiciat; quia iudicantem oportet cuncta rimari, & rerum ordinem plena inquisitione discutere. 30. quæ. 5. capit. iudicantem. de fide instrumento. capit. cum Ioan. 3 † & si inueniat ipsum falsum uel uitiosum ipsum reiiciat, nec ei fidem adhibeat. 9 distinctio. cap. si ad sacras. immo si euidens falsitas est, efferentes capiantur, ut de crimine falsi c. ad audientiam. 19. distinctio. c. in memoriam. si tamen in literis de simplici iustitia cauetur, non præsumitur de facili falsitas. de crimin. fal. capitul. 1. 4 † His ergo diligenter inspectis, si sine uitio illud iudex uiderit, ipsum recipiet mandando notario, uel etiam si pars id non requirat, ut tam de præsentatione quàm de receptione fiat publicum instrumentum.

SVMMARIVM

1 *Notarius qua cautela atque prudẽtia sibi prospicere debeat, cum de rescripti præsentatione fidem facere oportet. & nu. 4.*
2 *Rescripto falso utentes grauissime puniuntur.*
3 *Iudici imminet periculum, si falsi rescripti auctoritate pcesserit.*

CAPITVLVM VIII.

ET dat Gul. notario hic bonam doctrinam dicens, 1 † sitque cautus notarius, ut ipse diligenter inspiciat ipsum rescriptum; nam cum oportet eum in suo instrumento asserere, se uidisse integrum & incorruptum, si post. cõtrarium appareat, eius instrumentum, nec immeritò, redarguitur falsitate, nisi uitinum probetur postea subsecutum. Caueat etiã notarius ne falsum asserat. de fide instr. c. inter dilectos. ¶ † Inter actorem 2 etiam & reum hoc cautum esse debet. nam si falso rescripto utuntur, grauissimè punientur. quod dic, ut de crim. 3 fal. c. ad falsariorum. † Et etiam iudex si scienter talis rescripti auctoritate procedit, ut eod. tit. c. super eod. & c. quàm graui. & reus fatuus est, si per huiusmodi rescriptum se permittat conueniri, ut. eod. titul. per totum. de 4 proc. c. in nostra. † Et quomodo super præ entatione & receptione rescripti fieri debet ad mandatum iudicis instrumentum per tabellionem, ibi etiam tractat Gul. Et quòd totus tenor rescripti scribatur inter acta per notarium uel per duas personas idoneas. ut de probat. c. quoniam contra. & scribet notarius sub hac forma.

SVMMARIVM

1 *Forma de præsentatione instrumenti publici fidem facientis, receptioneque literarum apostolicarum.*

CAPITVLVM IX.

1 IN nomine domini amen † Anno tali, indictione tali, & tali die, & tali hora, in oppido & in tali diœcesi, in curia talis præpositi. & coram eodem domino præposito in meique notarii publici & testium infrascriptorum &c. constitutus talis clericus uel laicus talis diœcesis rescriptum apostolicum uel literas apostolicas, cuius uel quarum tenor inferius scribitur, uera ipsius domini papæ bulla plumbea & cordula canapis pendente more romanæ curiæ bullatas, sanas, integras ac illæsas, ac omni, prius uitio ac suspicione carentes, prædicto domino præposito præsentauit, cunque humiliter requisiuit, quatenus in causa seu causis huiusmodi sibi commissis aduersus talem procedere, & eundem citare, seu literas citatorias contra ipsum sibi decernere, & concedere, & iustitiam facere dignaretur. quod quidem rescriptum, uel quas quidem literas, idem dominus præpositus ad se recepit reuerenter, uidit, & perlegit, ac eius uel earum tenores in actis causæ sibi conferri mandauit, & citationis literas contra præfactum fieri decreuit.

SVMMARIVM

1 *De tenore rescripti D. Papæ qualiter apparere debeat apud acta notarii.*

2 *Rescripti tenor redactus in actis notarii fidem facit, etiam si originale perderetur.*

3 *Officiũ tabellionis quale esse dẽat circa ea, q̃ occurrunt in iudiciis.*

4 *Commissio citationis qualis apud acta notarii remanere debeat.*

CAPITVLVM X.

TEnor autem rescripti seu literarum commissionis talis est Ioan. episcopus seruus seruorum dei &c. 1 † Ego talis notarius &c. & præfatas literas apostolicas uidi & legi, & de mandato dicti domini iudicis ad hoc auctoritatem præstantis hic nihil addendo uel mutando transcripsi, & in hanc publicam formam redegi &c. & tunc fidem faciet transcriptum, licet originale non appareat, ut not. gloss. in cap. cum in iure peritus, de officio deleg. & in cap. cum uenerab. de confirm. uti. uel inuti. tutius tamen est, quòd hoc faciat parte aduersa præsente uel citata. 2 † quando ergo tenor rescripti redactus est in actis fidem facit, etiam si rescriptum perderetur. de quo in capit. cum in iure, de officio deleg. in cap. cum olim, de priui. cum similibus. 3 † Et sciendum est, quòd tabellio debet prædicta conscribere, quia officium est tabellionis omnia, quæ occurrunt in iudiciis, secundum iudicis præceptum singillatim & ordinatè scribere, & partibus exemplar tradere, & exemplar traditorum retinere, ut not per Host. de prob. capitul. quoniam contra. 4 † Si autem fit citatio per nuncium, scribat sic notarius. talis iudex iniunxit tali nuncio suo, ut talem citaret ad petitionem & instantiam talis tali die, nota. in capit. quoniam contra, supra allega.

SVMMARIVM

1 *Citationis iudicis delegati in scriptis forma.*

CAPITVLVM XI.

1 FOrma citationis iudicis delegati est talis. † N. decanus ecclesiæ talis diœcesis iudex causæ & partibus infrascriptis, uel iudex ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus, uniuersis & singulis abbatibus, prioribus, decanis, dominis, rectoribus, clericis, & notariis publicis quibuscunque per ciuitatem & diœcesim talis ac talis, ubique constitutis specialiter tali ac tali plebano salutem in domino. & mandatis nostris immo uerius apostolicis firmiter obedire literas sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pii diuina prouidentia papæ secundi, eius uera bulla plumbea cum cordula canapis pendente more romanæ curiæ bullatas, sanas, integras, & illæsas, ac omni prorsus uitio & suspicione carentes nobis in notarii publici testiumque infrascriptorum præsentia per talem in eisdem literis specialiter nominatum præsentatas. nos cum ea qua decuit reuerentia noueritis recepisse, quarum tenor dignoscitur esse talis. Pius episcopus seruus seruorum &c. post quarum quidem literarum præsentationem & receptionem fuimus per prædictum. N. humiliter requisiti, ut in causis nobis delegatis aduersus talem ex aduerso in eisdem literis principaliter nominatum procedere, citationis literas contra eum decernere, & iustitiam sibi ministrare dignaremur, Nos igitur decanus iudex prædictus uolentes apostolicum mandatum exequi ut tenemur, uobis & uestrum cuilibet in uirtute sanctæ obedientię, & sub excommunicationis sententia, quam in uos & quemlibet uestrum præsentis mandati contemptores uel neglectores in his scriptis, trium tamen dierum monitione præuia, ferimus firmiter, & districte præcipientes mandamus, quatenus accedatis quò propterea fuerit accedendum, & præfactum. N. publicè citare curetis. quem & nos peremptoriè citamus per præsentes, ut die tali uel ut die. 12. a præsenti insinuatione uel publicatione computando, quorum dierum quatuor pro pri. quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, compareat per se uel per sufficientem procuratorem in curia habitationis nostræ hora tali coram nobis tali de iustitia responsurus, cum interminatione quòd siue comparuerit siue non, nos nihilominus, quod iustum fuerit, faciemus. diem ac uestræ citationis formam & quicquid feceritis in premissis nobis per uestras patentes literas harum seriem continentes, aut instrumentum publicum fideliter rescribatis. Datum & actum tali loco, tali anno, nostro sub sigillo &c. Sciendum quòd ista forma communiter frequentatur, quamuis sub aliis uerbis ponat Specul. in titul. de citatio. §. iam de citatione. & ista forma sonat de unico iudice delegato.

SVMMARIVM

1 *Iudices plures delegati quandoque simpliciter dantur unico rescripto, quãdoque cum diuersis clausulis, de quibus nu. 2. 3. & 4.*

5 *Partes quando non conueniunt in unum iudicem, quomodo eis prouideatur.*

6 *Clausula in literis conseruatorum apponi consueta; quatenus uos, uel duo, uel unus uestrum; quid operetur.*

7 *Iudices quando cum aliquibus clausulis dantur, tunc de huiusmodi clausulis debet fieri mentio in citatione.*

8 *Causa si uni fuit delegata, quia ad minorem fuerit euectus dignitatem, an poterit postea in illa causa procedere.*

9 *Rescripti tenor quando debeat totus inseri in citatione.*

10 *Citando reum quæ seruari debent tam contra eum, quàm contra citationis executorem.*

CAPITVLVM XII.

1 SEd † quandoque dantur plures scilicet duo uel tres. & isti quandoque dantur simpliciter, de officio deleg. cap. cum causam. 2 † quandoque cum diuersis clausulis, quia quandoque cum clausula [*Quòd si non omnes interesse poterunt, duo, aut unus uestrum nihilominus exequatur*] de officio deleg. c. prudentiam. in princip. & c. cum super. 3 † & quandoque cum clausula [*Quòd si ambo interesse non poteritis, alter uestrum nihilominus exequatur*] & hoc quando sunt duo iudices, ut in d. c. prudentiam, in §. idem quoque. 4 † quandoque cum clausula [*Quatenus uos, uel duo, uel unus uestrum*] & prima clausula ponitur in rescripto appellationis, cui contradicitur in audientia literarum contradictarum. 5 † quandoque partes non conueniunt in unum iudicem, quia tunc dantur tres cum clausula [*Quatenus si non omnes interesse poteritis &c.*] quelibet partium eligit unum, cancellaria dat tertium, & tunc omnes tres habent procedere, nisi tertius se excuset. ut in d. capit. prudentiam. 6 † ultima clausula frequen-

frequentatur in literis conseruatorum, quando dantur conseruatores ecclesiis uel uniuersitatibus aut studiis; quia tunc ponitur clausula [*Quatenus uos, uel duo, aut unus uestrum &c.*] & tunc quilibet insolidum procedere potest a principi. secunda forma est, per quam dantur duo iudices cum clausula [*Quod si non ambo*] hodie non est in usu. † quando ergo dantur plures iudices cum prædictis clausulis, tunc de huiusmodi clausulis debet fieri mentio in citatione, sic dicendo N. decanus ecclesiæ talis &c. iudex conseruator uenerabilibus & circunspectis uiris magistris doctoribus & scholaribus & uniuersitati studii talis &c. una cum certis nostris in hac parte collegis cum clausula [*Quatenus uos uel duo aut unus uestrum &c.*] a sede apostolica delegatus. Quod autem delegatus debet præmitti & præponi patet; quia ipse representat personam domini pa. de officio deleg. c. cum olim. cum concordan. Et quando sunt plures delegati, maior & dignior debet præponi, de quo in Spe. de citat. §. præalleg. † Circa quod mouetur unum dubium facti, ponamus quòd causa delegata fuit olim episcopo leodiensi, nunquid postea, cum ecclesia ista fuerit metropolitica, ipse factus archiepiscopus procedere poterit in causa prius coram eo inchoata? Ioan. Andr. in addit. Specul. titul. de leg. tenet, quòd sic, etiam si nomen proprium esset expressum in commissione. Ratio quia per dignitatem archiepiscopalem non deseruit esse episcopus, unde & pa. uocat se episcopum, ut in l. eos. C. de excu. mu. libr. 10. in fin. Istud dubium moueri potest propter ludentes ad scacos, nam ut ibi dicit Io. An. per eandem legem fuit iudicatum, q qui in ludo scaccorum cōuenit mactare socium cum pedona, erit uictor, si cum pedona facta regina scaccum dederit, pro quo Ioan. And. in addi. Spe. ubi s̄ plures rōnes adducit, dicit tamen ibi q paduæ audiuit pronunciari contrarium. Et concordando distinguit dicens, primum procedere quando conuentio fuit facta de certa pedona. secus quando de certa non est conuentum. Item in forma mandat delegatus omnibus, & super illos habet iurisdictionem quantum ad hoc, quòd alias sua iurisdictio non potest bene explicari. de officio deleg. c. 1. & c. præterea. de quo in Specul. titul. de citatio. §. de citatione, uersicul. quid si deleg. excommunicat. & seq. † Aliquando autem tenor rescripti debet totus inseri in citatione ut le. & not. in cap. 2. de dila. Et notat Ioan. in gloss. 3. quæstio. 2. c. si episcopus. & per Specul. in tit. de citat. uersic. Item quid si rescriptum. ubi concluditur hoc fieri communiter, & alias non ualere citationem. de hoc not. in cap. ueniens. de accus. super ultim. gloss.

10 ¶ † Sed nunquid debet mittere citator rescriptum bullatum? & respondetur, prout no. in d. c. 2. de dila. Aliqui etiam inserunt in citatione libellum, de quo in capit. 2. iam alleg. Item in forma citatur reus ad respondendum actori de iustitia. Aliqui citant primò ad dicendum contra commissionem, quicquid dicere seu opponere uoluerint contra eam, & iste terminus seruatur in curia pro substantiali. Item quòd possit & debeat excommunicari, probatur in c. cum ex literis, de restitutio. in integ. & in Specul. titul. de citatio. §. uiso. uersicul. item iudex. Item in forma citationis apponitur, quòd executor debet rescribere diem. de hoc not. in Spec. titul. de citatio. §. ultim. uersicul. si non mandat iudex deleg. quandoque non procedit per se, sed causam sibi commissam subdelegat; & tunc erit forma subdelegationis ista.

SVMMARIVM

1. *Subdelegationis forma.*
2. *Subdelegatio nedum ex impedimento, ut plerisque in iis asseritur, sed pro uoluntate fieri potest.*
3. *Subdelegatus compelli nequit ad causam suscipiendam, si de malitia subdelegantis constat. & nu. 10.*
4. *Subdelegatio inuitis partibus fieri potest.*
5. *Subdelegatus habens iurisdictionem habet etiam coertionem, & quare.*
6. *Delegatus subdelegatum sui collegæ admittere non tenetur.*
7. *Clausula; committimus plenam, uel donec &c. diuersos parit effectus.*
8. *A delegato ad quem appellari possit.*
9. *Delegatus si unus est, an pluribus subdelegare possit.*

CAPITVLVM XIII.

1 DEcanus † Ecclesiæ, iudex causæ & partium infrascriptarum a sede apostolic. specialiter delegatus honorabili uiro tali salutem in domino. literas sanctissimi in Christo patris. &c. noueritis nos recepisse sub hac forma Ioan. episcopus &c. sed quia nos tam nostris quàm ecclesiæ nostræ negociis præpediti cognitioni & decisioni negocii huiusmodi ad præsens uacare & intendere commode non ualemus, idcirco de uestra legalitate confisi uobis in hac parte committimus uices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas. Et aliqui subiungunt mandatum, uidelicet mandantes uobis quatenus in negociis huiusmodi procedatis secundum traditam a sede apostolica nobis formam, & alias prout de iure fuerit procedendum in cuius testimonium literas præsentes fieri fecimus nostri sigilli appensione muniri. datum &c.

2 ¶ † Hic aduertendum est, quòd licet ponatur in forma subdelegationis. [*Sed quia nos tam nostris &c.*] tamen potest fieri subdelegatio pro sola uoluntate, dato etiam quòd non fuerit aliquo legitimo impedimento præpeditus delegatus, de officio deleg. capitul. pastoralis, ut ibi per Innocent. † Sed si uelit malitiose se exonerare, tunc subdelegatum compellere nequit ad causam recipiendam, si de malicia constat, ut ibi. † & potest fieri etiam inuitis partibus eodem titul. c. super quæstionum. † Et subdelegatus delegati habens iurisdictionem habet etiam coertionem, alias delusoria uideretur eius iurisdictio. eodem titul. c. ex literis. † delegatus autem subdelegatum sui collegæ non tenetur admittere, de quo in c. coram, eodem titul. & c. cum super abbatia. † Item dicitur in forma. [*Committimus plenariam &c. uel donec &c.*] in isto est magna diuersitatis: quia si est delegatus simpliciter, tunc censetur subdelegatus in toto. & si ipse subdelegatus incipit uti iurisdictione, non potest a delegato reuocari. c. uenerabili. eodem titul. & c. quamuis eodem titul. lib. 6. † Item si à subdelegato fuerit appellandum, tunc, si est datus, non in totum appellatur ad delegatum datum cum clausula, appellatione remota, & non ad papam ut in cap. cum. R. eodem titul. Et idem si solam executionem sententiæ sibi reseruauit, ut in c. si delegatus in fin. de officio dele. libr. 6. Sed fallit in duobus casibus, in quibus non appellatur ad delegatum, sed ad papam. de quibus in cap. si is cui, & capitul. si a subdelegato eodem titul. libr. 6. † Et quando est unicus delegatus, an possit pluribus subdelegare, not. in capitul. cum. R. eodem titul. alleg.

10 Dicitur in forma [*Mandantes &c.*] quia delegatus potest compellere subdelegatum ad causam suscipiendam, & prædicto. capit. pastoralis eodem. titul. cum similibus nisi constet quòd ex malicia se uelit exonerare, ut dictum est. Item dicitur in forma [*In cuius testimonium &c.*] nam subdelegatio probatur per literas delegati solito sigillo sigillatas.

SVMMARIVM

1. *Citationis iudicis ordinarii forma.*
2. *Ordinarius citando aliquem non tenetur exprimere causam, ex qua competat sibi iurisdictio.*
3. *Citatio quare committatur facienda per alium.*
4. *Peremptoriè, quid significet, & quare in citatione ponatur.*

5 Peremptoriè quis in primò edicto citatus licet appellare non poſſit, distincta tamen tempora ex multis cauſis circunſpectis citatio talis continere debet.

6 Contumacia qua pœna diuerſimode coercenda ueniat.

7 Citatio ſi ad diem certam fiat, & illa dies ſit feriata, an arctet citatum ad comparendum, & quo die.

8 Iudices circunſpecti qualiter ſuas citationes inſtituere debeant, ut omnes euitent errores & difficultates.

9 Citatio ſi fiat die feriato ad comparendum die non feriato, an & quo caſu arctet citatum comparere.

10 Citatio ſi fiat pro certa die, an dies citationis, an uero receptionis computetur in numero dierum expreſſorum.

11 In citatione ſi certa hora non eſt appoſita, tota illa dies cedit citato ante tamen noctis tenebras.

12 Certus locus in citatione delegati apponi debet, ſecus in ordinario.

13 Legitimè quis dicitur comparere per ſe uel per procuratorem.

14 Delegatus quibus caſibus perſonaliter citare poteſt, licet regulariter id non poſſit.

15 Citatio ut faciat litis pendentiam, ne quid innouari poſſit, quæ requirantur.

16 In citatione an cauſa ſit exprimenda, uide remiſſiue.

17 Citari poteſt reus a principio ad totam cauſam, & uide formam ſpecificandorum, & nu. 18.

19 Citatus in quib⁹ cauſis ad ſingulos actus uocari debeat & nu. 20.

21 Citationes qualiter ſignari debent, ut fidem faciant.

22 Citationis exemplum apud acta notarii remanere debet.

CAPITVLVM XIIII.

1 Officialis† Curiæ epiſcopalis leodienſis plebano ſeu rectori eccleſiæ talis ſalutem in domino. uobis in uirtute ſanctæ obedientiæ, firmiter & districtè præcipiendo mandamus, quatenus accedatis quò propter a fuerit accedendum, & talem ad noſtram præſentiam citare curetis. quem & nos citamus peremptorie per præſentes, ut tali die compareat in iudicio coram nobis querimoniis talis finaliter reſponſurus. datum die tali noſtro ſub ſigillo. Talis forma eſt breuis, quia eius iuriſdictio iam eſt radicata & fundata a iure, ex quo eſt iudex ordinarius, proprius & naturalis ipſius citandi. 2 † unde non oportet in citatione exprimere cauſam, ex qua competat ſibi iuriſdictio, ſeu quare habeat iuriſdictionem ſuper eum, ſicut facit delegatus quando recipit reſcriptum apoſtolicum &c. ut in forma præcedenti. 3 † Item talis citatio dirigitur plebano in cuius parrochia degit ipſe citandus, & habet domiciliū, & committitur ſibi citatio facienda; poſſet enim ipſe uocare, ut ad eum ueniret, ſed quia tutius eſt citationem per alium fieri, qui de hoc teſtificetur; quia per citatum poſſet occultari, de quo in ſpe. de citatio. §. iam de citatione uerſicul. & igitur & no. de dolo & contum. c. ulti. Committitur ergo aliis ut citent, ut per eorum relationem conſtet de citatione, ut ibi not. 4 † Item in forma citationis ponitur uerbum peremptorium; dicicitur enim peremptorium, eo quòd diſceptationes perimit. ita dicit. l. & tertium. ff. de iud. & perimit diſceptationes id eſt nō patitur aduerſarium tergiuerſari. de quo per Ioan. Andr. in addi. Specul. in titul. de citat. §. uiſo 5 † Aduertendum eſt quòd in prima citatione non eſt mittendum peremptorium, ut in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudic. in auth. qui ſemel. niſi fieret ex cauſa ut in l. contumacia. ff. de re iudic. debet ergo reus tribus citari edictis, & tunc tertium edictum eſt peremptorium, etiam ſi non exprimatur, ut not. 3. quæſtio. 2. in ſumma. Sed quia ex cauſa poteſt uocari reus unico edicto peremptorio propter diſtantiam uiarum, uel ſi res celeritatem deſiderat, ut in capitul. cum ex literis, de reſtitutio. in integ. & ſic uenit in uſum quòd communiter iudices mittunt niſi una citationem & perempto. nec propter hoc ſolum poteſt appellari, ut dicit Innoc. in alleg. capitul. 2. de dila. ubi dicit quòd ſola peremptoria aſſignatio prima uice facta non eſt cauſa ſufficiens ad appellandum. debet tamen tenere iſtud peremptorium competentia interſticia & interualla temporum. 34. c. q. 3. de illicita. & no. in c. 1. de dila. & quāta temporum interualla continere debet, arbitrabitur iudex ex diſtantia uiarum, negocii, perſonarum, ac temporis, qualitate. ut in capit. cum ex literis, de reſtitutio. in integ. not. in capit. 1. de dila. de quo etiam in Specul. titul. de citat. §. nunc. 6 † Si tamen fierent tres citationes, tunc ſi citatus in primo citationis termino non uenit, reputatur contumax quo ad hoc, & tenetur actori comparenti ad expenſas, ut no. de procur. c. querelā. & in Specul. de expenſis. §. iuxta uer. quæritur. ſed pro contumacia huiuſmodi non inferuntur aliæ pœnæ contumaciæ. quia talis non conſtituitur contumax quo ad hoc, ut poſſet pro tanto excommunicari, uel miſſio contra eum fieri, ut not. in cap. ulti. de dolo & contum. niſi in prima citatione reſponderet ſe non uenturum, quia tunc contumacia eſſet notoria. Si ergo in citatione non eſſet uerbum peremptorium, citatus non comparens non eſſet contumax, nec poſſet excommunicari, nec patietur miſſionem. ſed quando citatio eſt unica peremptoria, licet tres terminos contineat, ſufficit tantum uni parere, & ſolum poſt ultimum erit locus pœnæ, de hoc in ſpe de citatio. §. uiſo. & per Ioan. Andr. in addi. ſpe. de proceſſibus executorum. 7 † Item dicitur in forma ut tali die compareas. ſi ponitur in citatione, compareas feria. 6. uel die mercurii. intelligitur de proxima feria. 6. uel die mercurii per l. eum ff. de uerbor. obligatio. uerſicul. hoc not. in capitul. expoſuit de dila. Si autem dies illa ſit feriata, in quam citatus eſt reus, an arctet eum ad ueniendum ſiue comparendum, dubitatur; hoc poteſt contingere dupliciter, uel ibi exprimitur in citatione, compareas tali die dominico. uel non exprimitur, ſed dicitur compareas. 10. die, & in iſtam diem incidit dies feriata. Innocent. in capit. ulti. de feriis poſt recitationem opinionum, uidetur placere finaliter, quòd licet in citatione exprimatur error dicendo compareas die dominico, uel compareas die. 10. & ille dies in diem dominicum incidit, quòd ſemper tenetur comparere. Ratio quia in citatione duo uidentur mandata, quòd tali die compareat; ſi illa die non debet uel non poteſt, nihilominus uidetur ſibi mandatum ut compareat quanto citius poteſt. Hoſti. tenet contrarium. & cum eo uidetur tenere Richar. de Senis. Ioan. Cald. ubi uidetur dicere, quòd ſi error tacite inſit, tunc remaneat citatio, quia tenuit a principio. unde licet tunc caſus ſuperueniens mandatum ſuſpendat, non tamen ex toto relaxat, & ita ſequenti die tenetur comparere. ſecus ſi error expreſſus eſt, quia tunc negat citationem tenere. 8 † Ad hoc tamen euitandum hodie iudices ſunt cauti in citationibus ſic dicentes. 10. die compareas ſi iuridica fuerit, alioquim proxima die iuriſdica ſequen. unde conſulit Ioan. Andr. in capitul. ulti. de fer. quòd hanc cautelam iudices ſeruent, maxime quia poſſet eſſe quòd apud iudicem non eſſet dies feriatus, & apud citatum eſſet, ut ibi patet per text. quem ſinguli epiſcopi ſeruare debent. & ita ſeruant curiales, & quandoque alii iudices maxime delegati. 9 † An teneat citatio & arctet in caſu conuerſo. ut ſi fiat citatio die feriato, ut citetur reus ad diem non feriatum. ibi etiam not. per docto. ſingulariter Ioan. Andr. uult in nouel, quòd teneat talis citatio. & diſtingit triplicem actum in citatione. primus actus eſt præceptum de citando. ſecundus eſt illius præcepti executio, uidelicet ipſius citati actus. tertius eſt proceſſus inchoatus ex tali citatione. Primus actus ut dicit, non requirit cauſæ cognitionem, & ideò poteſt fieri die feriato, ut in l. 2. C. de feria. Secundus actus eadem ratione ſimiliter poteſt fieri die feriato. Tertius actus eſt quandoque inchoatiuus, iſte cum habeat cauſæ

cogni-

cognitionem, tali die non potest expediri, remittit ad Specul. de citat.§. 1. uersi.item ꝙ citatio, Ioan.de Cald. tenet contrarium & inter alias rationes tenet, quòd citatio est de processu etiam per se & principaliter. ut de probāti. c.quoniam.pro hoc facit quia per talem actum iurisditio perpetuatur.ex quo ergo est actus iudicialis, non debet fieri die feriato, forte hoc tutius, & ita serua-10 tur. ¶ † Quando fit citatio ut 10.die compareat &c.an tunc dies receptionis, seu insinuationis literarum citationis computetur in numero dierum expressorum in citatione, no.Gul.in Spe.de cita.§.uiso.uer.pe. & de dilat.c. 11 1.uer.sed pone.& tenet ꝙ non computetur.† Item in forma citationis non est apposita certa hora, uidelicet compareas die tali, hora scilicet uesperarum uel tertiarum, ex quo non est præfixa certa hora, debet iudex expectare reum ad finem diei usque ad illam horam, quæ incumbit ante noctis tenebras.de offi.dele.c.consuluit.de gratia tamen potest eum expectare in diem sequen. ut ibi. 12 † Item nec de loco fit mentio, quia ordinarius certum habet adiutorium.ut s̄.dixi; secus est de delegato, qui debet certum locum assignare.de rescri.c. cum olim, in fi. 13 † Item dicitur in forma, [*Compareas legitime.*] unde potest comparere per se uel per procuratorem, ut postea pate-14 bit.† & delegatus non potest regulariter quem citare, ut personaliter coram eo compareat. hoc tamen fallit in casibus, de quibus in c.1.de iudi.lib.6. Item dicitur in forma, [*Querimoniis talis responsurus,*] & non exprimitur 15 causa propter quam citatur.† sed per talem citationem non inducitur litis pendentia. ut in clem.2. ut lit.pen. ad hoc, ꝙ citatio faciat litis pendentiam ad effectum ut nihil possit innouari, requiritur ꝙ citatio sit instruens.s. ꝙ per eam constet super quo debeat reus conueniri, ꝙ a competenti iudice sit facta, & ꝙ perueniat ad notitiam 16 citati.ut in cle.1.ut lit.pen. † De hoc tamen, an in citatione sit causa exprimenda, & quare fiat, uide Ioan.And. in addi.Spe.super uerbo.item ꝙ in nulla causa.& ibi uidetur tenere, ꝙ exprimenda sit causa propter rationes, 17 quas ibi adducit.sed communiter non seruatur † Item citatur solum ut respondeat querimoniis actoris in causis, in quibus potest procedi lite non conte.de quibus. s̄. 18 feci mentionē.† Potest tamen reus a principio citari ad totam causam, uidelicet ad procedendum & procedi ad uidendum in tali causa ad omnes & singulos actus incumbentes, seruatis terminis debitis ac consuetis usque ad sentētiam diffinitiuam inclusiue, cum omnibus & singulis actis actitatis, & scripturis, literis, & munimentis, quibus in negocio huiusmodi uti intendit & se iuuare, cum in terminatione ut siue compareat, siue non, nihilominus in causa prædicta, prout iustum fuerit, ipsius citati contumacia seu absentia non obstante, procedemus. & quando talis est causa & eo modo citatur, non opor-19 tet eum postea ad singulos actus de nouo citari.† alias si non est causa priuilegiata in processu, uel si est talis, sed non est citatus isto modo, sed solum querimoniis responsurus, tunc oportet ipsum ad singulos actus uocari. 20 & uidetur dicere Gul.in Spec. de citat §.uiso.† Dicit tamen ibi Ioan.And.ꝙ hoc procedit ubi iudicium est remotum a loco citati, puta a curia, quia esset difficile citationem pro singulis actibus mittere, potest procedi ad examinationem causæ & diffinitionem, si pars non uenerit, aut procurator citabitur ad singulos actus, etiam si in uno non fuerit contumax, de quo plenius per Ioan. An. 21 in addi.Spec.loco alleg.† In fi.citationis ponitur, datū, nec subscribitur testibus.sed sufficit literam citationis esse sigillatam sigillo iudicis, siue sit anteiudicialis, siue de 22 iudiciali; ut no.in c.quoniam de proba.† citationes tamen quæ emanauerunt de curia, rediguntur per tabellionem in publicam formam, & hoc est tutius in arduis maximè coram delegato, & idem decretum citationis & eius forma, cum potest, extenditur, prout uisum fuerit expedire.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius, uel alius, cui committitur citatio facienda, quomodo se habere debeat.*
2 *Citandus est quisque personaliter si inuenitur, uel eius procurator, ultimò ad domum.num.4.*
3 *Citatus semel, si se absentet, tenetur dimittere procuratorem.*
5 *Citatio fit etiam in ecclesia, in cuius parochia degit citandus, cum populus conuenit ad diuina.*
6 *Citendi forma in citatione posita, seruanda est.*
7 *Citans non debet intrare domum citandi eo inuito.*
8 *Citatio ad domum non est facienda, quandiu citandus copiam sui faciat regulariter, & quibus casibus possit.uide remiss.*
9 *Citandi locus quando tuto adiri non potest, quomodo citatio fieri debeat.*
10 *Nuncio referenti se citasse an credatur uel parti iurare uolenti. nume.12.*
11 *Citandi commissio a iudice facta qualiter, & ad quos effectus apud acta notarii scribi debeat.& nume.10.*
13 *Citatio quando committitur per literas, probatur facta eo ipso, quòd remittuntur literæ citationis factæ cum sigillo.*

CAPITVLVM XV.

NVnc uideamus de actu ipsius citationis qualiter ille debet se habere, cui committitur citatio facienda per literas uel uiua uoce, quia debet accedere ad ipsum citandum, & citare secundum ꝙ sibi est 1 iniunctum, si citandus copiam sui facit. † si non potest eum habere personaliter, de hoc protestetur & de dili-2 gentia super hoc facta. † semper enim citandus est quis personaliter si inuenitur, de eo qui mittitur in pos.c. ult. 3 si non inuenit† citetur procurator eius, si quē dimisit quē tenetᷓ dimittere si se absentet, maxime si semel est citatus de procu.c.dilectus.de eo qui mit.in pos.causa rei ser.c. 4 ulti.† si procuratorē non dimisit, tunc fiat citatio ad domum, & requirantur amici, de quo no. in c. causam. de do.& contu.in glo.& in c.ulti.eo.ti.& in c.ult.de eo qui 5 mit.in possef.† Item in ecclesia in cuius parochia degit 6 & moratur, cum populus conuenit ad diuina, † uel si traditur forma certa in citatione, uidelicet ut in tali die & tali loco publicetur, ista est seruāda, ut in l. si diligenter. ff.manda.& in c.dilecta.de rescr. ut in citationibus quæ emanant a curia, in quibus scribitur, si eius copiam habere poteritis, alioquin in domo habitationis suæ, & in ec-7 clesia cathedrali.† non tamen debet citans intrare domum citandi eo inuito, de quo in Spe.ti.de cita.§. sequitur.uer.sed an res.& in clem.causam.de elect.Et dicitur 8 absens, qui est extra prouinciam, ut ibi no.† quandiu ergo quis copiam sui facit, non est citandus ad domum, quia ad citationem ad domum recurritur quasi ad ulti. refugium, ut not.Hosti.de do.& contu.c. causam quæ ni si in casibus, in quibus etiam sufficit prima uice. Et quando locum habeat citatio ad domum, uide plene per In-9 noc.& alios in c.ulti.de do.& contu. † Et quando locus citandi non potest tuto adiri, papa mandat citationem fieri per edictum, de quo de iudi. c.1. in clem. & potest ille, cui committitur citatio facienda, per alium citare, ut tenet Gof.& Host.in c.ulti.de eo qui mit. in posse. licet Abba.teneat contrarium, & debet fieri citatio claris uerbis, imo sufficit denunciari procuratori, si est præsens.ita tenet Innocen.in c.ultimo.de dol. & contuma. 10 † An autem credatur nuncio referenti se citasse, tractat Gul.in Spe.de cita.§.sequitur.uer.sed no. ꝙ creditur, & seq.Et consuluit ibi, ꝙ iudex quilibet maxime delegatus præsente actore & tabellione iniungat nuncio, ꝙ ipse talem reum ex parte sui citet sub tali die, s. ꝙ tali die & loco compareat peremptorie in tali causa coram eo & responsurus &c.datum & actum &c. & tunc ille notarius præceptum iudicis & mandatum nuncio factum redigat in actis, quia dato ꝙ nuncio credatur super actu citationis

tationis per eum facto, non tamen creditur sibi super commissione sibi facta, ut ibi dicit Io.An. in addit. nam Goff. tractando de edicto, si quis in ius uoc. &c. dicit ad 11 hoc ꝙ locus sit huic edicto, sex esse necessaria, † quorum secundum ponit, ꝙ de mandato iudicis facta sit citatio, & hoc ponit propter multos nuncios qui sine mandato uocant interdum. & propter hoc dicit Io. And. in addi. Spe. in loco statim alle. ꝙ reprobatur quod in multis formis seruatur, quòd præceptum de citando nuncio factum non scribitur, sed quando scribitur relatio citationis, dicitur sic. retulit talis nuncius de mandato iudicis citasse talem, scribat ergo notarius in actis quomodo talis iudex constituit talem nuncium suum, & citationes in tali causa faciendas, qui nuncius iurat corporaliter tacto euangelio omnes ambasciatas & citationes in eadé causa sibi per iudicem impositas & imponendas fideliter facere & ferre. Et ibi etiam Ioan. Andr. in addi. Spe. 12 in isto dubio, † an credatur nuncio etiam publico & iurato super citationibus, uel an potius standum sit iuramento partis uolentis iurare se non esse citatam. recitat diuersas opi. quicquid senserit doct. circa hoc & practici. Host. in sum. in rubri. de contu. §. 2. uer. sed quid si absens. tenet finaliter hic relinquendum esse arbitrio iudicis, qui personarum & negocii qualitatem penset, uel credat, uel neganti se citatum iuramentum deferat ad suam innocentiam ostendendam. Et hoc placet Ioan. And. in addi. ubi s. propter graue periculum quod imminet probo uiro eo non citato ex dicto uilis ribaldi. non tamen hoc est sic arbitrarium, sicut illud, de quo in c. consuluit. de offic. delega. de quo non licet querelari. unde si iudex hoc casu male arbitretur, potest per grauatum appellari. quandoque enim uidemus iudices pessimos sicut & 13 nuncios. † Quando uero citatio fit per literas, probatur facta citatio eo ipso, quòd citator remittit literas citationis seu commissionis sibi factæ apponendo ibi suum sigillum. & hoc habet generalis consuetudo. ita no. per Hostien. in c. quoniam, de proba. tamen melius est quòd per literas suas scribat diem & formam citationis factæ. maximè quando fit citatio, ut die. 10. uel 12. compareat.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ecclesiæ uel aliud quomodo citetur.*
2 *Singuli de capitulo citandi sunt ut illi qui cum aliis faciunt capitulum, alias citatio non ualeat, & quare.*

CAPITVLVM XVI.

1 QValiter † autem citari debet capitulum no. in c. bonę, il 1. de electio. quia ipsum capitulum capitulariter congregatum citari debet, si potest reperiri. & si non potest conuocari uel nolunt congregari, & tunc faciat homo quod potest. unde citetur publi- 2 ce in ecclesia, ut ibi dicitur in glo. quæ sic inci. † & sic citentur etiam singuli non tanquam singuli, sed tanquam illi ex quibus constituitur capitulum, & qui unà cum aliis faciunt capitulum, alias citatio non ualeret, quia causa capituli non est causa singulorum, uel econuerso. 12. quæstio. 2. cap. qui manumittitur, & not. in cap. bonæ iam allega.

SVMMARIVM.

1 *Citationis per nuncium factæ relatio qualiter a notario sit scribenda in actis.*
2 *Citationis per literas commissæ relatio qualiter fieri debeat.*
3 *Ordinarius, uel delegatus, uel non ordinarius, an & quibus casibus citare possit extra suam iurisdictionem per nuncios, uel per literas.*
4 *Citatus quibus casibus non arctatur ad ueniendum, nec per consequens incidit in contumaciam. & num. 5.*

CAPITVLVM XVII.

FActa igitur citatione, si fit per nuncium, redeat nuncius ad iudicem referendo sibi in præsentia tabellionis, qualiter, ubi, & quando, & ad quid reum citauit. 1 † & ista nuncii relatio est in actis scribenda, & potest sic scribere notarius, Anno tali, die tali, corá tali iudice in mei notarii præsentia talis nuncius retulit se citasse talem, & personaliter apprehensum & inuentum, uel si non fuerit personaliter apprehensus, retulit se dixisse ꝓcuratori tali uel suæ familiæ, ꝙ tali die & tali hora compareat coram ꝑdicto domino iudice ad procedédum & procedi uidendum in tali causa, quæ uertitur inter ipsum & talem super tali re. uel ad iurandum uel iurari uidendum de calum. uel ad uidendum iurare testes 2 &c. † Ille uero, cui committitur citatio facienda per literas, solet in cedula affixa citationi, uel in ipsa citationis charta a tergo scribere sub hac forma. Ego. N. &c. plebanus &c. cognosco me literas præsentes tali die publicasse & tali intimasse & esse fideliter executum. ipsum citando prout recepi in mandatis, in cuius testimonium sigillum meum præsentibus est appensum. uel sic, Ego rector talis ecclesiæ ꝭm formam pñtis mandati citaui talem tali die iuxta præsentiú literarum continentiam & 3 tenorem, in cuius testimonium &c. ut prius. ¶ † Vtrum autem ordinarius possit citare subditum suum extra iurisditionem suam per nuncios uel per literas, no. in c. romana in §. contrahentes de fo. comp. li. 6. Quia igitur sic citatus per iudicem & de ipsius mandato debet in termino coram ipso iudice comparere. & si non comparet, có tumax reputabitur, & hoc si est suus ordinarius iudex ille, qui citat, uel qui citare facit, siue mandat, uel delegatus; & hoc exprimitur in citatione, ut dictum est, uel etiá si non, ut dictum est, est suus proprius ordinarius, habet tamen alias ordinariam iurisditionem & in citatione exprimitur etiam causa, quæ si uera esset, deberet coram eo respondere. ut quia dixit ipsum contraxisse uel deliquisse in terra, q̃ est de iurisdictione citantis, de quo plene per doc. in c. 2. de dila. alias si non comparet, con- 4 tumax reputatur. † Si uero citatio esset talis ꝙ non arctaret ad ueniendum, nec per consequens inferret contumaciam, sicut est citatio temeraria, quæ non arctat, ut in c. bonæ. il 2. de ele. concor. cle. pastor. de re iu. uer. notorium. ¶ Et multi sunt casus, in quibus citatus uenire nó potest, nec tenetur, de quo in gl. in c. ueniens de acc. per 5 Io. An. & c. sup ea. † Et solet de hoc tradi una generalis litera. in c. 2. de dila. uidelicet ꝙ ubicunque in citatione ponitur aliquid iniustum uel inhonestum, uel tale quod certum est ponere exceptionem dilatoriam iudicis, ut si citatur spoliatus ꝙ respondeat spoliatori in causa ciuili, uel aliter in causa criminali, uel militi alterius negocium procuranti, ex quo talis error exprimitur in citatione, ire non tenetur citatus; & idem si alias est notoriú ꝭm aliquos, de quo est dicendú ut ibi. Aliqui distinguút, quia aut ipso iure deficit iurisditio citantis; tunc citatus, si illud est notorium, uenire non tenetur, nec ualet processus contra eum ope exceptionis, & potest citatus se subtrahere & excipere, alias tenebit processus contra eum, de quo per Io. An. in addi. Spec. de citat. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Contumax quis dicatur.*
2 *Contumacia quid sit.*
3 *Contumaciæ modi qua diuersitate distinguantur.*

CAPITVLVM XVIII.

1 VNde † contumax dicitur ille, qui tribus edictis, uel uno peremptorio citatus non uenit, uel uenit, sed non obedit, uel illicentiatus recedit. ita distinguit Gul. in Spe. de ɔtu. §. 1. sed Host. in sum. sic dif- 2 finiuit. † Contumacia est erga iudicem uel prælatum cómissa

miſſa inobedientia. & dicit commiſſa, quia non ſemper obediendum eſt, de quo de temp.or.c.ad aures.in glo. 2. & c.ſuper ea. 3 † Et diuerſi ſunt modi contumaciæ.de quo in c.2.de do. & contum.in gl. & ſuper ea. in c. quoniam frequenter, ut lit.non conte.in §.1.quia ſi latitat, uel impedit ne citatio ad eum perueniat, uel minus inſtructus comparet, de quo in Spe.de contumacia.§.1.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia quotuplex ſit.*
Contumacia quæ dicatur uera, euidens, manifeſta uel notoria.
2 *Contumacia quæ dicatur uera & præſumpta.*
3 *Contumacia quæ ſit ficta.*
4 *Contumaciæ effectus qui ſequuntur.*
5 *Actor contumax qualiter puniendus, & nu.6.*
7 *Reus contumax qua pœna ſit plectendus.*
8 *Reus ut pronuncietur contumax, qualiter actor inſtare, Iudex ſe habere, & notarius ſcribere, debeat.*
9 *Contumacia actoris compenſanda eſt cum contumacia Rei.*
10 *Reus ſi non comparet, iudice tamen abſente uel impedito, an pro contumace ſit condemnandus.*
11 *Iudex a qua pœna uult poteſt incipere contra contumacem, ita ut una ſit contentus.*
12 *Miſſio in poſſeſſionem qualiter decernenda ſit a iudice in actione reali.*
13 *Miſſus actor in poſſeſſionem ex primo decreto efficitur poſſeſſor, ſed commutabiliter, & quomodo hoc intelligatur.*
14 *Actor miſſus in poſſeſſionem, quam tamen dolo uel potentia Rei adipiſci non poſſit, adhuc iuris diſpoſitione ad effectum præſcriptionis poſſidere uidetur.*
15 *Reus miſſionem paſſus niſi intra annum præſtiterit cautionem, expenſas reſtituerit, actor ex ſolo curſu anni ueruserit poſſeſſor.*
16 *Miſſio in poſſeſſionem qualiter decernatur a iudice in actione perſonali.*
Debitum rei declaratum in libello actoris qualiter probari debeat.
17 *Reus uſque ad quantum tempus audietur ſuper illis rebus, in quas paſſus ſit miſſionem; Et qui effectus inde ſequatur.nu.18.*
19 *Contumaciam ante litem conteſtatam, & poſt, quomodo diuerſimode iudex puniat, & num.20.*
21 *Iudex eccleſiaſticus poteſt imponere mulctam.*

CAPITVLVM XIX.

1 Item † multiplex eſt contumacia.aliqua eſt uera, uel uere quæ alias dicitur euidens, & manifeſta, uel notoria.ut quando citatus reſpondet ſe non uenturũ, nec quòd portabit pedes, & an ſufficit hoc dicere extra iudicium, quia ſi in iudicio hoc diceret, eſſet indubitatũ. Et alia ſeptem dubia circa hic pulchre tractat Io.An.in add.Spe.de contu.§.1. 2 † ſecunda contumacia eſt uera & præſumpta, ut quia apprehenſus eſt & citatus perſonaliter, ſed non uenit in termino.iſta dicitur eſſe uera eo reſpectu quia apprehenſus perſonaliter, præſumpta tamen dicitur quia in non ueniendo poteſt forte excuſari per aliquod impedimentum. 3 † tertia contumacia eſt ficta. ut quia non eſt apprehenſus perſonaliter, ſed citatus ad domum.de quo etiam in cle. 1. de mag. Et ualent iſta ſciri propter ſequentia.& maxime ad iſtud, quia pro contumacia obligatur contumax ad reſtitutionem expenſarum. 4 † ſed qualitas prædicta, uidelicet ſi eſt contumax euidens ſeu notorius, aggrauatur ex tali qualificatione ex duobus ad expenſas; non dico ad reſtituendas, ſed prius reſtituendas antequam abſoluatur.de ſen.exc.c.uenerabilibus.§.ſecus li.6.ſecundò in eo quòd non habet beneficium uelocis reditus uel aduentus coram iudice. de quo per Io.An.in add. Spe.uer.ſ.all. 5 † Si igitur actor eſt contumax punietur.ut in c.actor.de do.& cont.lib.6. quia ſoluet expenſas.& cum hic non admittetur ad aliã citationem, niſi cautionem faciat, ꝙ uelit de cætero comparere. 6 ut ibi † poteſt etiam tunc reo inſtante & docere uolente de iure ſuo procedi ad diffinitiuam ſententiam lit.non conte.de quo in c. cauſam de do.& contu. Et qualiter tunc ſit procedendum.& in quibus citationibus uocandus ſit actor contumax, uide plene per Inn.& alios in c.1.ut lit.non conte. 7 † Sed ſi reus eſt contumax pœnã habet, quia tunc poteſt excommunicari uel miſſio fieri, ſi talis eſt cauſa in qua procedi non poteſt lite non conteſt.ex priuilegio iuris, uel hominis, ut ſ. dixi. de quo in cle. diſpendioſam de iudi. & cle. ſæpe tunc procedi poteſt in principali ad receptionem teſtium, & diffinitiuam ſententiam in pœnam contumaciæ rei. ita tamen quòd reus citetur ad ſingulos actus, de quo ut ſ.dixi, & ſic conſeruatores dati uniuerſitatibus ſtudiorum procedere poſſunt in principali contra contumacem.tamen de ſpeciali mandato principis procedere debent ſimpliciter, & de plano &c. poſſunt tamen ſi uolunt contra reum contumacem procedere, & excommunicare, uel miſſionem, ſicut alius iudex, facere. 8 † Termino igitur citationis adueniente actor compareat per ſe, uel per procuratorem ſuum, ſi talis eſt cauſa, in qua conſtitui poteſt procurator cum literis citationis, & faciat fidem iudici de executione ſeu inſinuatione citationis facta reo per modum, quẽ dixi, accuſando contumaciam, uel abſentiam ipſius citati, petendo eum pronunciari uel reputari contumacem, & contra eum tanquam contra contumacem procedi. C.de iudi.l.properandum.§.& ſi quidem & no. per Gul. in Spe.de conte.in §.ſequitur, & de compari. §. 1. & faciet omnia redigi & ſcribi in actis, de proba.c.quoniam. & iudex pronunciabit ſeu reputabit eum contumacem ſic dicendo. Talem per nos & de mandato noſtro citatũ in die hodierna ad inſtantiam talis ſuper re uel cauſa tali, & ſufficienter expectatum, nec per ſe nec per procuratorem comparentem, nec comparere curantem, ad petitionem & requiſitionem ipſius actoris uel ſui procuratoris comparentis ac petentis oſtendere per nos contumacem reputari, reputamus prout eſt meritò contumacem. & iuxta iſtam formam etiam ſcribat tabellio. Anno domini &c.die tali, hora tali coram tali iudice comparuit talis actor uel talis eius procurator, qui procurator mãdatum procuratorium, cuius tenor inſeritur, produxit unà cũ literis citationis & aliis literis ſigillo talis ſignatis uel inſtrumentis ſuper executione uel intimatione citationis eiuſdem cõfectis, quorũ ſimiliter tenores.ꝫ. continẽtur, & talis citati non comparentis contumaciam accuſauit petens eum per ipſum iudicem pronunciari & reputari contumacem, uel ſibi decerni contra eum literas oportunas; quem diutius expectatum ipſe iudex cõtumacem reputauit, & literas decreuit contra eum oportunas. Nec eſt uis an ſic ſcribat tabellio in perſona ſua, an ſcribat in perſona iudicis iſto modo. Talem non comparentem diutius expectatum reputamus contumacem &c.de hoc de conuer.coniug.c.dudũ.de fi.inſtr.c.1.& 2. & debet actor comparere in termino coram iudice. & contumaciam rei accuſare. 9 † Si uero etiam actor non cõparet, tunc fiet compenſatio actoris cum contumacia Rei, ut no.de do.& cont.c.actor.lib.6. 10 † Si reus non cõparet, & iudex etiam eſt abſens, & impeditus ita ꝙ ſi cõparuiſſet; non fuiſſet proceſſum in cauſa-an reputatur cõtumax, & condemnari debeat in expenſis, eſt glo. no. in c.ulti.de do.& contu.& eſt glo.ulti. 11 † Et poteſt iudex, a qua pęna uult, incipere, uel ab excommunicatione, uel miſſione, ut in c.tuæ & c.quoniam frequenter in fi. ut li. non conte.& ibi no.& debet iudex a principio eſſe contentus alterutra pœna, quæ magis timetur, ut eo. titu. c. quoniam.§.ult.in fi.honeſtum tamen eſſet ut a miſſione inciperet, quia prius recurrendum eſt ad res, quàm ad perſonas, ut ibi no. 12 † Iudex ergo procedendo ad miſſionẽ contra contumacem in actione reali, puta ſuper equo uel fundo decernat actorem eſſe mittendum in poſſeſſionem rei petitæ cauſa cuſtodiæ.& fiet miſſio per hæc uerba.

ba. decernimus, constituimus, uel mittimus, uel iubemus te esse possessorem rei causa custodiæ, & uolumus ꝙ talis noster minister ponat se actualiter in possessionem; & talem ministrum debet dare iudex, ut hoc impleat, & ei referat quando & quomodo factum sit; ita dicit Inno. de eo qui mit. in pos. c. ult. & licet Inn. ponat etiam aliã missionis formam, ista tamen placet Host. & Io. And. in
13 noue. † & ex tali missione ex 1. decr. iudicis actor talis possessor erit rei, sed commutabiliter; quia si reus uenerit coram iudice intra annum, & cautionem præstet de stando iuri, & restituat expensas actori, ipse possessionẽ recuperabit, ut in c. quoniam frequenter. §. in aliis ut li.
14 non conte. † & dato ꝙ actor missus in possessionem, uel propter potentiam, uel propter contumaciam Rei, uel dolum, non possit possessionem corporaliter adipisci, adhuc iuris dispositione uidetur possidere ad effectum præscriptionis annalis, ut in c. cum contingit de do!. &
15 contuma. † Si uero reus non uenerit intra annum præstando cautionem, ut dictum est, & restituendo expensas, actor etiam citra secundum decret. per anni decursum uerus erit possessor secundum communem opi. ut in alle. §. in aliis, & ibi no. de do. & contu. c. contingit. & reus non auditur postea nisi de proprietate illius rei.
16 † Si autem est actio personalis, puta ꝙ agitur circa condictionem ex mutuo, & reus est cõtumax, mittetur actor in possessionem rerum mobilium contumacis, si talia habeat, alioquin in possessionem immobilium pro modo & mensura debiti declarati in libello actoris, quod etiã habet declarare iuramento. Et an hoc sufficiat, uel requiratur probatio per testes, uel instrumenta, tractat Guli. in Spec. de contu. §. sequitur uer. item quod dicitur de offi. iudi. §. ult. ubi per Io. An. in add. Spec. super uerbo ter
17 tio dicendum. & super uerbo. 6. quærendum. † Et usque ad quantum tempus tunc audietur reus super illis rebus, in quas missio facta est, leg. & no. ut lit. non conte. c. quoniam. §. ult. in fi. & ibi in glo. fi. & super ea. quia auditur
18 donec interueniat secundum decre. † An & quando auditur, refert an per secundum decretum sit adiudicata possessio actori, an res sit adiudicata in solutũ est adiudicata possessio, audit, sed actor hẽbit commodum possessionis, donec principale sit finitum; si res iudicata est in solutum, præclusa est uia reo, quia tunc non auditur, &
19 ista habẽt locum in contumacia ante lit. cont. † Quid autem sit in contumacia post lit. cont. contra contumacem non debet iudex multum festinare ad faciendum missio
20 nem, de do. & contu. c. contingit. in prima gl. † punitur etiam contumacia per pignoris captionem & aliis mo-
21 dis, de quo in Spe. de contu. §. ult. † Et ꝙ iudex ecclesiasticus potest imponere mulctam, habetur de pœnis c. licet. no. de do. & contu. c. 1. Et de mulcta ponit Host. specialem rub. in sum. de sent. & re iudi. & de ea tractat Spec. in sum. de proba. §. 2. uer. & quanta.

SVMMARIVM.

1 *Contumax quomodo excommunicatur pro contumacia.*

CAPITVLVM XX.

1 SI autem † iudex uult infligere contumaci pœnã excommunicationis pro contumacia, sic procedat cõtra eum, quia habet eum monere, ꝙ adhuc obediat ꝯparendo. ĩ. certũ terminũ & ꝯtumaciam suã expurget, & si iudex est delegatus, potest scribere sub ista forma.

SVMMARIVM.

1 *Forma monitionis ad expurgandum contumaciam coram iudice delegato subsequente excommunicatione.*

CAPITVLVM XXI.

1 N Decanus † talis ecclesiæ iudex causæ & partium ĩ. scriptarum a se. apo. specialiter delegatus uniuersis & singulis dominis ꝓpositis, decanis, &c. qui pro præsentibus fuerint requisiti, salutem in domino, & mandatis nostris, imo uerius apostolicis firmiter obedire. Nuper auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa citauimus & citari fecimus talẽ, ut tali die pro termino peremptorio sibi assignato compareret in tali loco legitime coram nobis querimoniis talis respõsurus, sed idem citatus in termino huiusmodi sufficiẽter expectatus comparere contempsit, unde prædicto. N. actore uel eius procuratore coram nobis in termino prædicto comparente & prædicti citati non comparentis cõtumaciam accusante & petente ipsum, prout merito nos reputamus, contumacem reputari. & pro contumacia huiusmodi per nos procedi, ipsum reputauimus, prout erat, merito ꝯtumacem, & ꝯ eũ duximus, ꝓut expediẽs fuerit, procedendum; idcirco uobis omnibus & singulis coniunctim & diuisim in uirtute sanctæ obediẽtiæ, & sub pœna excommunicationis, quam in uos & quemlibet uestrum, si mandatum huiusmodi nostrum neglexeritis uel contempseritis adimplere, canonica tamen trium dierũ monitione præmissa, in his scriptis ferimus firmiter & districtè præcipiendo mandantes, quatenus accedatis quò propter ea fuerit accedendum, & memoratum contumacem publice & diligenter moneatis, quem & nos peremptorie præsentibus admonemus, ut ĩ. 12. dies cõtinuos a monitione huiusmodi computandos prædictam suam purgando contumaciam iuri pareat coram nobis, aut cum præfato. N. actore amicabiliter uel in iure se componat, alioquin ipsum pro contumacia huiusmodi excõicamus in Dei nomine in his scriptis, quem sic excommunicatum publice. ĩ. missarum solennia coram ipsa multitudine de ambone nuncietis. diem &c. ut in forma citationis datum &c. diem uestrę excommunicationis &c.

SVMMARIVM.

Excommunicationis formæ declaratio per totum capitulum.

1 *Omnia, quæ in causa fiunt, in actis redigi debent.*

2 *Monitio semper præcedere debet sententiam excommunicationis, & alias censuræ sententias, alias iniustæ sunt, & proferens punitur.*

3 *Appellare debet infra tempus monitionis, uel ante conditionem, qui præmissa monitione, uel sub conditione passus est sententiam, ut eius effectum suspendat.*

4 *Monitio habere debet competentia interualla, & quomodo.*

CAPITVLVM XXII.

IN ista forma ponitur narratio, quomodo reus sit citatus, & non comparuit, & fuit eius contumacia accusata; sed ista uerba, quæ sunt narratiua, non pro-
1 bat. ut in cle. literis, de proba. † ergo oportet, ut de hoc constet per registrum causæ, seu per acta scripta per tabellionem. & ideo dictum est. s. ꝙ omnia redigi debent
2 in actis. † Item in forma mouetur reus ante excommunicationem, quia semper sententiam excommunicationis & etiam alias sententias censuræ præcedere debet monitio, alias ipsa sententia excommunicatonis est iniusta ex ordine, & eam proferens habebit pœnas, de quibus in c.
3 sacro, de sent. exc. † Et quando sic infertur sententia excommunicationis præmissa monitione, uel sub conditione, si monitus putauerit sententiam iniustam seu monitionem per præceptum, debet appellare. ĩ. tempus monitionis, uel ante conditionem, ad hoc ut appellatio suspendat sententiam excommunicationis, de quo in c. præte-
4 rea de app. † Et debet monitio habere temporis interualla competentia, unde aliquando ponitur in monitoriis ut ĩ. 12. dies compareat quorum. 4. pro primo. 4. pro secundo, & reliquos 4. dies pro tertio peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, de quo in c. constitutionem de sen. exc. lib. 6. sufficit tamen sine tali expressione, si alias sit competens terminus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio contra collegium, Vniuersitatem, & Ecclesiam quomodo decernatur.*
2 *Episcopus uel superior quo ordine seruato, sit excommunicandus.*
3 *Clausula, ex nunc prout ex tunc &c. in quibus excommunicationibus sit necessaria, & in quibus non, remissiue.*
4 *Excommunicationis sententia debet ferri in scriptis.*

CAPITVLVM XXIII.

1 SI uero † contra collegium uel uniuersitatem procedendum est, quia uniuersitas uel collegium non potest excommunicari, ut in c. Romana. §. uniuersitatem, de sen. exc. li. 6. tunc debet collegium uel uniuersitas interdici, unde dicitur tunc in forma singulis personis excommunicatis, in capitulum uel conuentum suspensionis, & in ecclesias uel monasteria interdicti sententiam 2 ferimus, uel uniuersitatem ipsam interdicimus. † Si autẽ est episcopus uel superior primò debet suspendi, deinde crescente contumacia interdici, tertiò excommunicari. 3 ut in c. 2. de offi. dele. lib. 6. subiungitur in mandato † ex nunc prout ex tunc; & ex nunc, prout ex nunc. sed hoc non oportet, ut no. in c. præterea. de conces. præbẽ. & in 4 cle. unica. de conces. præben. super uerbo ex nunc. † Item dicitur in forma. quem excommunicamus in his scriptis &c. quia sententia excommunicationis debet ferri in scriptis. c. 1. circa prin. de sen. excom. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Ad aggrauationem quomodo procedatur.*

CAPITVLVM XXIIII.

1 DEinde † si excõmunicatus perseuerat in sua contumacia, iudex procedet ad aggrauationem sententiæ; nam crescente contumacia crescere debet & pœna. ut lit. non contesta. c. quoniam, in fi. & tunc solet scribi sub ista forma.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauationis iudicis delegati forma.*

CAPITVLVM XXV.

1 N Talis † iudex tali rectori &c. salutem in domino. dudum auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa talem citauimus, & citari fecimus in terminum talem ad instantiam talis, & quia in termino huiusmodi comparere contumaciter non curauit, nos in eum pro contumacia huiusmodi tulimus sententiam excommunicationis, & ipsum mandauimus excommunicatum publicè nunciari. Sed quia idem. N. in huiusmodi sua contumacia perdurando prædictam excommunicationis sententiam temerè contemnit, ac damnabiliter in ea persordet, quare cùm crescẽte contumacia merito credere debet & pœna, uobis &c. mandamus quatenus prædictum. N. excommunicatum singulis diebus dominicis & festiuis accensis candelis & extinctis sonantibusque campanis in ecclesiis uestris publice in ambone in missarum solennis coram populo denuncietis, & faciatis tanquam excommunicatum ab omnibus artius euitari. datum & actum &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis iudicis ordinarii forma, cum monitione præuia.*

CAPITVLVM XXVI.

1 SEd † ordinarii iudices breuiter scribunt hoc modo. N. præpositus &c. & officialis tali rectori &c. salutem in domino. Quia talis citatus a nobis. ĩ. certum terminum ad instantiam talis non comparuit, quare uobis mandamus quatenus eum peremptoriè moneatis, ut adhuc. ĩ. 8. dies continuos a receptione pręsentium computandos, se cum pręditio. N. amicabiliter uel in iure cõponat, alioquin ipsum excommunicamus in Dei nomine in his scriptis, quem sic excommunicatum publice de ambone nuncietis. datum, nostro sub sigillo.

SVMMARIVM

1 *Aggrauationis iudicis ordinarii forma.*

CAPITVLVM XXVII.

1 S Præpositus † Et cætera, officialis &c. plebano tali &c. quia talis excommunicatus a nobis pro contumacia &c. ad instantiam talis, huiusmodi sententiã non formidat, quare uobis mandamus quatenus ipsum excommunicatum singulis diebus dominicis accensis candelis & pulsatis campanis publice de ambone nuncietis. datum &c. & si adhuc non curat parere iuri, & petere absolutionem, tunc dirigitur aliud mandatum sub ista forma.

SVMMARIVM

1 *Reaggrauationis forma.*
2 *Excommunicationem minorem incurrunt regulariter participantes excommunicatis.*
3 *Excommunicato participare quæ personæ priuilegio sint tutæ.*
4 *Excommunicationem minorem incurrunt participantes ante iudicis inhibitionem, inhibitio autem quare fiat, uide.*
5 *Excommunicato communicantes non possunt excommunicari maiori excommunicatione, nisi prius nominatim & in specie moneantur.*
6 *Excommunicato adhuc perseuerante in contumacia sua, solet indici cessatio a diuinis, donec fuerit præsens.*

CAPITVLVM XXVIII.

1 S Pręposítus † &c. officialis &c. licet talem dudum excommunicauimus pro contumacia aggrauatione subsecuta ad instantiam &c. ipse tamen huiusmodi sententias temerè sustinet animo indurato, quare uobis mandamus quatenus eum excommunicatum & aggrauatum publice sicut prius nuncietis inhibendo omnibus & singulis uestris parochianis, ne eidem sic excommunicato emendo uendendo sal, aquam, ignem, cibum, uel potum ministrando, uel alias quouis genere communionis prohibitę participent quouis modo contrafacientes minoris sententia excommunicationis, quam per hanc incurrunt, fore ligatos publice nuncietis. Vel sic, alioquin contra ipsos per excommunicationis sententias & alias 2 pœnas, prout expediens fuerit, procedemus. † Et sciendum quod participantes cum excommunicato regulariter incurrunt minorem excommunicationem, cum sit uenia le, de quo in c. sacris, quod metus causa. & ibi plene per 3 Io. And. † Sunt tamen aliquæ personæ priuilegiatæ super communione sic, quod licite cum excommunicato participant. de quibus in c. quoniam multos. 11. q. 3. & in certis casibus ex eis licite per alias personas communicatur, de 4 quibus in c. si uere, de sen. exc. cum concor. † & licet participantes etiam ante iudicis inhibitionem incurrant minorem, tamen inhibitio ista fit ut alii illas pœnas magis timeant. nam plus timeri solet quod specialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur, ar. l. item apud Labeonem.

beonem.§.hoc edictum. ff.de iniur.Item ex hac consurgit contemptus maior, uidelicet quia contra prohibitionem iudicis facit, ut no.in alle.c.sacris† Communicantes 5 tamen excommunicato non possunt propter hoc excómunicari maiori excommunicatione nisi prius nominatim & in specie moneantur iuxta formam & dispositionem.c.constitutionem & c. statuimus & c. statutum, de 6 sen.exc.lib.6. Postea si, nec sic potest contumax a sua cótumacia reuocari, solet indici cessatio a diuinis quandiu fuerit præsens excommunicatus; & istam etiam præcedere debet monitio. quia omnem uindictam præcedere debet monitio. 12.q.2.c. indigne. & tunc scribatur sub ista forma.

SVMMARIVM.

1 *Suspensionis diuinorum forma propter excommunicatum.& n.4.*
2 *Interdictum a diuinis generale non potest fieri pro pecuniario debito.*
3 *Maiores loci moniti sententia, per quam indicitur cessatio a diuinis, puniuntur.*

CAPITVLVM XXIX.

1 SPræpositus † et cætera officialis &c. quamuis talis &c.a nobis sit excommunicationis sententia pro cótumacia ad instantiam talis innodatus diuersis aggrauationibus subsecutis.idem tamen.N.sententias huiusmodi & pœnas contemnens eas temere sustinet, & in eis persordescit animo indurato seu obscurato.unde sua exigente contumacia magis aggrauare compellimur, uel contra ipsum rigidius procedere oportet; idcirco uobis mandamus quatenus proconsules & consules maiores ipsius oppidi tales uel iuratos & potentiores talis loci publice moneatis, ut j.dies 8.prædictum.N.excommunicatum ab eorum consortio participatione & communione eiiciant, eliminent penitus, & excludant, uel quantum in eis est ipsum inducant, ut ad sanctæ matris ecclesiæ gremium redeat, iuri pareat coram nobis, & beneficium absolutionis curet obtinere, alioquin quandiu & quoties idem excommunicatus in ecclesia uestra, uel eius terminis, uel uostro consortio præsens fuerit, morá traxerit, domicilium & mansionem habuerit, cessetis & cessari faciatis ab officio diuinorum, quem sic suspendimus in Dei nomine in his scriptis.datum.† Aduertendú 2 est tamen ꝙ pro pecuniario debito non potest fieri interdictum generale, ut in extrauaganti, prouide, bonifa. 8.& an prædicta cessatio censeatur specialis uel generatis, tractat Io.Cal.in tractatu de censuris ecclesiæ, iuxta 3 fi.† Et in prædicta forma monentur maiores loci, quia ꝑ sententiam huiusmodi, per quam indicitur cessatio, etiá ipsi puniuntur.sed quia principaliter fertur sententia cótra contumacem, ideo etiam ipse deberet prius moneri. ut s.alle.est, tamen prædicta forma in forma ordinariorum frequentatur.sed istæ formæ non sunt ita præcisæ, quia mutantur secundum diuersitatem fori.tamen conueniunt in effectu, & facile est stilum & consuetudinem 4 cuiuslibet fori per practicam sequi. † Solent etiam isti ꝓcessus aggrauatorum dilatari diuersis modis scribendo sic.unde contra ipsum sua contumacia exposcente ad pœnas grauiores procedere nos oportet, ut quem timor Dei a malo non reuocat, coherceat saltem seueritas ecclesiasticæ disciplinæ; de uit.& ho.cle.c. clericos. uel sic. Cum nos dudum talem pro contumacia ad instantiam talis &c.duxerimus uinculo excommunicationis innodandum, ipse tamen contemptis ecclesiæ clauibus tanquam inobedientiæ filius, adhuc in graue salutis animæ suæ præiudicium, & scandalum fidelium, pertinaciter in sua contumacia perseuerat, ideo ne de sua posset contumacia gloriari, & ne facti sui peruersitas alii transeat præsumptori in exemplum, sed potius pœna ipsius sit metus aliorum, igitur &c.& maxime quando ordinarius procedit ad correctionem excessuum, solet scribere illo mó uidelicet. Idcirco ne facilitas ueniæ aliis incentiuú tribuat delinquendi, ut no.in all.c.ut clericorum.uel sic. Item si ea, quæ male usurpantur uel perpetrantur, omittimus, excessus uiam aliis aperimus, ut 21.q.9.c.loci.Vel sic.Quia abscindenda sunt uulnera, quæ fomentorum nó sentiunt disciplinam.72.di.c.plurimos.alias.c.quia.Item ut alii eius exemplo a similibus arceantur. de ui.& hon. cle.c.clericus. Item ne facti peruersitas alii transeat in exemplum.Item ubi maior est culpa, maior exerceri debet & uindicta.de hære. c.excommunicamus. §. credentes.Item ubi magis exceditur, est seuerius uindicandum. Item ut pœna unius sit metus alterius, ut in l. capitaliú. §.famosos.ff.de pœnis.

SVMMARIVM

1 *Contumax quando pro contumacia suspendatur ab officio & beneficio.*
2 *Pœnarum pro contumacia infligendarum alius ordo est, & alius pro crimine.*
3 *Contumacia tanto maior est, quanto a minori re insurgit.*
3 *Contumax quibus casibus reputatur, quamuis compareat.*
5 *Contumacia procuratoris quando noceat domino.*
6 *Excommunicationis sententia antequam pro contumacia procuratoris feratur contra dominum, quid prius seruandum sit.*

CAPITVLVM XXX.

1 POtest † etiam procedi ꝯ contumacem ad suspensionem ab officio & beneficio, & qualis ordo sit seruandus in inflictione pœnarum, not.in c.cum non 2 ab homine, de iud.† quia alius est ordo, quando pœnæ sunt infligendæ pro contumacia, & alius quando pro cri 3 mine.ut ibi no.in gl.ult.& super ea.† & tanto maior est contumacia, quanto a re minori insurgit.ut in eo.c. cum 4 non ab homine.† Item si comparet coram iudice, non tamen uult respondere nulla causa iusta se excusante; uel illicentiatus recedit, reputabitur contumax, ut dixi. s.in descriptione contumaciæ. Item debet citatus tempestiue arripere iter, quia si tarde arripit iter, ex impedimento sibi in uia contingente non excusabitur, ita colligit Abb.in c.cum in ueteri, de elec.& ibi per Io.An.su 5 per pe.gl.† Et si citatus mittit procuratorem & ille non comparet, sed contumax efficitur, propter talem contumaciam procuratoris debet dominus contumax reputari, sed tunc quando dominus eam scit, & non purgat. ut 6 in c.1. de lit.conte.† Et ut sententia excommunicationis pro contumacia procuratoris iuste feratur contra dominum, dat ibi Host.consilium, ꝙ iudex antequam sententiam ferat, significet domino contumaciam procuratoris assignando sibi terminum ad eum purgádum, ne posset prætendere ignorantiam. Et licet non possit dominus excommunicari propter contumaciam procuratoris, ut dictum est.potest tamen contra ipsum missio fieri. uel condemnabitur etiam parti in expensis, ut dicunt Hosti.& Inn.in c.alle.ut lite non conte.sed dominus habet actionem contra procuratorem, de hoc ibi plene.

SVMMARIVM

1 *Excommunicatus petens absolutionem, quid præstare tenetur ut absoluatur.*
2 *Absolutio ab excommunicatione parte non citata an teneat.*
3 *Pars grauata ex absolutione Rei excommunicati an appellare possit, ex quo sua præcedere debuisset satisfactio.*
4 *Excommunicatus pertinaciter in excommunicatione perseuerans per annum, inducit contra se suspicionem hæresis, pro qua iterum excommunicatus, nisi intra alium annum resipiscat, iudicabitur ut hæreticus.*
5 *Citatus impeditus quibus casibus teneatur excusatorem mittere, & quibus non.*
6 *Citato ipsi uel eius procuratori in uia impedito quominus compareere possit, quomodo succuratur contra impedientem.*

CAPITVLVM XXXI.

1 DEinde† si ꝯtumax sic excóicatus ueniat corá iudice. & uelit stare iuri, & petit absolutionem, dét absolui recepta cautione ꝙ iuri pareat, ut in c.

qua

2 qua fronte, de ap.† & ad hoc est pars citanda pro qua lata est sententia excommunicationis. dato tamen ꝙ non noceatur, tenet absolutio, de quo ibi no. & de iud. c. 1. & 3 in Spe. de contumacia. §. fi. uer. sed pone. † dicunt tamen Pet. Abb. & Egidius, ꝙ pars ex hoc grauata poterit appellare, & hoc præcipue quando excommunicatus est ꝓ manifesta culpa, quia tunc debuisset præcedere satisfactio, & recurratur de ista materia ad gl. antep. in c. ex literis, de of. dele. de sim. c. ad aures. de uer. sig. c. ex parte, cum concord. ut lit. non contesta. c. quoniam. §. in aliis.
4 † Sciendum est etiam, ꝙ si excommunicatus staret per annum pertinaciter, ex hoc surgeret cōtra eum præsumptio seu suspicio ꝙ male sentiret de articulis fidei, & sic ista pertinacia annalis perseuerantiæ inducit suspicionem hæresis. & ex tali suspicione, quæ est probabilis, potest excommunicari. & si tunc iterum in tali excommunicatione lata pro suspicione huiusmodi perseueraret ꝑ annū, iudicabitur ut hæreticus, de quo de purg. can. c. inter. de pœni. c. graue. 11. q. 3 c. rursus & c. cuicunque. & c. contumacia, de hære. li. 6. † Si autem citatus propter infirmitatem uel aliam iustam causam impeditur ita, ꝙ uenire non potest ad mandatum iudicis, & causa est ardua, in qua tenetur constituere procuratorem, debet mittere excusatorem, si impedimentum est temporale, & ipse est talis quòd per se in iudicio stare potest, de quo in c. querelam de procu. ibi plene de hoc, si causa est modi-
6 ca, debet mittere procuratorem. † si autem ipse citatus iuit, uel misit procuratorem, & detentus fuit ipse uel ꝓcurator in uia, aut alias impeditus, si ex facto alicuius hoc contigerit, habet actionem contra dolose detinentem seu impedientem, si est soluendo. si non est soluendo, restituitur ex clausula generali. l. alias. ff. ex qui. cau. maio. in integ. resti. l. sed & si. §. ult. de quo in c. literis de rest. in inte. & in c. cum Bertoldus de re iud. per Inno.

SVMMARIVM.

1 *Citatus quomodo se habere debet comparendo coram iudice suo.*
2 *Citatus qua protestatione præmissa comparere debeat coram non suo iudice.*
3 *Clausula, nisi inquantum de iure teneor, quos effectus pariat protestanti contra iudicem citantem, & quantum obsit omittenti eam.*
4 *Reo comparente per procuratorem, actor mandatum ut præsentet, petere debet, & inducias deliberandi super eo.*
5 *Actore per procuratorem comparente reus mandatum petat, & terminum ad impugnandum illud.*
6 *Citatus a delegato uel subdelegato suæ iurisdictionis copiam petere potest & terminum ad opponendum contra rescriptum.*
7 *Petitio qualibet actoris, uel Rei, uel eorum procuratorum debet per notarium causæ scribi in actis.*

CAPITVLVM XXXII.

1 REus† ergo si comparet, tūc licet superbus humiliter, & licet melancolicus hilariter, se dét iudici pñtare, ne iudicē coexasperet, ꝑparere debet in loco 2 ad quē citatus est, uel ubi ꝑ iudicē ius reddi ꝯsueuit.† & si est iudex delegatus, uel alias nō est iudex ꝓprius ordinarius, ipse non statim in eum uel iurisditionem eius cō sentiat, sed præmittat protestationem, ꝙ per talem comparitionem uel actum faciendum coram eo non uelit in ipsum tanquam in suum iudicem competentem, aut in ipsius iurisditionem consentire, nisi inquantum tenetur de 3 iure; de quo in Spe. de compari. §. hoc quoque. † Et aduertat ille, qui protestationem facit, ꝙ illam clausulam uel additionem, [*Nisi inquantum de iure teneor,*] non omittat. unde dicit Inn. in c. cumana, de elec. ꝙ fatuus est, qui comparet coram iudice ordinario uel delegato, & protestatur ꝙ non consensit in eius iurisditionem, quia pót iudex ex hoc eum pronunciare contumacem, de iud. c. 1. de uer. sig. c. ex parte. 1. quia noluit stare iuri, & sic potuit excommunicari, secus si addat in protestatione, [*Nisi* 4 *inquantum de iure debeo,*] secundum eum. † etsi reus comparet per procuratorem, petat actor, ut procurator doceat de mandato, quod ipse ostendere debet & non occultare, de app. c. sæpe, in prin; & si procurator producit mandatum, pars aduersa petat copiam, & inducias deliberandi super eo. & idem est si actor per procuratorem 5 comparet, tunc† reus uel procurator eius petat copiam ipsius & terminum ad impugnandum, si uidebit sibi ex- 6 pedire† Reus etiā uel procurator ipsius, si iudex est delegatus, petat copiam sibi fieri suę delegationis siue iurisdictionis, de of. del. c. cum in iure. petat etiam originale rescripti sibi fieri, uel exhiberi. ut ibi nota. & similiter terminum dari ad dicendum & ad opponendum, si uoluerit, contra rescriptum, & iudex habet illa decernere, alias esset locus appellationi. prout Spe. de hoc tradit formas in tract. de libelli concep. in titu. de appella. in 6. forma. 7 † & ista omnia per partes uel eorum procuratores petita, ac per iudices decreta & admissa, per notarium causæ debent in actis conscribi, & potest sic scribere notarius.

SVMMARIVM.

1 *Forma, qua uti potest notarius in conscribendis comparitionibus & instantiis tam actoris, quàm Rei, et procuratorum, ac iudicis interlocutoriis.*
2 *Procuratorium actoris, uel Rei rescriptum, uel iudicis iurisdictionem potest in termino sibi statuto petens impugnare, quæ tamen opponere possit, uide remissiue.*
3 *Libellum quibus casibus actor teneatur edere reo petenti, et quibus non.*
4 *Protestatio Rei, ꝙ non consentit in iudicem, est utilis in quolibet actu, ne alias consensus præsumatur.*

CAPITVLVM XXXIII.

1 ANno † domini. die tali comparuit coram tali iudice talis clericus uel laycus uel ipsius procurator, qui mandatū procuratorium infrascripti tenoris produxit, & talis ad sui instantiam in diem & horam huiusmodi citati querimoniis ipsius responsurus cō tumaciam accusauit, petens eum reputari contumacem. Ex aduerso comparuit, iudice adhuc per tribunali sedente, talis principalis uel talis eius procurator, & nomine ꝓcuratorio petens rescriptum apostolicum causæ originaliter exiberi, ac eius & procuratorii prædicti copiam ei decerni, & tradi, & competentem terminum, ad dicendum contra rescriptum ac mandatum huiusmodi, si sibi competierit, assignari, cui iudex ipse rescriptum originale exhibuit, ipsiusque mandati petiti sibi copiam fieri decreuit, & talem diem ad impugnandum prædicta pro termino peremptorio assignauit. Vel in persona iudicis sic potest formari. Anno domini &c. comparuit talis corā nobis &c. cui exhibuimus, decreuimus, & assignauimus 2 terminum ut in forma præcedenti.† In termino ergo ad prædicta assignato si actor procuratorem rei, uel si reus procuratorem actoris, uel rescriptum, uel iurisditionem iudicis impugnare potuerit ex aliqua causa, impugnet; & quæ possunt opponi contra rescriptum uel procuratoriū procuratoris, tractat Gul. in Spe. de rescri. c. præsentia. de procu. & de iudi. compe. adi. & si non competit si- 3 bi exceptio contra prædicta,† petat sibi edi libellum, & illum regulariter actor edere tenetur, ut 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. de libel. obl. c. 1. & dico regulariter, quia fallit in casibus, qui ibi notantur. & per hoc reus non cō sentit in iudicem, ut no. in c. inter monasterium. de re iu. & in Spe. de lit. conte. in 4. parte. in §. nunc dicendum. & 4 in cle. sæpe. de uer. sig. † nisi per alium actum talis consensus præsumatur, unde utile est semper de hoc protestari, ꝙ reus non consentit in iudicem, ut no. in d. c. inter monasterium, ut dixi supra.

SVM-

SVMMARIVM

1 *Procuratorii mandatum potest probare etiam per literas constituentis suo sigillo signatas.*

2 *Procuratorem quando quis constituit in literis suis, debent illæ literæ dirigi iudici, uel aduersario.*

3 *Procuratorii forma sub sigillo constituentis.*

CAPITVLVM XXXIIII.

1 IN nomine domini amen &c. Modo consueto.† Not. quòd mandatum procuratorii potest etiam probari per literas constituentis sigillo suo sigillatas. de procu. c. ex insinuatione. de censi. c. sopite. no. in clem. 1. de procu. Et ille est specialis casus, in quo sigillum priuati facit fidem.† 2 Et quando in literis suis constituens dat procuratorem, debent literæ illæ dirigi iudici, uel aduersario. de quo in Spe. de procur. §. ratione autem formæ. uer. 2.† Tunc autem erit ista forma. Honorabili uiro officiali uel iudici tali. talis quicquid poterit seruitii reuerentiæ & honoris in causa seu causis quæ uertitur aut uerti sperantur inter me ex una, & talem ex altera partibus in iudicio coram uobis, modis & formis melioribus & efficatioribus quibus possum & debeo, facio, creo, constituo, & ordino meos ueros & legitimos procuratores &c. ut in forma alia.

SVMMARIVM.

1 *Procurator potest constitui apud acta notarii, & potest constitui clericus, uel laicus.*

2 *Procurator constitutus potest reuocari ante litem contestatam, postea uero non, nisi in casibus, de quibus hic remiss.*

3 *Procurator in qua ætate constitui possit.*

4 *Procurator potest constitui præsens, & absens.*

5 *Clausula, in solidum, ubi plures constituuntur procuratores, quid operetur.*

6 *Clausula, in solidum, quando plures constituuntur procuratores in causa electionum, & aliis causis spiritualibus, nihil operatur.*

7 *Clausula, quòd non sit melior conditio occupantis, &c. quis sit effectus.*

8 *Procurator constitutus ad agendum, & defendendum, ad agendū tantum; & ad agendum & excipiendum, quid exequi possit, & ad quæ teneatur.*

9 *Procurator constitutus ad agendum tantum, condemnari potest actori ad expensas.*

10 *Clausula; ad dandum & recipiendum libellum, litem contest. & similia, quæ sunt de substantia ordinis; an exprimi debeat, & an omissa uitiet.*

11 *Clausula, ad præstandum iuramentum de calumnia, specifice requiritur in procuratorio, & alia etiam requirunt speciale mandatum, de quibus hic remissiue.*

12 *Procurator ad lites constitutus tenetur appellare ab interlocutoria uel diffinitiua, quamuis hoc in mandato non esset expressum, ulterius tamen prosequi non tenetur, nec potest.*

13 *Procurator substituere alium nō potest ante litem contest. nisi habeat in mandatis, postea uero potest etiam si non contineatur in mandato.*

14 *Procurator substitutum reuocare non potest, nisi habeat hanc potestatem a constituente.*

15 *Clausula, & generaliter omnia & singula &c. non operatur, ut procurator ea exercere possit, quæ requirunt speciale mandatum.*

16 *Clausula, promisitq; ipse constituens &c. debet contineri in mandato actoris, qui procuratorem constituit.*

17 *Clausula, iudicio sisti, iudicatum solui &c. pertinet ad reum, & quare.*

18 *Clausula, quicquid per ipsos procuratores factum fuerit. quid operatur.*

19 *Procurator, qui scienter sine protestatione recipit literas procurationis, in quibus constituens cauit pro eo, cogitur constituentem defendere.*

20 *Procurator generaliter ad omnes causas, coramque quibuscunq; iudicibus constitui potest, ad unam causam tantum, & ad certos actus solum, & in rem propriam, & alias multifariam.*

21 *Procurator simpliciter constitutus, si dominus causam tractet, censetur reuocatus, nisi secus protestetur.*

22 *Coniuncta persona uel consors quomodo pro coniuncto uel consorte interueniente possit in iudicio.*

23 *Consors eiusdem litis uel coniuncta persona, qui dicantur.*

24 *Tutor uel curator sine cautione in iudicio sistunt.*

25 *Syndicus, œconomus, defensor, orphanotrophus, castaldus, & c. in nomine tantum differunt, est tamen uis quomodo constituantur, quique hi sint, unde remissiue.*

CAPITVLVM XXXV.

1 ET constituitur† etiam pocuratorium apud acta. & potest cōstitui procurator clericus, uel laicus. ut in c. 1. de procur. 1. responso li. 6.† 2 & procurator constitutus potest ante lit. conte. libere reuocari; postea non licet, nisi in casibus de quibus in c. 2. de ꝓc. li. 6.† 3 Et in qua ætate possit cōstitui. habetur in c. qui generaliter. e. ti. li. 6. Itē & absens† 4 præsens potest constitui. e. ti. c. licet, li. 6.† 5 Item in forma mandati ponitur clausula, [*In solidum.*] vnde sine tali causula pluribus procuratoribus 6 constitutis, unus sine altero non esset admittendus,† nisi in causa electionum, & in aliis causis spiritualibus, ubi iudex potest idoneiorem eligere. ut in c. si duo, de proc. 7 li. 6.† Subditur clausula, [*Quòd non sit melior conditio occupantis &c.*] quis sit istius clausulæ effectus, habetur in c. si 8 duo iam alle. ibi de hoc. † Et ut habetur in forma, tunc constituitur procurator ad agendum & defendendum. unde si actor constituit procuratorem solúm ad agendū & non ad defendendum, procurator talis defendere cogitur uel saltem satisdare. ut dicitur & no. de proc. c. qui ad agendum li. 6. in gl. & in Spe. eo. §. uer. item oppo. ualet tamen, si dicat ad agendum & ad excipiendum, cum excipere sit defendere, ut no. in c. imperatorum, de 9 iura. cal.† Item si reus constituerit ad agendum tantum, condemnandus esset actori ad expensas, de ꝓcu. c. const. 10 †Item dicitur, [*Ad dandum, & recipiendum libellum, litem contestandam, & similia,*] quæ sunt de substantia ordinis iudiciarii, potissime exprimi debent. si tamen aliquorū talium non esset facta specificatio, per hoc non uiciaretur, ex quo dicitur primo ad agendum & defendendum, 11 est tamē illa exprimere cautum. & ita seruatur. ¶ † Item dicitur in forma, [*Ad præstandum iuramentum de calumn. &c.*] & nisi hoc exprimeretur non admitteretur ad huiusmodi iuramentum præstandum. de iura. cal. c. ulti. lib. 6. Sunt ergo aliqui actus, pro quorum exercitio procurare in fiendo requiritur speciale mandatum. qui enume- 12 rantur in c. qui ad agendum de procu. li. 6.† Item dicitur in forma, [*Ab interlocutoria uel diffinitiua appellandum,*] hoc posset, imo tenetur procurator, etiam si non esset expressum, quia tenetur appellare uel significare hoc domino, ꝙ appellet si uelit, non tamen tenetur prosequi appellationē, nec potest, nisi contineatur hoc in mandato. 13 † Item dicitur in forma, [*Alium uel alios substinendum,*] hoc non potest procurator ante li. conte. nisi habeat specialiter in mandatis. postea potest etiam si non contineatur in mandato, ut in c. 1. de procu. secundo responso li. 14 6. de qua ibi.† Datur etiam in forma potestas substitutum reuocandi, alias sine tali clausula uel potestate tradita non potest substitutum reuocare, ut in c. 3. de procu. 15 li. 6.† Item subditur clausula. [*Et generaliter omnia & singula &c.*] per istam clausulam quamuis generalē, ex uerbo generalitatis huiusmodi non potest illa, quæ requirunt speciale mandatum, exercere, de quo in c. qui ad 16 agendum de procurat. lib. 6.† [*Promisitque ipse constituens &c.*] hoc debet contineri in mandato actoris, qui consti- 17 tuit procuratorem.† & clausula quæ sequitur. s. [*Iudicio sisti, iudicatum solui &c.*] pertinet ad reum qui habet cauere pro suo procuratore pro iudicato soluendo & iudicio sistendo, de quo de ꝓcu. c. mandato, sed utrūque ponitur in mandatis, quia uterque constituit ad agendum, 18 & defendendum. † Et dicitur, [*Quicquid per ipsos procuratores factum fuerit,*] nam si diceretur, quicquid per

cos

eos legitimè factum fuerit, nō ualeret, quia etiā quod dolosè fecit procurator, ualet, & nocet domino suo, ut in l. si procurator. ff. de dolo. not. ut lit. conte. c. 1. de quo per Io. And. in c. relaxatio. 22. q. 1. & per Ioan. And. in c. fin. 19 de dila. in nouella. & not. in clemen. 1. de procur. ¶ † Et sciendum, quòd ille qui scienter & sine protestatione recipit instrumentum uel literas suæ procurationis, in quibus constituens cauet pro ipso super inclusis in mandato, cogitur constituentem defendere, ut d. clemen. 1. de 20 procu. † Et aliquando constituitur quis procurator ad omnes causas generaliter, & coram quibuscunque iudicibus, uel iudiciis, de procu. c. petitio. eod. tit. c. qui generaliter lib. 6. Aliquando ad certam causam coram certo iudice. Aliquando mandatum limitatur ad certos actus tantum, sicut placet constituenti. Item constituitur procurator ad iudicia, ut iam uisum est; etiam quandoque ad negocia, & ad iudicia, quandoque simpliciter, quandoque in rem propriam, & sub certa forma quotiens 21 constituentem abesse contingat. † & si simpliciter constitutus est, si tunc dominus postea per se in eadem cōparet, ut causam tractet, censetur procuratorem reuocare, nisi protestetur; de quo in c. penulti. de procura. lib. 6. 22 † Interueniunt quęque aliæ personæ in iudicio nomine alieno, uidelicet nomine actoris, uel rei, & quandoque sine mandato cum cautione tamen de rato, ut coniuncta 23. persona, uel consors eiusdem litis. † Et quæ censeatur coniuncta persona not. de rescript. c. nonnulli in fi. cum 24 remissionibus. † aliquando sine cautione, ut tutor, uel 25 curator. † Et quomodo ille qui procurat causam collegij dicitur syndicus, uel œconomus, & quid sit œconomus, uel defensor, orphanotrophus, castaldus, &c. ponit Guliel. in Spec. in parte prima in rubro, de his qui alieno. in iudicio interueniunt, & in rub. seq. & non est uis in nomine, an uocetur quis procurator, defensor, uel syndicus, ut in cap. petitio, de procur. sed bene est uis in modo constituendi, quia quantum ad hoc bene curatur, de quo per Inno. in c. Imperatorum, & in c. cum causam, de iura. calum. & debet esse procurator instructus, ut dicam tempore suo. Et quia ut dictum est, si non impugnatur per Reum iurisditio iudicis, uel procuratorium actoris, nec aliquid opponit reus, uel opponere poterit contra citationem, uel aliam positionem, sed uidet se destitutum exceptionibus, quæ possent opponi ante libel. obla. uel si competant sibi aliquæ exceptiones, vult tamen eas reseruare; & an hoc possit, & tutum sit, dicam loco suo circa materiam exceptionum dilatoriarum.

SVMMARIVM.

1 *Libellum reus si non petat, iudex ex officio suo eum sibi dari faciet, & quare.*
2 *Iudex quomodo & quando possit facere præceptum reo, ut soluat, citra litis contestationem, & sententiam diffinitiuam.*
3 *Libellus si oblatus sit, quamuis inde sequeretur confessio rei, sententia tamen diffinitiua sequi debet.*
4 *Libellus propter actorem, iudicem, & reum offertur, & quare.*

CAPITVLVM XXXVI.

1 POst hæc † petat libellum reus quem actor tenetur offerre de libel. obla. c. 1. imo si ab eo non petatur, iudex ex officio suo faciet eum dari, ut ibi. & ibi est casus in quo supplere potest defectum, contra ea quæ habentur in c. bonæ, de postu. præla. ratio est, ne sibi illu- 2 datur, quia aliter sibi iudicium non ualeret. † potest tamen iudex ante libelli oblationem, dationem facere, & iure factum proponi uerbo per actorem uel suum procuratorem, de iudi. c. pastoralis, & eo audito statim Reum interrogare super eo, & si reus confitetur, iudex præcipiet ei, quòd satisfaciat, & per talem confessionem non fit lit. conte. ex quo datio libelli non præcesit. ita dicit no. Ber. in c. dudum. 2. de elec. in glo. quæ incipit, sed po- 3 ne, quòd Reus. † non enim tunc fertur sententia diffinitiua, sed fit præceptum Reo, ut soluat debitum infra certum tempus, secus si esset libellus oblatus, & subsequeretur cōfessio, tunc deberet ferri sententia, & ita seruatur; & istam consuetudinem commendat Guli. in Spe. de libel. obl. quia per eam possent lites minui, quod semper 4 fieri debet, de do. & contu. c. fi. † offertur libellus propter actorem, propter iudicem, & reum. Propter actorem, ut ius suum declaretur; propter reum, ut sciat an cedere uelit, uel contendere. propter iudicem, ut sciat qualiter debet ferre sententiam, quæ secundùm petitionem in libello ferenda est, de symo. c. licet heli. ita not. in c. 1. de libel. obla.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quid continere debeat, & nu. 2.*
3 *Libellus debet esse sine obscuritate, & nimia generalitate.*

CAPITVLVM XXXVII.

1 ET debet † continere libellus nomen actoris, Rei, iudicis, & causam implicantem factum & inferentem conclusiuā petitionem; vnde dicit Io. de Lig. quòd libellus est syllogismus iuristarum. Et dicit Host. quòd licet libellus multa debeat continere, sufficit tamē de consuetudine approbata, quòd appareat in libello, 2 quis petat, a quo, quid, qualiter, & coram quo. † vnde uersus, Quis, quid, coram quo iudice petat, & a quo, Recte 3 compositus quisque libellus habet. † Et debet libellus ista continere clare, quia debet esse sine omni obscuritate. unde caueat aduocatus formando libellum de nimia generalitate, ita quòd non ponat ibi, uel, &c. de quo de emp. & uendi. c. 1. item non ponat dictionem, si, cum sit conditionalis incerta. item caueat a uerbo duplici prægnati & amphibologico. & ab omni dubio & obscuro. Item debet libellus esse breuis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quid sit.*
2 *Libellus debet esse breuis, & quare.*
3 *Petitio in actis scribi debet in causis, in quibus dicitur non esse necessarius.*
4 *Libellus & petitio quomodo differant.*
5 *Libellus in omni causa & quæstione, & in quacunque actione est offerendus, nisi ius disponat non esse dandum.*
6 *Libellus in quibus casibus non detur, uide remissiue.*

CAPITVLVM XXXVIII.

1 ESt enim † libellus in proposito, breuis scriptura intentionem actoris continens, contra aduersarium necessariò inferens, & concludens, ut notan 2 ter dicit. l. ampliorem. §. 1. C. de appel. † Caueant libellorum dictatores uerbosis assertionibus uti, sed ea solum scribant, quæ compendiosa narratione possunt causas explicare. vnde dicitur libellus diminutiuum a libro propter sui breuitatem. ut Guli. in Specu. de libel. conce. §. 1. in prin. sicut codicillus a codice, potest etiam dici libellus a libra, qua ponderatur iustitia, sicut dicit 3 Gof. † quòd autem dicitur, quòd in quibusdam causis nō sit necessarius libellus, petitio tamen in actis debet scri- 4 bi. ut in cle. sæpe. de uer. sig. † In quo ergo differt libellus, & petitio? cum etiam petitio continere debeat intentionis actoris, & sit clara, & certa, & talis, quòd concludat necessariò intentionem adeo, ut sm eum snia certa ferri possit, alias non esset apta. dicendum q in hoc, qa in libello cōponendo seruanda est forma, sed illa quæ formā

respiciunt, omittuntur in petitione; vnde ipsa debet esse simplex ad modum memorialis, & in hoc alleuiatur
5 actor. ita dicit Pau. in alle. cle. sæpe, † & in omni causa & quæstione, siue ciuili, siue criminali, libellus est offerendus, siue actio sit personalis, siue realis, siue mixta. Itē & in officio iudicis, quod loco actionis proponitur. vnde in omni causa dabitur, nisi ius dicat ipsum, uel disponat, non esse dandum; de quo plenè in c. 1. de libel. obla. & in Spe. de libel. conce. in 4. parte, & ibi de materia. eo.
6 ti. §. nunc dicendum. † not. casus in quibus non datur libellus, ut in cle. sæpe. de uerb. signifi. in glo. super uerbo necessario in fi.

SVMMARIVM.

1 *Actionum omnium de mundo duo esse membra, licet tertium quidam addere uoluerunt.*
2 *Actiones mistæ quando personalium, & quando realium naturam sequantur.*
3 *Actiones reales quæ sint.*
4 *Res corporales quomodo triplici distinguantur differentia.*
5 *Rei uendicatio pro quibus rebus competat, & quando.*
6 *Incorporales res qua actione petantur.*
7 *Obligatio personalis quot modis oriatur, uide etiam per exēpla.*
8 *Actio unde oriatur, & quid ex ea fit.*
9 *Actionum quænam uniuersales, quæ generales, & quæ particulares.*
10 *Libellus iuxta cuiusque actionis qualitatem est diuersimode formandus.*

CAPITVLVM XXXIX.

1 ADuertendum est, † quòd omnium actionum de mundo duo sunt membra, quia aliæ sunt reales, & aliæ personales, ut Insti. de acti. §. omnium, ut lit. non cont. c. quoniā. §. in aliis. Quidam tamen his duobus membris uolunt addere tertium. actionum aliæ sunt in rem, aliæ in personam, aliæ mixtæ, ut sunt fa. erc. communi diuidun. fin. reg. ut insti. de actio. §. quædam. Sed dicendum est, ꝙ sunt duo membra. & illud tertium continetur sub primo, s. in rem, & hoc quando agitur ad reales præstationes, uel sub secundo quando agitur in personā, & ad personales præstationes. ut not. in iure statim alle.
2 † In quantum ergo actiones mixtæ dantur ad res, sequentur rem, in quantum ad personales, sequentur personam.
3 & naturam personalem. † Reales actiones sunt quæ rem committantur. vnde sciendum est, ꝙ rerum aliæ sunt cor
4 porales, aliæ incorporales. † Res corporales sunt in triplici differētia, quia quędam sunt immobiles, ut fundus, uel prædium. aliæ mobiles, ut liber, uestis. aliæ sunt se mouentes, ut equus, quæ tamen nomine mobilium continē
5 tur. † Pro istis rebus corporalibus cōpetit actio realis, s. rei uendi. vt quando ego ago contra aliquem, qui nō est mihi aliquo modo obligatus, neque ex contractu, neque ex delicto, neque ex quasi delicto, sed quia possidet rem meam mobilem, uel immobilem, uel se mouentem; ideo
6 ad istam rem competit mihi actio contra eum. † Pro incorporalibus competit etiam actio realis, sed non rei uēdicatio; quia incorporalia non possidentur, sed quasi possidentur. vnde competit pro eis confessoria, de quo de iu
7 di. c. examinata. de uer. sig. c. abba. † Personales actiones sunt, quæ cōmittantur personam, & dicunt obligatā personam; & ista obligatio surgit, & inducitur quatuor modis. Causatur. n. ex contractu, uel quasi contractu, & ex delicto, uel quasi delicto, ut inst. de obl. §. sequens, cum rubricis specialibus sequentibus, & no. de rescri. c. dispendiosam, lib. 6. Exemplum de obli. quæ nascitur ex contractu, sicut in contractibus mutui, uenditionis, locationis, & in uerborū, & literarum obligationibus. De quasi ꝯtractu exemplum, ut in actio. neg. gest. tutelæ, & si. Exemplū de delicto, ut in actione furti, damni dati, rapinæ, & iniuriarum. De quasi delicto, ut in iudice malè iudicante, &
8 in proiiciente de cœnaculo quod nocuit. † Ex istis nascitur obligatio, ex obligatione actio. vnde contractus, uel quasi, delictum, uel quasi, est mater obligationis. obligatio ulterius est mater actionis, & sic talis actio est filia obligationis, & neptis ad ꝯctum; sic ergo auia est ꝯctus, obligatio filia, & actio neptis; & obligatio est ius, ꝑꝑ qđ est actio, & actio ꝑꝑ qđ fit prosecutio litis; de quo insti.
9 de actio. in prin. † Actionum aliæ sunt uniuersales, aliæ generales, & aliæ particulares, seu singulares. Actio uniuersalis est, quando unum ius deducitur in iudicium, cui subiiciuntur particularia supposita. vnde quatuor sunt actiones, quæ competunt pro hæreditate, quia hæreditas complectitur uniuersum ius defuncti, ut l. hæreditas. ff. de uerbo. signi. ita dicit Inno. in c. conquerente, de offi. ordi. & sunt illæ petitiones fami. ercis. &c. Actio ex testamento competit pro hæreditate ex trebellianica restituenda, & actio exempto competit, quando tota hæreditas emitur. Actio generalis est, quando generaliter pro pluribus suppositis agitur, ut est actio tutelæ, neg. gest. & similes. Actio singularis est, quando pro aliqua re, uel aliquibus rebus singularibus actio dirigitur, de quo etiam
10 de libel. obla. c. 2. & in Spe. de actio. & petitio. c. 2. † secundum naturam & qualitatem actionum debet formari libellus, & aliter specificatio fit in una quàm in alia, qualis ergo specificatio in qualibet ipsarum exigitur, patet in sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Forma libelli in actione reali.*

CAPITVLVM XL.

1 LIbellus † ergo in actione reali sic constituitur. Coram uobis honorabili uiro domino decano ecclesiæ sanctæ Mariæ talis diœcesis iudice causæ, & partium infrascriptarum a sed. Aposto. specialiter delegato. Vel si est ordinarius. Coram uobis honorabili uiro Domino Episcopo, uel Archiepiscopo, uel officiali &c. proponit talis procurator & procuratorio nomine. A. talis clerici uel laici talis diœcesis conquerendo in iure aduersus. B. talem clericum uel laicum talis diœcesis, & quemcunque aliū in iudicio pro eo legitime interuenientem, & dicit, quòd licet fundus & campus &c. in tali oppido talis diœcesis situs, cuius confines inferius conscribuntur, ad memoratum A. pertinerent & pertineant; tamen prædictus B. eundem fundum per tot annos detinuit & occupauit, prout detinet & occupat; fructusq;, qui ex eo pro tempore huiusmodi peruenerūt, recepit, & sibi imbursauit, ac prouenientes recipit & imbursat, & huiusmodi fundum deoccupare, & prædicto A. liberum & uacuum dimittere & assignare, seu restituere cum fructibus, ut præmittitur, inde perceptis, cōtradicit in periculum animæ suæ. Quare agit & petit procurator prædictus præfato nomine, quatenus cognito quantum sufficit de præmissis, pronuncietis, decernatis, & declaretis supradictum fundum ad A. antedictum pertinuisse, ac pertinere; prædictumque B. eum indebitè, ac illicitè occupasse, ac occupare, ac ipsum fundum eidem A. adiudicandum fore, & adiudicetis; prædictumque B. ut fundum huiusmodi A. liberum & uacuum dimittat, restituat, & assignet, & fructus, ut præfertur, perceptos uel eorum ualorem, quem ad tot libras denariorum pro singulis annis æstimat, uestra tū & aliorum quorū interest æstimatione salua, tradat seu persoluat, condemnandū, & compellendum, etiā ac condemnatis & cōpellatis per uestram diffinitiuā sniam, censuram ecclesiasticam, & alia remedia oportuna; & hæc petit coniunctim & diuisim unà cum expensis, actis, uel factis, ac fructibus tempore litis percipiendis. Ad probationem necessariam, & non ultra

ultra se astringens. Saluo nihilo. iure addendi, minuendi, corrigendi &cæt. ut moris est. Confines uero sunt tales &c.

SVMMARIVM.

Declaratio formæ libelli.

1 *Rei uendicatio a quibus principiis causetur.*
2 *Rei uendicatio an competat ratione detentionis.*
3 *Rei uendicatio an sit formanda ex parte Rei.*
4 *Rei in libello petitæ qualitates, quæ exprimenda sint. & nu. 5.*
6 *Clausula, pertinet iure dominii, uel quasi, an adeo necessaria sit in libello, ut sine ea non admittatur.*
7 *Causa petendi in actione reali non requiritur necessario in libello, an tamen tutius sit exprimere, uide.*
8 *Possessorium quandiu quis intentare potest, non agat petitorio, & quare.*
9 *Publicianam intentare, quare tutius sit.*
10 *Clausula, Quæ res detinetur, si in libello non est expressa, an reus sit absoluendus.*
11 *Clausula conclusionis in libello; petit adiudicari, uel declarari; quibus actionibus diversimodè conueniat.*
12 *Restitui, uerbum in conclusione positum, & ad petitorium & ad possessorium pertinet.*
13 *Fructuum petitio quomodo sit intelligenda.*
14 *Expensarum petitio, & condemnatio, quomodo sit facienda.*
15 *Aduocatus circunspectus quæ tria in libelli conceptione aduertere debeat.*
16 *Actionis nomen in libello necessariò non exprimitur.*
17 *Dies porrecti libelli pars non tenetur scribere, sed notarius.*

CAPITVLVM XLI.

1 DEclaratio materiæ † huius libelli, & circa ipsius formam multa subtilia & difficilia a doctoribus solent tractari, & magna est quæstio legistarum a quibus principiis causetur rei uendi. sed dicitur communiter, quòd a dominio actoris & possessione rei. † Et 2 an possidenti, & detinenti ratione detentionis competat rei uen. not. per Ioan. And. in additio. Spec. de cessi. act. §. 1. Not. etiam per doc. Mo. in c. examinata, de iud. 3 † Item an rei uendicatio est formanda ex parte Rei, quia ex possess. iudex potest ad actum supponere reum obligatum, de quo per Specu. de act. & peti. §. 2. uer. sed quam uocas. plenius per Cyn. de ista materia. C. de ali. mu. iu. 4 ca. fa. l. unica. † Item sciendum, quòd circa præsentem declarationem libelli aliqua occurrunt, vnde primò in actione reali exprimenda est res, quæ petitur in libello. de libelli obla. c. 2. & etiam eius qualitas, ut cum petitur terra, debet exprimi an sit aratoria, uel uineata; si autem petitur materia insignata puta massa, dicat qualitatem, videlicet an sit aurum, uel argentum, & etiam exprimat pondus. si sit signata, exprimat numerum, de quo ibi plene per Hostien. & Ioan. And. de quo etiam qualis debet fieri specificatio in Spec. de lit. contesta. §. iuxta uer. 5 item. † Item non ualet in actione reali, si fundus uel prædium habet proprium nomen, & non exprimitur, & duo fundi prope uel maxime uicini. debet enim res designari per confinia, & si necesse fuerit, subiici oculis iudicis, 6 uel aduersarij, ut ibi no. † Item dicitur in libello, quòd licet fundus ad A. pertinuit, & pertineat, & non addendo pertinet, an sufficit. not. de causa pos. & proprie. cap. cum ecclesia in glo. de restit. spolia. c. cum ad sedem in 3. glo. Item potest addi in libello pertinuerit iure dominij, uel quasi, ut in c. ab. sanè, de re iudi. lib. 6. & quidam dicunt alias libellum non esse admittendum, cum uerbum, pertinere, latam habet significationem, ut in l. pertinere, ff. de uerb. sign. not. in c. cum ecclesia de causa pos. & proprie. in §. sequitur uidere. uer. aliæ sunt reales, admittit talem libellum per c. inter dilectos, de fid. instru. cum simi. & dicit ibi Ioan. An d. in additio. quòd communiter libellarij cum admittunt. † & in hoc libello non 7 exprimitur causa petendi, quia hoc non oportet in reali. potest tamen si vult causam exprimere, de re iud. cap. abbate. lib. 6. Et an tutius sit causam exprimere, an non, no. de libel. obl. c. 2. de or. cogn. cap. fi. per Io. And. nam tutius est uno respectu causam exprimere, quia si ex illa causa agens succumbat, potest eandem rem petere ex alia causa, nec obstabit exceptio rei iudicatæ; quia licet ratione dominij fiat condemnatio, non tamen generaliter sumpti, sed ad causam expressam licet remotam, de causa possess. cap. fi. unde dicit Io. Cal. contra Cy. & Pet. in c. 2. de libel. obla. secus si nullam causam expressit, quia tunc uidetur ius suum in iudicium deduxisse; vnde succũbens præterea non auditur. sed alio respectu tutius est non exprimere causam certam, de quo in c. abbate sane, 8 de re iu. lib. 6. ubi de hoc. ¶ † Quid iuris si causæ, quæ erant in prin. deseruntur penden. lit. uel non erant a principio, sed superuenerunt, an ex causa huiusmodi debet fieri condemnatio uel absolutio; & licet sint multi modi acquirendi dominium, ut instit. de re. diui. §. singulorum, & ff. de acqui. rer. do. per totum, tamen multum est difficilis eius probatio, ut l. cum res. C. de proba. unde dato quòd nullam causam exprimat actor in libello in actione reali, adhuc tamen, ut debeat obtinere, oportet constare per confessionem, uel probationem de aliquo, an causa sufficiat ad dominium rei acquirẽdum & transferendum. pro tanto est consilium legis, quòd quandiu quis potest intentare possessorium, non agit de proprietate, ut in l. is. ff. de rei uendi. & sequente. vide hæc in c. ecclesiæ, de cau. pos. & proprie. & etiam in Spe. de act. & peti. §. sequitur, uer. si autem. Vel uideamus exemplum, quomodo difficilis est probatio dominij, quia si ex causa emptionis dicatur quis dominus alicuius rei, oportet concurrere primum, quòd contractus præcesserit. Secundò, quòd precium numeretur, uel fides de eo habeatur, uel alias satisfaciat. Tertiò, quòd traditio rei sequatur. Quartò, quòd uenditor fuerit dominus. Ista ergo omnia probari debent, quod difficile est, de quo in Spec. in lo- 9 co præalle. † Potest tamen quis intentare publicianam, in qua leuiores sunt probationes, quia non est necesse probare uenditorem fuisse dominum, quia publiciana competit ex causa excommunicationis, uel cuiuslibet alterius iusti tituli rem bona fide ab aliquo acceptam, credens eum dominum fuisse, licet in ueritate non esset; de quo Spe. de cau. pos. in rub. de proprietate. §. nunc dicen 10 dum, & in c. abbate sanè de re iu. li. 6. † Item dicitur in libello, [*Quæ res detinetur*] si hoc in libello non esset expressum, an in fine litis reus esset absoluendus. Gof. tenet ꝙ non, & reprehendit iudicem qui hoc facit; & distinguit, quia aut possidet, aut non; si possidet est condemnandus, si non possidet adhuc, quia se liti obtulit, condemnandus est, ac si possideret. illud dictum Gof. ponit Ioan. An. in addi. Spe. de cau. pos. in rub. de causa pos. & prop. §. 1. quo ad conclusionem, seu petitionem libelli, ut primò petitur per iudicem, declarari, rem ad A. pertinere, & sibi adiudicari, & B. ut restituat & uacuum tradat, seu dimittat condemnari, uerbum, adiudicari, exponunt Ioan. 11 Mo. & Archi. in c. abbate sanè, de re iudi. lib. 6. † ibi adiudicari ad se, idest ad se spectare, & dicunt quòd adiudicatio fit proprie in actionibus, quæ mixtam habent causam, uidelicet si res alicuius, quæ ab alio detinentur, petuntur restitui, sed iure ciuili petit quis, rem ad se pertinere declarari. Conclusio ergo libelli omnia comprehen 12 dit. † & ita solet fieri, & ita uerbum restitui non pertinet solum ad possessorium, sed ad petitorium etiam, ut no. de dolo & contu. c. 2. & in Specu. de acti. & petitio. §. sequitur, & ibi per Io. And. in addi. Spe. & de lit. conte. c. fi. uer. hoc autem. & no. in c. inter dilectos, de fi. instru.

in prin. quia aliud est restituere rem, aliud possessorium
13 rei. † Item petitur in libello res cum fructibus a tempore occupationis perceptis, bonæ fidei possessor lucratur fructus ante lit. contesta. factos & perceptos, unde ista petitio est intelligenda secundum distinctionem iuris communis, de quo in Specu. de fruc. & interesse. §. 1. de hoc per Ioan. And. in additio. de causa posses. & pro-
14 prie. in rub. † Quomodo autem procedit petitio expensarum litis, & quomodo super hoc ferri debet sententia, cum sit generalis, incerta, & de futuro. not. de procura. cap. auditis. de libel. obla. cap. 2. de sequestra. pos. cap. 1. cum si. Item in fine libelli ponitur protestatio, quòd ad probationem necessariam se tantum astringit, de iudi. c. exhibita. de proba. cap. licet. uer. item quam no. in Spec. de excep. §. uiso. uer. porro. de libel. concep. §. ulti. uer. rectè consueuerunt fieri. Item dicitur in fi. [*Saluo iure ad-*
15 *dendi &c.*] de fide instr. c. inter dilectos, in prin. † Est tamen sciendum, quòd aduocatus circa libelli conceptionem debet tria aduertere. Primum, quòd pauca & non superflua dicat & effundat; si tamen ibi ponantur superflua, dummodo libellus alias sit aptus, non uitiant. not. de iudi. c. examinata. Secundum, quòd ponat necessaria & utilia, quæ probata suam iuuant intentionem. Tertiũ, quòd ponat generalia, & se non arctet, ne in processu plures uias, & diuerticula plura habeat ad fulciendum suam intentionem, de qua, & de quibusdam aliis cautelis in Spec. de lib. concep. §. ulti. De cautelis uero circa porrectionem & receptionem libelli habendis not. in
16 Spec. de libel. concep. §. sequitur. † Item in libello non exprimitur nomen actionis, uidelicet ut sic diceretur ad hoc propono rei uendicationem. nam hoc non est necessitatis, maximè secundum canones, ut in c. dilecti, de iudi. sed sufficit proponi factum, debet tamen exprimi tale quid, per quod actionis natura cognoscatur. ut ibi no.
17 & in Spec. de acti. & peti. §. 1. † Item non est necesse, quòd pars subscribat diem porrectionis, ut per talem subscriptionem constet de die dati libelli, sed hoc fit per tabellionem, qui subscribit diem porrectionis libelli, & dilationes datas, de quo etiam in Specu. de lib. conce. §. 1. uer. nec.

SUMMARIUM.

1. *Forma libelli in actione personali.*
2. *Causa petendi est exprimenda libello in actione personali.*
3. *Mutare aliud est quàm emendare, & quomodo differant.*
4. *Libellus usque ad quod tempus mutari, & emendari possit.*
5. *Possessorium quandoque, quandoque petitorium intentatur, & quando in eodem libello detur utriusque concursus.*
6. *Possessorii tres sunt species.*

CAPITULUM XLII.

1 IN personali † actione formatur sic libellus. Coram uobis &c. q. licet prædictus B. præfato A. in 10. lib. denariorum talis monetæ, uel talis pagamenti, uel denariorum currentium, & communiter datiuorum in tali loco teneatur ex causa mutui, & obligatus existat. uel sic. Licet idem B. A. memorato teneatur in 8. lib. denariorum, quas idem A. eidem B. mutuando enumerauit, uel quas bona fide deposuit apud eum; tamen huiusmodi debitum uel depositum sibi reddere contradicit, quare agit, & ponit procurator prædictus quatenus præcognito quantum sufficit de præmissis nuncietis, decernatis, & declaretis supradictum B. A. præfato in expressata pecuniarum summa ex causa prædicta teneri, eumque eidem A. in huiusmodi debito condemnandum, & ad ipsius solutionem compellendum fore, ac condemnetis, & compellatis per uestram diffinitiuam sententiam & censuram ecclesiasticam, ac petit unà cum expensis litis. Ad superfluam probationem se non astringens,
2 ut supra in 1. libello. † In isto libello in actione personali exprimitur causa petendi mutuum, uel depositum, uel huiusmodi, & hoc est necesse, ut in cap. ulti. de libel.
3 obla. ¶ † Et quia ponitur in libello, [*Saluo iure addendi &c.*] sciendum quòd aliud est mutare, aliud emendare libellum, & communiter dicitur, quòd mutare est omni sublata ueteri actione proponere nouam. q. d. quòd mutare sit substantia remota, & in loco eius alium subrogare; sed emendare est addere uel detrahere quantitati petitæ, ut in Spec. de lib. conce. §. nunc ostendamus. Tamen alij dicunt, quòd emendare est defectum in forma
4 supplere. † Quando ergo uel usque ad quòd tempus litis potest mutari, uel emendari libellus? potest dici, q. si actor vult mutare hodie, non potest; quia necesse habet persistere oblato libello, sed si vult emendare eo modo, quia petiit plus modo vult petere minus, hoc potest usq; ad sententiam; si ergo econuerso, ut quia petiuit minus, uult petere plus, potest usque ad lit. contesta. postea non sine nouo libello, de quo tamen plene not. de libel. obla. cap. 2. & in Specul. de libel. concep. §. nunc ostendamus per 10. ann. in additio. Et libellus primus in actione reali conceptus est in petitorio, unde quia aliud est iudicium possessorium, & aliud proprietatis siue petitorium,
5 ut de causa poss. & proprie. per totum, † & intentatur quandoque solum possessorium, quandoque utrunque simul etiam in eodem libello ab eadem parte, & quando possibilis sit concursus petitorij & possessorij in eodem libello, not. in c. cum dilectus, & in c. pastoralis, de causa
6 poss. & proprie. † Et possessorij tres sunt species, scilicet adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ, de quo plenè in d. c. pastoralis, de causa pos. in glo. no. ad intelligentiam, & super ea. & in Spec. de causa pos. Vnde in interdicto recuperandæ, quod petit spoliatus contra spoliatorem, potest sic formari libellus.

SUMMARIUM.

1. *Forma libelli in possessorio recuperandæ.*

CAPITULUM XLIII.

1 COram uobis &c. † Quòd licet dictus A. per plura tempora fuit in possessione talis domus, uel prædij in tali loco situati, cuius confines &c. præfatus tamen. B. de possessione huiusmodi anno tali, mense tali, ipsum. A. uiolenter expulit; & temere possessione domus, uel prædij eundem spoliauit, quam domum idem B. ab eo spoliationis tempore detinuit, & occupauit, ac detinet, & occupat in animæ suæ graue periculum. Vel sic, quòd licet &cæt. tamen idem B. eundem A. possessione domus uel prædij, huiusmodi per talem spoliari fecit, & eum de possessione ipsa eiici mandauit, & expelli. Vel sic. Quia licet A. &cæt. tamen D. nomine & contemplatione ipsius B. supradicti prædictũ A. possessione ipsius domus spoliauit, quam inquam spoliationem ipse B. nomine suo factam ratam & gratam habuit & habet, se de domus, uel prædicti prædij possessione intromittendo. Vel sic. Quòd licet &c. tamen idem A. cum esset in possessione domus prædictę, per D. uiolenter spoliatus, & de possessione ipsa eiectus, memoratus B. domum huiusmodi ab eodem deiectore recepit sciens prædictum A. possessione ipsius per eundem D. ut præmittitur, spoliatum; quare agit & petit procurator dictus nomine quo supra, quatenus cognito quantum sufficit de præmissis, pronũcietis, decernatis & declaretis possessionem domus prædictæ inde uiolẽter ablatam fuisse, & esse restituendam cum fructibus exinde a tempore spoliationis prædictæ citra perceptis, & qui percipi potuerũt, ac dãnis & interesse; quos fructus p singulis annis ad cẽtũ maldra

maldra, seu modios siliginis talis mensurę; damna verò & interesse ad tot libras æstimat spoliatus supradictus, uestra iudiciali moderatione salua; prædictumque B. ad præmissa eidem. A. condemnandum & compellendum fore, ac condemnetis, & compellatis per uestram diffinitiuam sententiam, &c. ut supra.

SVMMARIVM.

CAPITVLVM XLIIII.

1 IN isto libello † primò narratur quomodo A. spoliatus per B. possessione domus, uel prædij, & ita competit A. spoliato contra B. spoliatorem interdictum, vnde ui. de restitutio. spoliato. cap. in literis. & in cap. cum ad sedem. & cap. grauis, cum simi. † secundò quòd A. fuit spoliatus de mandato B. & per D. tertiò, quòd fuit spoliatus per D. nomine & contemplatione. B. & ipse. B. spoliationem ratam habuit. vnde omnes isti tenentur interdicto unde ui. ut in cap. cum ad sedem supra allega. quartò, quòd A. fuit spoliatus per D. licet non nomine B. uel mandato eius, tamen B. rem huiusmodi a D. deiectore scienter recepit. vnde tenetur etiam interdicto, vnde ui, per decretal. sæpe, de restitu. spolia. secundum unum intellectum eiusdem capituli; secundum alium intellectum conditione ex eadem decre. & sic conclusio libelli est communis ad quodlibet illorum, ad quamlibet enim narrationem huiusmodi apta 3 est petitio conclusiua huiusmodi prædicta. † & huiusmodi interdicto est necessaria allegatio, & probatio duorum, uidelicet possessionis, & deiectionis, de offic. delega. in cap. consultationibus, & hoc quando intentatur 4 interdictum contra spoliatorem. † sed quando contra ipsum, qui mandauit, & tunc probari oportet manda- 5 tum, † uel contra eum qui ratum habuit, tunc oportet etiam probari ratihabitionem, quòd spoliatio ipsius nomine, uel contemplatione fuit facta, quia ratum quis habere non potest quod suo nomine non est gestum, de reg. 6 iur, cap. ratum lib. 6. † uel si contra eum, qui non spoliauit, uel mandauit, nec ratum habuit, sed scienter rem recepit, ibi etiam oportet probare scientiam; vnde dicit Host. no. in d. decre. sæpe, quòd si scientiam allegat, eam 7 probare debet; & cum graue sit illam probare, † pro tanto laudat ipse, quòd proponatur conditio ex canone reintegranda. 3. q. 1. per quod auxilium subuenitur ei, qui possessionem qualitercunque amissam recuperare potest. sunt tamen eiusdem canonis diuersi intellectus, ut ibi not. & in cap. cum ad sedem. & in cap. sæpe supra 8 alleg. † Item in libello petitur possessorium restitui, quia melius pronunciauit iudex inter prædicta possessorium restituendum, quàm rem restituendam, de quo in Specu. de restitutio. spoliato. §. 1. & not. per Ioan. And. in capit. 9 cum ad sedem, sæpius allega. † Item petitur res cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, ut in cap. grauis, de restitutio. spoliato. Item cum damnis & in- 10 teresse, ut ibi. † & debentur hoc casu fructus a tempore deiectionis, ut ibi no. In causa uerò spoliationis super rebus mobilibus sic formari potest libellus.

SVMMARIVM.

CAPITVLVM XLV.

1 COram uobis &c. † quòd anno mense &c. prædictus B. A. præfatum in tali loco, uel itinere constitutum inuasit, eumque rebus suis, uidelicet uestimentis, pecunijs, & alijs, quas deferebat, temere defraudauit, & deprædauit res huiusmodi ab eo rapiendo, & sibi auferendo uiolenter, quas ad tot libras denariorum talis monetæ æstimat, uestra iudiciali salua taxatione. Quare agit, & petit procurator prædictus; quatenus præcognito &c. pronuncietis, decernatis, & declaretis prædictum B spoliatorem temerarium ad restitutionem rerum prædictarum, seu æstimationem earum prætaxatam teneri A. supradicto, & ad hoc eum condemnandum, & compellendum fore, necnon con- 2 demnetis &c. ¶ † In tali libello & simili non oportet specificationem fieri, & expressionem singularium rerum; quia probata uiolentia per testes, res probantur per iuramentum uiolentiam passi, de quo, de his quæ ui metusúe cau. fiunt. cap. ulti. de ordi. cognit. cap. 2. cum 3 simil. ¶ † Item exprimitur tempus, & locus; quia tale interdictum infamat, & includit iniuriam. vnde spoliatus potest petere satisfactionem & emendam propter iniuriam, ut supra dixi, ergo illorum expressio est facienda in libello, licet agatur, de procu. c. tuæ. ¶ † Item 4 quia in libello ponuntur uerba gerundiua, uidelicet rapiendo, auferendo, &cæt. sciendum quòd quidam aduocati reorum excipiunt talem libellum non procedere. Ratio secundum eos, quia gerundia nihil ponunt, uel posita determinan; sed hoc non uidetur uerum, quia gerundia etiam ponunt, cum resoluuntur in uerba, ut not. ff. de eden. in gloss. super rubri. Idem enim est dicere damnificauit rapiendo, ac si diceretur damnificauit & rapuit. Item in sententijs ponuntur gerundia, ut patet de re iudic. cap. ad apostolicæ. ibi dicitur authoritate apostolica firmiter inhibendo; quare ergo non ponerentur in libello, cum sententia debeat esse conformis libello, de symo. c. p. licet heli. cum similibus, & per Ioann. Andræ. in additio. Specu. de libel. concep. §. nunc restat.

SVMMARIVM.

CAPITVLVM XLVI.

1 LIbello ergo oblato, † & porrecto iudici per Actorē uel eius procuratorem, et Reus, uel eius procurator petat copiam inhærendo protestationi de non consentiendo in iudicem, ut s. si talis est iudex, cuius iurisdictio non est fundata, & sibi dari, seu pcedi inducias peti- 2 . † Et uocanẽ hmōi induciæ deliberatoriæ, & de inducijs cita-

citatoriis, præparatoriis, & iudicatoriis, de quibus no. 3.q.2. in sum. sed de istis & aliis. 20. speciebus induciarum in Spec. de dilatio. §. 1. & induciæ deliberatoriæ, de quibus ad præsens, sunt tempus 20. dierum a iure taxatæ, ut in authen. offeratur, C. de lit. contesta. & 8. qō. 3. c. 3 offeratur. † non tamen sic sunt statutæ in tali numero dierum, quin iudex possit eas abbreuiare, uel prolongare attentis circunstantiis negocij, personarum, & distantia locorum &c. De materia tamen quando inducias a lege statutas iudex minimè potest abbreuiare, uel prolongare, no. de procu. c. dilectus, de appel. c. cum sit romana. & in regula, indultum, de regul. iur. lib. 6. ¶ 4 † Vtrum autem istæ induciæ sint de substantia, sicut libellus not. per Ioan. And. 17. q. 4. c. uxor, per Innocen. & Hostien. de libel obla. c. 1. Et communiter dicunt doctor. quòd sunt de substantia, si petantur; quia licet iudex posset illas arctare ex causa, non potest eas Reo inuito pœnitus abdenegare. not. in c. 1, de dila. & in cle. sæpe, de verb. sign. in 5 glos. sed cum petitio. † Iudex ergo decernere habet, & dare, seu fieri mandare copiam libelli Reo sub expensis 6 Actoris. de quo in Spec. de lib. obl. † & potest Reo concedere inducias, ut dixi in dando, siue statuendo sibi terminum ad omnes dilatorias exceptiones proponendas; post quem non audiet Reum super dilatoriis exceptionibus, nisi in tribus casibus, ut in c. pastoralis, de excep. Et ista omnia sunt per tabellionem conscribenda in actis sub hac uel simili forma.

SVMMARIVM.

1 *Forma actorum per notarium scribendorum.*

CAPITVLVM XLVII.

1 ANno † quo supra tali die comparuit in iudicio coram iudice prædicto talis principalis, uel talis eius procurator, & libellum in scriptis obtulit infrascripti tenoris. Ex aduerso talis principalis, uel talis eius procurator coram prædicto Domino iudice, eo adhuc sedente pro tribunali comparens, prædicti libelli copiam decerni, & terminum competentem ad deliberandum sibi postulauit per ipsum Dominum iudicem assignari. cui ipse iudex copiam libelli fieri & dari per me notarium decreuit, inducias petitas sibi concedendo ad talem diem ad proponendum omnes dilatorias exceptiones sibi forsitan competentes, alioquin dicto libello respondendum pro termino de consensu ipsarum partium, uel earum procuratorem peremptoriè assignauit. Data & acta sunt hæc &cæt. Coram ordinario &cæt. Tabellio breuiter solet subscribere diem porrecti libelli, & dilationem Reo datam isto modo. Exhibito huic libello per talem Actorem, uel procuratorem talem, in præsentia talis rei, uel procuratoris ipsius &c. Anno die tali, Respondebitur pro parte ipsius Rei, uel proponentur oẽs dilatoriæ exceptio. uel declinatoriæ die tali &c.

SVMMARIVM.

1 *Reus accepto libello quomodo aduocatum consulere, & in deliberando quomodo se habere debeat.*

2 *Reus si non possidet, nec detinet rem a se petitam quid agere debeat.*

3 *Reus conuentus si possidet nomine alieno, quod auxilium habeat paratum.*

4 *Reus conuentus possidens nomine proprio, contra quos excipere debeat.*

CAPITVLVM XLVIII.

1 SEquitur † quomodo aduocatus sit consulendus. Reus accepto libello, & obtentis super eo induciis, consulat aduocatum super eo. Et in deliberando quomodo debet se habere Reus, de hoc tradit doctrinam fulgidam Guliel. in Specu. de actio. & petitio. §. in acto-2 ribus. † & si Reus conuenitur in actione reali, sed ipse rem petitam non possidet, nec detinet, ueniet in termino statuto coram iudice, dicendo, se non possidere, nec detinere rem in libello petitam, & res est in expedito, quia tunc dimittetur. ff. de rei uendi. l. in rem de appella. cap. ex parte. de quo, de exceptio. c. penul. de re iu-3 dica. cap. abbate sanè. lib. sexto. † Si autem possidet nomine alieno, habet paratum auxilium, ut in capitu. quoniam frequenter. supra allega. in §. quòd si super, quia facultatem nominandi dominum habet, & se excusan-4 di. ut ibi, † sed si possidet nomine proprio, tunc offerendo se defensioni, uideat si aliquas habeat exceptiones contra iudicem, contra Actorem, uel procuratorem, uel contra libellum, & eius formam, & omnes illas in termino sibi assignato proponat. ut no. in allega. c. pastoralis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionum quot sint genera.*

2 *Exceptiones dilatoriæ unde dicantur.*

3 *Dilatoriarum multiplices sunt species, & ratione quorum competant.*

4 *Exceptionum plurium competentium quæ primò proponi debeat, & nu. 5. & 7.*

6 *Delegatus quomodo recusetur.*

CAPITVLVM XLIX.

1 PRo quo notandum, † quòd exceptionum diuersæ sunt species. aliæ sunt peremptoriæ, aliæ dilatoriæ, aliæ anormalæ, & aliæ mixtæ; ut not. de excep. c. exceptionem ibi in glo. & per Host. in summa, eo. titu. §. 2. plenius in Spec. eo. titu. §. 2. & 3. & ibi in addi. tanguntur etiam aliæ diuisiones, quia aliç perpetuæ, aliç temporales, aliæ personales, aliæ reales; de quo ibi &c. De peremptoriis uidebimus suo tempore, & dilatoriis 2 ad præsens uidendum. † vnde dicuntur dilatoriæ, quia 3 tantum differunt. Institu. eodem titu. §. appellantur. † Et dilatoriarum alia dilatoria iudicij, alia solutionis. dilatoria iudicij est multiplex, quia alia competit ratione iudicis, Alia ratione actoris, alia ratione Rei ipsius excipientis, ut quia est delegatus, uel alias habet ius reuocandi domum. de foro competen. cap. ultimo. Alia ratione procuratoris. Alia ratione rescripti. Alia ratione loci. Alia ratione fori. Alia ratione temporis. Alia ratione causæ. Alia ratione libelli. de quo in Spec. de excep. §. 1. uer. dilatoriæ uerò. Et illæ regulariter proponendæ sunt ante lit. contesta. postea non, nisi in certis casibus de offic. delega. cap. insinuante. Et quando plures competunt, quæ illarum primò debeat proponi. vide in alle. c. pastoralis, de excep. & in c. inter monasterium, de re 4 iudi. & magna est inter doctores difficultas † de excep. c. recusationis, an illa debeat esse prior. tamen Ioan. An. dicit ibi in nouella cõclusiue, quòd omnis exceptio, per quam iurisditio iudicis denegatur, præcedit exceptionem recusationis. vtilis enim est talis exceptio recusationis, sed non necessaria. Alias autem exceptiones, quæ non afficiunt iurisditionem iudicis, præcedat recusatio. & hoc dicit tenendum post factum, ante factum consulit cum Goffre. cuius opi. ibi habetur in glo. quicunque. 5 † Si autem Reus habet exceptionem inducentem nullitatem iurisditionis, puta per quam redditur rescriptũ nullum, uel persona iudicis inhabilis, aut si dicatur rescriptum impetratum ab excõicato, propter quod est nullũ regulariter, de rescr. c. 1. li. 6. uel iudicem excõicatũ fuisse tempore impetrati rescripti, in quẽ non cadit iurisditio, ut in c. ad probandum, de re iudic. uel consimilem exceptionem,

ptionem, illam primò proponat; quia primò mittenda est securis ad radicem, id est ad iurisdictionem, ut 3.q.3. c.induciæ.§.exceptio.sed si nō habet talem, sed habet bene aliam contra personam iudicis, actoris, uel procuratoris, tunc primò exceptionē recusationis proponat contra iudicem, & exceptionem suspicionis. vt not. in c.pastoralis, & in c.inter.supra all.† vel proponat eas simul, disiūctim, uel subalternatiuè. & hoc melius, & illā de suspecto primò prosequatur. vt in d.c.pastoralis not. Quādo autem recusatur ordinarius, coram quo probanda sit exceptio. legitur & no. de fo.compet.c.si quis contra clericum. in cap.cum speciali, de appel. cum similibus.
7 † Quomodo autem delegatus recusetur. habetur de off. deleg.c.super quæstionum. & eo.ti.cap.si contra unum, lib.6.cum concor.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio quid sit.*
2 *Suspicionis causæ quot sint.*

CAPITVLVM L.

1 ET est recusatio † a iudice, uel iurisdictione declinatio per exceptionem suspicionis oppositam. & licet ex una sola causa iudex recusetur, puta quia suspectus. 3.q.5.c.quod suspecti. ut lite non contest. c. accedens, 1. & 2. de app. c. cum super. † illius tamen suspitionis multæ sunt causæ. & 18. enumerantur in c.legitima de ap.lib.6. & potest sic formari recusationis exceptio, quæ in scriptis est proponenda, de quo tamen in c. quoniam de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Forma recusandi quoscunque iudices per totum.*
2 *Delegatum unum ex pluribus recusari si contingat, suspicionis causæ coram aliis sunt probanda.*
3 *Subdelegatus si recusetur, probatio fit coram delegato.*
4 *Ordinarius recusatus potest cum assensu partium causam committere, aliàs eam ad superiorem remittat.*
5 *Iudicem, quem quis impetrauit, ex causa nisi superuenienti recusare potest.*
6 *Suspicionis in articulo quomodo procedatur, & nu. 5.*
7 *Arbitri iuris qui sint, & quomodo eligendi.*
8 *Exceptionibus contra iudicem deficientibus, reus cōtra personam actoris se uertat, & quibus mediis.*

CAPITVLVM LI.

1 COram uobis domino iudice tali proponit procurator talis procuratorio nomine, & dicit contra personam uestram excipiendo, quòd cum talis aduersarius suus uester sit consanguineus, uel domesticus, uel familiaris &c. uos ex causa huiusmodi estis maxime suspectus, uel uehementer suspectus. & quia periculosum est coram suspecto iudice litigare, ratio dictat, ut uos & iudicium uestrum recuset, & causam huiusmodi suspicionis probaturum se offert coram arbitris, quos communiter eligere unà cum aduersario est paratus. & si in omnes aliàs simul conuenire non possunt, talem nominat, & eligit pro parte sua. & hoc quando iudex re-
2 cusatus est ordinarius uel delegatus unicus. † si uerò est delegatus habens collegam, & dati sunt cum clausula, [*Quod si ambo &c.*] tunc coram collega probanda est exceptio recusationis, vnde tunc dicat excipiens, & causam suspicionis huiusmodi se offert coram collega uestro legitime probaturum. similiter sicut alias simpliciter recurritur ad arbitros, ut in cap. si contra unum, de offi.delega.lib.6. Et ibi dicitur quid fieri debet, quan-
3 do delegatus uel officialis episcopi recusetur. † uel si est subdelegatus, tunc debet fieri probatio coram delegato. ut in cap.super quæstionum de offi.delega.§.quem uero. & §. fin. de quo plene not. in cap. cum speciali, de
4 appella. † Et ordinarius recusatus potest causam alteri committere cum assensu Recusatoris & Actoris, uel causam ad superiorem remittere. de foro competen. cap. si quis contra clericum. & cap.cum speciali, de appella. Sed an hoc posit delegatus, & quando habetur in cap. iudex. de offi.delega.lib.6. Et quod dicitur in forma exceptionis, quòd recusans offert probationem causæ recusationis, & petit electionem arbitrorum, dicit Innoc. in cap.cum speciali, supra allega. quod hoc non est necesse, sed iudex habet ex eo inquirere. de quo ibi. & hoc
5 quando Reus recusat. † Potest etiam Actor recusare iudicem, non tamen delegatum, quem impetrauit ex ueteri causa, sed ex superuenienti. de offi. delega. cap. insinuante, & cap.super quæstionum. Ordinarium potest recusare, ut in alleg.cap. si quis contra clericum, de foro competen. & tunc Actor sic potest formare suam recusationem. Domine Episcope, ego uellem conuenire aduersarium meum talem subditum uestrum, sed quia ille est consanguineus uel amicus uester specialis, & uos tanquam nimis fauens eidem, mihi estis ex huiusmodi causa suspectus, ideo supplico quatenus causam huiusmodi
6 alij committatis, seu mihi detis delegatum &c. † Quomodo autem procedatur in articulo recusationis legitur & habetur de offi.deleg.cap suspicionis, de appel.c.cum speciali. & eo.titu.c.legitima, lib. 6. cum remissionibus
7 suis. † Et de arbitris super hoc eligendis, qui arbitri iuris appellantur, dic ut in cap.ab arbitris, de offi.delega.
8 lib.6. † Si uerò Reus non habet exceptiones contra personam iudicis, uideat an sibi competant aliæ exceptiones, uidelicet contra personam Actoris, an sit minor, uel excommunicatus &c. & tales exceptiones, quæ possunt fieri contra Actorem, ponit Guil. in Specu. titu. de Acto. §.1. uel contra forum, uel contra locum, ut supra dixi. potest ergo sic excipere contra Actorem.

SVMMARIVM.

1 *Forma exceptionis contra Actorem.*

CAPITVLVM LII.

1 PRocurator † nomine procuratorio discreti uiri B. contra A. in iudicium & causam uocati coram uobis Domino Episcopo, uel officiali &c. proponit, & dicit excipiendo, quòd prætatus A. est in pupillari ætate constitutus; quare in iudicio esse & agere non potest, nec debet admitti, nec per se stando in iudicio causam prosequi. iccirco petit per uos decerni, declarari, & pronunciari prædictum A. personam standi in iudicio non habere, nec ad agendum admittendum esse, condemnando eum prædicto B. in expensis.

SVMMARIVM.

1 *Forma exceptionis contra libellum.*
2 *Causa petendi exprimēda est in actione personali, in reali res per confinia designatur.*
3 *Libellus qualiter & ex quibus causis expugnari possit.*

CAPITVLVM LIII.

1 REus † verò contra libellum sic excipiendo proponit. Procurator procuratorio nomine talis, contra prætensum libellum sibi coram uobis honorabili Domino Decano, iudice, uel officiali, & cætera. pro parte talis oblatum. & dicit, quòd huiusmodi libellus prætensus obscurus est, generalis, mentitus, incertus, dubius, confusus, & ineptus, & talis etiam

quòd ad eum pro parte prædicti rei. B. minime est respõdendum, maximè ex eo, quia in eo non exprimitur causa petendi, cùm tamen datus sit in actione personali; uel ex eo quòd res petita minimè specificatur per confinia; uel alias sic, quòd reus ualeat deliberare; uel quia manifestam continet uarietatem, incertitudinem, contrarietatem, uel ineptitudinem; ideo per iudicem ex officio reiiciendus esset, & laniandus. Quare petit procurator prædictus nomine quo supra, quatenus pronuncietis, decernatis, & declaretis, præasignato libello tanquam obscuro, inepto, & incerto, pro parte dicti rei non fuisse, nec esse respondendum; ipsumque libellum prætensum esse reiiciendum, & repellendum. & prædictum reum a uestra instantia iudicij absoluendum fore, & reiiciatis, & absoluatis. ipsum actorem sibi in expensis propterea factis condemnandum & condemnetis. Saluo iure addendi &cæt. 2 † Quòd autem causa petendi in actione personali sit exprimenda, patet de libel. oblatio. cap. ulti. In reali res est exprimenda, & per confinia significanda, ut de libel. oblatio. cap. 2. ut supra dictum est. Et sciendum est quòd cautum est petere sic. 3 † Vnde non debet petere reus, quòd actor declaret libellum obscurum, uel ineptum emendet, quia sic instrueret ipsum actorem; sed petat ut supra, & tunc secundum formam huiusmodi petitionis habet interloqui iudex, ut not. de libel. olatio. cap. ulti. & in Specu. de libell. concep. §. sequitur uidere. uer. item recepto. & §. ad huius. Etiam cautus sis. Et qualiter, & ex quibus causis expugnari possit libellus, ponit Guli. de libel. concep. §. iuxta, uel si reus vult declinare forum iudicis, ut quia est laicus, & causa est prophana, & coram ecclesiastico iudice tractanda, conuenienter potest sic excipere.

SVMMARIVM.

1 *Forma excipiendi contra forum.*
2 *Exceptione dilatoria per reum opposita, actor copiam eius petere debet, & terminum ad respondendum.*

CAPITVLVM LIIII.

1 PRocurator nomine † procuratorio talis Rei præponit, & dicit excipiendo, quòd cum causa in prætenso libello pro parte talis actoris coram uobis honorabili uiro domino officiali oblato proposita ciuilis sit & prophana, ipseque Reus cum laicus existat, sit paratus coram suo iudice seculari respondere, cuius forum Actor sequi debet, iccirco in libello prædicto, & su per causa huiusmodi prætensa coram uobis respondere non tenetur, sed ad suum iudicem fori secularis, uidelicet talis est remittendus, quare petit per uos pronunciari, decerni, & declarari, prædictum Reum ad respondendum libello præasignato, uel aliàs litigandum super causa huiusmodi prædicta coram uobis non teneri, sed ipsum ad prædictum suum competentem iudicem remittendum fore, & remittatis, condemnantes sibi Actorem in expensis. Ista exceptio probatur per cap. nouit, de iudic. & in cap. cum sit, de for. competen. & cap. licet. 2 & cap. ex tenore, eod. titul. † Si ergo termino dato ad deliberandum Reus opponat exceptionem dilatoriam de præmissis, uel aliam, Actor uel eius procurator petat eius copiam sibi decerni per iudicem, & terminum competentem ad replicandum asignari, quod habet facere iudex, & hoc scribatur per tabellionem in forma consueta.

SVMMARIVM.

1 *Forma scribendi in actis exceptiones, & replicationes.*

CAPITVLVM LV.

1 TErmino prædicto † Adueniente, uidelicet tali die comparuit coram prædicto domino iudice sedente pro tribunali ad ius reddendum talis Reus, uel eius procurator, & exceptiones obtulit, quarum tenores inferius continentur, petens illas admitti. Talis uero Actor, uel ipsius procurator comparuit ex aduerso earundem exceptionum copiam sibi decerni & dari petens, ac terminum competentem ad replicandum contra eas sibi asignari. cui iudex præfatus copiam prædictam decreuit, & diem talem ad replicandum & dicendum contra exceptiones si uoluerit, asignauit pro termino. Exhibitis his exceptionibus per talem Reum uel eius procuratorem, in præsentia talis Actoris uel sui procuratoris, anno tali, die tali, præsentibus talibus respondebitur, uel contra eas replicabitur pro parte Actoris die tali, quem terminum de utriusque partis consensu duximus ad hoc præfigendum. Actor ergo in termino sibi ad dicendum contra exceptiones statuto potest exceptionem replicando elidere, uidelicet exceptionem recusans isto modo.

SVMMARIVM.

1 *Forma replicandi contra exceptiones recusatoris.*

CAPITVLVM LVI.

1 COntra exceptiones prætensas † oppositas pro parte talis Rei coram uobis honorabili uiro domino iudice, uos ex tali causa, ut suspectum recusando proponit procurator nomine procuratorio talis Actoris, & dicit replicando, quòd exceptiones huiusmodi friuolæ & frustratoriæ non sunt admittendæ, nec ipse Reus uos, neque personam uestram potest rationabiliter recusare, cum & si prędictus Actor sit consanguineus uester, tamen quia ipse Reus etiam est uester consanguineus, iccirco causa huiusmodi suspicionem tollit. vel sic. Licet ipse Actor uester dicatur amicus uel consanguineus, quia tamen si inter uos & eum est aliqua amicitia, illa est leuis & modica, & talis non est propter quam meritò debeatis, ut suspectus recusari, cum non omnis amicitia sit sufficiens causa ad iudicem recusandum. Quare petit procurator prædictus quatenus præasignatis exceptionibus non obstantibus pronuncietis, decernatis, & declaretis libello prædicti Actoris fuisse & esse respondendum, & in causa huiusmodi procedendum ad ulteriora, ipsumque reum ad hoc cogendum fore, atque cogatis, & eum prædicto Actori in expensis legitimis condemnetis. Ista replicatio colligitur ex notatis in c. accedens, ut lit. non contest. & ex notatis in c. postremo, de appel. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Forma replicandi contra exceptiones declinatorias fori.*

CAPITVLVM LVII.

1 COntra exceptiones † declinatorias fori potest Actor sic replicare. Replicando contra exceptiones prætensas talis Rei procurator nomine procuratorio talis Actoris proponit, & dicit ꝙ exceptiones huiusmodi prætensæ, nec procedunt, nec sunt admittendæ, sed tanquã frustratoriæ & friuolæ repellendæ. nã licet conuentus sit laicus & causa prophana. locus tñ domicilij Rei est de uestra iurisdictione temporali. vel sic. De cõsuetudine tñ longeua & ꝓscripta legitime uobis iurisdictio competit, & cognitio in hac parte. vel sic. Ipse tñ secularis iudex Rei sup hoc sępius ꝓ parte Actoris humiliter re-

ter requisitus ipsi actori iustitiam ministrare recusauit. Quare petit &c. ut supra in proxima replicat. Ista replicatio fundatur super c. licet, de fo. competen. & c. si duobus de appella. cum simi. Et si reus petit copiam & terminum ad duplicandum. uel si renunciat duplicationi, & petit interloqui, debet totum scribi per tabellionem in actis in forma solita.

SVMMARIVM.

1 *Replicatio quid sit. & nu. 2.*
3 *Dilatoria solutio quando sit apponenda, & quid operetur. & 4. 5.*
5 *Exceptio anormala quae sit, & quare ita dicatur.*
6 *Exceptiones malitiosè omittens, ut actor fatigetur, condemnatur in expensis.*
7 *Exceptio eadem bis opponi potest, & ultra non.*

CAPITVLVM LVIII.

1 QVid autem † sit replicatio, & quomodo debeat esse talis, quòd afficiat, tollat, seu elidat, seu uitiet exceptionem, sicut exceptio ipsam actioné uel actum, cui opponitur, plenè not. per Io. Andr. in decre. a nobis de excep. in comen. & in c. ulti. de ordi. cog. 2 † Et dicitur quòd replicatio est allegatio actoris, per quam resoluitur exceptio. Instit. de repli. in princ. uel latius sumendo obnectatur seu omittatur uerbum actoris, unde replicatio est etiam exceptio, & dicitur quasi exceptionis exceptio. ff. eod. l. pe. Et hæc tantum de exceptionibus dilatoriis & exceptionibus iudicij. † De dilatoria 3 uerò solutionis quomodo debet ante lit. non contest. proponi, & sic de ea constet, oportet quòd differenda sit solutio. & tunc impedit processum, & induciæ duplicabuntur, quia petiit plus tempore. de plus peti. c. unico. 4 † Si non constet, probabitur post lit. contest. de quo plane per Innocen. & Abba. & alios in c. pastora. de excep. & in Specu. de exceptio. §. nunc uidendum restat in prin. 5 cuius formam postea uidebimus. † Est etiam exceptio anormala quasi sine regula, quia non sequitur normam aliarum exceptionum; quia in qualibet parte litis scilicet ante lit. contest. & post, uel etiam post sententiam potest opponi. ut in cle. unica. de exceptio. & eod. tit. c. pia. 6 lib. 6. † Si tamen aliquas proponit, & alias omittit maliciosè, & dolosè, uidelicet ut actor fatigetur, tunc condemnabitur actori in expensis. ut in c. exceptionum de 7 exceptio. † & potest eadem exceptio bis opponi, sed ultra duas uices non opponitur. ut in c. pia. eod. titu. lib. 6. potest ergo sic formari tali exceptio anormala.

SVMMARIVM.

1 *Forma exceptionis anormalæ.*
2 *Exceptio excommunicationis debet continere nomen & qualitatem excommunicationis, alias non est admittenda.*
3 *Iuramentum de calumnia potest exigi in quacunque parte litis, & tam a partibus, quàm aduocatis.*

CAPITVLVM LIX.

1 PRocurator † talis Rei proponit excipiendo, & dicit quòd uos domine iudex ad instantiam talis actoris in causa, quam mouet uel moueri intendit tali Reo, coram uobis procedere non potestis, nec eum ad agendum seu causam incœptam prosequendum debetis admittere seu audire. nec ipse potest in iudicio stare tanquam actor pro eo, quia per talem iudicem ordinarium uel delegatum uel authoritate talis canonis est maioris sententia excommunicationis innodatus. Quare petit prædictus procurator per uos pronunciari, decerni, & declarari, prædictum excommunicatum esse repel-2 lendum ab agendo, & repellatis &c. † Et in ista exceptione excommunicationis debet exprimi nomen excommunicatoris, & qualitas excommunicationis, aliàs non est admittenda. & debet probari ista infra dies octo apertissimis documentis. alioquin debet excipiens condemnari in expensis, quia frequenter maliciosè consueuit opponi. ut in prædicto c. pia. ubi de ista exceptione plene 3 nota. † Et quia tam ista, quàm aliæ exceptiones consueuerunt opponi maliciose ad litis protractionem uel prorogationem, vnde iudex potest cogere excipientem, ut præstet iuramentum, quòd eas malitiosè non proponit. de quo in Specu. de exceptio. c. 2. versi. potest etiam iudex. nam hoc iuramentum de malitia potest in quacunque parte litis iudex exigere, quando sibi uidetur expedire, ut de iura. calu. c. 2. ulti. respon. lib. 6. & contra aduocatum maliciosè exceptiones tales pro reis confingentem uidendum est in spe. de exceptio. §. uiso. versi. hanc igitur circa fin. Contra uerò prædictam exceptionem excommunicationis potest replicare actor isto modo.

SVMMARIVM.

1 *Forma replicandi contra exceptionem anormalam.*
2 *Forma duplicandi contra replicationem.*
3 *Pronunciandum an sit super exceptionibus Rei & actoris, & super quibus. & nu. 4.*
5 *Exceptio mista quæ dicatur, & quando opponenda sit.*

CAPITVLVM LX.

1 COram † uobis honorabili domino iudice &c. procurator talis actoris contra exceptiones pro parte talis Rei sibi oppositas replicando proponit, & dicit, quòd prædicta exceptio opposita in facto non est uera nec admittenda, quia licet prædictus actor aliàs per talem iudicem fuit excommunicatus, ipse tamen ab eadem sententia est per ipsum iudicem absolutus, ad quod probandum literas absolutorias producit, & petit per uos pronunciari prædicta exceptione non obstante in causa esse procedendum & procedi ad ulteriora. uel sic. Coram uobis &c. Et dicit quòd præassignata exceptio non procedit, sed friuola est, & frustratoria. nec eius prætextu debet actor ab agendo præcludi, cum ipsa excommunicationis prætensa sententia, quam allegat, nulla sit, & irrita ipso iure, eo quòd intolerabilem continet errorem, uel pro eo quia ante sententiam eandem assertam ipse actor ab ea & prædicto iudice eam proferendo ex causa legitima appellauit. uel quia ipsa sententia est per non suum iudicem lata. Istæ replicationes probantur de arbi. c. innotuit. de consue. c. ad nostram, de sent. excom. c. per tuas, cum simi. de iudi. c. at si clerici, cum concor.

2 ¶ † Reus autem potest duplicare sic dicendo contra replicationem scripturæ pro parte talis actoris contra exceptiones talis Rei oblatas proponit procurator ipsius Rei duplicando. & dicit quòd ipsa replicatio prætensa est irrita & inualida, nec exceptionem ipsius ueram & legitimam afficere poterit uel uitiare, cum ille a quo actor se absolutum asserit, absolutionis tempore minime habuit absoluendi potestatem. Quare petit procurator ipsius rei prædictis suis exceptionibus inhærendo, per uos pronunciari & fieri, prout in ipsis exceptionibus est petitum, & actorem sibi in expensis condemnari. Propositis ergo exceptionibus, replicationibus, duplicationibus, & aliquando triplicationibus, & quatriplicationibus, tandem partes ulterioribus super hoc altercationibus renunciant, & petunt interloqui super exceptione uel replicatione sua. Iudex ergo per suam interlocutoriam pronunciabit super exceptione, an obstet, uel non, uel si super ea inductæ sunt probationes, an sit probata,

3 uel non,† quia tales exceptiones dilatoriæ sunt, & di-
4 cuntur emergentes,& super illis est pronunciandū,† sed sup incidēti non sic necesse est pronūciari,de quo ple.de ordi.cog.c.1.Et an sit pronunciandum super exceptione Rei,uel replicatione actoris,not.ple. in prædicta decreta. a nobis, de exceptio. quia si exceptio est emergens, tunc quantuncunque sequatur replicatio,duplicatio,triplicatio &c. satis erit super exceptione pronunciādum,
5 ut no.ibi.¶† Est etiam ut dixi exceptio mixta.ut si Reus dicat se debitum petitum sub conditione promisisse, videlicet si ascenderet capitolium &c. ista uocatur mixta, quia dubium est an sit dilatoria an peremptoria. nam si extabit conditio,erit dilatoria;si nunquam extabit, erit peremptoria. Quando ergo sit opponenda an ante litem contest.uel post,tangit Guli.in Specu.tit.de excep.§. fin

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones peremptoriæ post litem contestatam regularietr proponi debent.*
2 *Exceptio peremptoria tribus casibus ante litem contestatam tantum proponi potest,& qui isti sint,uide.*
3 *Præiudicialis exceptio uel positio quot modis dicatur.*
4 *Exceptiones quæ sint proponendæ ante litem contest.& quæ post ante tamen sententiam,& quæ post sententiam,& quare.*
5 *Peremptoriarum exceptionum aliæ propriæ exceptiones sunt, & aliæ defensiones,& quæ illæ & istæ sint.& nu.6.*

CAPITVLVM LXI.

1 EXceptiones† autem peremptoriç ante lite.contes.
2 regulariter locum non habent,sed post. † Excipiū tur tres casus,videlicet quando excipitur de re iudi.transacta,uel finita.istæ tres peremptoriæ sunt priuilegiatæ.quia ante lit.contest.opponi possunt,& ipsam litis contesta.impediunt,ut in c.1.de lit.contest.lib.6. habent naturam præiudicialium,quæ sic processui præiudi-
3 cant.† Et quomodò quatuor modis dicitur positio, uel exceptio præiudicialis not.de ordi.cog. c. 1. ubi de hoc institu.de actio.§.præiudiciales & in c. exceptionem de
4 lit. conte.lib.6. ¶† Aduertendum ergo quòd sunt aliquæ exceptiones peremptoriç,quæ proponi possunt & probari ante litem contest.& post usque ad conclusionem causæ. ut sunt prædictæ tres priuilegiatæ. Aliquæ sunt quæ non possunt ante lit.contest.opponi sic, ut lit.contest.impediant, sed solum post lit.contest.usque ad sententiam diffinitiuam seu conclusionem causæ,& istud est regulare.Item sunt aliquæ,quæ etiam post sententiam possunt opponi & probari,etiam si a sententia non fuerit appellatum,sicut est exceptio compensationis, de qua de ordi.cog.c.ulti. de fi.instr.c.cum Ioannes in Spec.de appella.§.ulti.uersi.sed nunquid in causa. unde exceptionum peremptoriarum aliquæ sunt q̄ non stant per se, sed stant inquantum cōcernunt principales actiones, ut exceptio per pactum de non agendo, & similes,tales non opponuntur post sententiam,nisi in causa appellationis, quia uis seu effectus illarum tollitur per sententiam.Aliæ sunt quæ stant per se sic, quòd sui natura non concernunt principalem actionem,& sic uis illarum non tollitur per sententiam,sicut exceptio compensationis,& ideo opponitur etiam post sententiam, de quo tamen dicendum, ut not.de ordi.cog.c. ulti.& casus, in quibus opponitur exceptio peremptoria post sententiam, ponit Guli. in specu.de exceptio.§.dicto uersi.ubi autem a sententia.& Host.in sum.eod.tit.§.& quando uersi.in casibus tamen.
5 † Item peremptoriarum aliquæ dicuntur propriæ exceptiones,& aliæ defensiones.Propriæ exceptiones dicuntur,quæ ipso iure tollunt obligationem naturalem & ciuilem,sed istam ope exceptionis elidunt, uel destruunt; unde melius exceptiones elisoriæ quàm peremptoriæ uocarentur,& non perimunt actionem, sed elidunt, ut exceptio pacti de non petendo imperpetuum,& iurisiuran
6 di,& similes.† Defensiones uocantur, quæ ipso iure tollunt & perimunt omnem actionem scilicet ciuilem & naturalem, ut solutio,acceptilatio,de quo in Specu. de exceptio.in prin.Istæ licet defendant reum, non tamen excludunt,uel elidunt actionem,cum nulla sit actio subor ta. Aliqui tamen ut Franc. Vercellensis uolunt dicere, quòd differentia uerborum huiusmodi respicit solum usum & modum duplicem alloquendi, quo rei utūtur,dicendo,excipiendo,proponendo,uel ad iuris mei defensionem propono. uel ut ipse dicit, defensio potest dici, quæ reum probabiliter defendit,sed exceptio,quæ realiter elidit.de quo per Io.And.in d.c.1.de lit.contest.lib. 6.in nouel.si ergo reo deficiunt dilatoriæ, si habeat aliquam de peremptoriis priuilegiatis lit. contest. impediētibus,potest se ad illam conuertere,& opponere eam ante lit.contest.Et erit tunc forma exceptionis ista.

SVMMARIVM

1 *Forma exceptionis peremptoriæ.*
2 *Exceptionem peremptoriam tutius est differre post litem contestatam,& quare.*
3 *Exceptio rei iudicatæ ut obstet,plura requiruntur,& uide quæ illa sint.*
4 *Transactæ rei exceptio ut ualeat,quæ requirantur.*

CAPITVLVM LXII.

1 COram uobis † honorabili uiro domino officiali procurator procuratorio nomine talis Rei proponit & dicit excipiendo,q̄ alia uice inter prædictum Actorem & Reum præfactum coram tali iudice ipsius Rei competente de & super prætenso debito per ipsum Actorem ab eodem Reo, etiam ex eadem causa tūc petito,uel de & super re in prætenso ipsius actoris libello petita, quam actor ad se generaliter uel ex causa tali uel eius asseruit pertinere,extitit litigatum, & ipse actor ab eodem iudice sententiam diffinitiuam reportauit cōtra se,per quam reus ipse ab eius impetitione fuit absolutus,quę sententia appellatione non suspensa in rem transiuit iudicatam.uel sic.Coram uobis &c.usque extitit litigatum,& tandem partes ipsæ sponte & libere super huiusmodi quęstione & lite transegerunt sic, quòd ipsa causa per transactionem sopita est & extincta. vnde ipse Actor nunc sopitam eo modo quæstionem & resuscitare & reformare præsumens,super hoc obstante sibi re iudicata uel transactione prædicta audiendus non extitit. Quare prædictus procurator petit per uos pronunciari, & decerni, & declarari, præfactum actorem super petitione sua & causa huiusmodi non esse ulterius audiendum, nec ad agendum fore admittendum, prædictum Actorem Reo in expensis condemnetis legitimis.Ita debet peti quando exceptiones istæ opponuntur ante lit. contest. & tunc etiam secundum istam petitionis formā habet iudicis pronunciatio fieri.ut not.in c.1.de lit. con-
2 test.lib.6.† propter quod tutius esset exceptionem talem differre post lit.contest. quia tunc absolueretur reus super principali.ut ibi not.de quo in Specu.de exceptio.§.
6 d.in ulti.car.† Ad hoc autem,ut obstet exceptio rei iudicatæ, plura habent concurrere. videlicet quòd idem sit corpus,seu quantitas,idem modus petendi,eadem conditio personarum, & quòd reus non possedit rem post sententiam petitam ab eo.ut not.in c.pen.de exceptio. & in
4 alleg. c.1.de lit.contest.lib.6. † Item ad ualiditatem & efficaciam exceptionis transactionis requiritur, quòd transactio tenuerit.vnde potest Actor contra prædictas exceptiones replicare sic dicendo.

SVMMARIVM.

1 *Forma replicandi contra exceptiones peremptorias.*
2 *Exceptiones peremptoriæ priuilegiatæ an opponi possint post terminum dilatoriarum.*

CAPITVLVM LXIII.

1 PRocurator† talis Actoris replicando contra prçtensas exceptiones talis Rei proponit & dicit, quòd licet alias inter partes super eadem re uel eodem debito fuerit coram tali litigatum, & sententia lata diffinitiua, nec per appellationem suspensa, quia tum ille, coram quo partes litigabant, nullam habuit iurisdictionem inter partes, uel sententia diffinitiua per eum lata, fuit, & est nulla ex tali causa. uel Actor tunc rem uel debitum petebat ex alia causa. uel agendi modus est uariatus, quia tunc agebatur ad hoc, nunc autem ad illud agitur. uel transactio præassignata dolosè est irrita, & nulla ex tali causa &c. de quibus replicationibus not. in alleg. c. 1. de lit. contest. lib. 6. & in Specu. de exceptio. §. d. uer. 2 hoc quoque notandum. † An autem istç exceptiones peremptorię priuilegiatç opponi possint post terminum dilatoriarum, late tractat Io. An. in addi. Spec. de dila. §. 1. & sibi placet quòd sic, per rationes quas ibi adducit.

SVMMARIVM.

1 *Reconuenire actorem quando reus possit.*
2 *Reconuentionis libellus quo tempore sit offerendus. & nu. 3.*
4 *Ordo qui seruandus sit in causa conuentionis & reconuentionis libellis illaqueata.*
5 *Iudex in causa reconuentionis quando latiorem habeat potestatem.*
6 *Reconuenire actorem, uel saltem de reconueniendo eum qui ante litem contestatam protestare neglexit, quod refugium habeat. & nu. 7.*
8 *Reconuentio quibus casibus non admittatur. & nu. 9.*
10 *Actor reconuentus an habeat inducias deliberatorias.*
11 *Cautela aduocatorum, ne respondeat libello actoris; & de remedio illius.*

CAPITVLVM LXIIII

1 SI uero † Nec prædictę exceptiones peremptoriæ reo competant, sed habeat aliquam actionem contra actorem, potest eum coram eodem iudice reconuenire, siue iudex sit ordinarius siue delegatus. de mutu. peti. c. 1. de rescri. c. dispendia. §. Reus quoque, lib. 2 6. † Offerat ergo Reus tunc Actori libellum reconuentionalem ante lit. contest. quia reconuentio habet sic ante 3 lit. contest. & postea non habet locum † nisi præmissa ante lit. contest. protestatione de reconuentione facienda statim post lit. contest. secundum communem doctorum opi. licet Inno. & Ber. uidentur tenere eam fieri posse etiam post lit. contest. & ante conclusionem causæ. & ista opinio communiter reprobatur in alleg. c. 1. de mutu. peti. quia reconuentio ut dicit Ioan de Lig. est uerum respectiuum concernens conuentionem, & respectiua sunt simul tempore. etiam probat hoc ordo rubricarum. 4 † & tunc oblato libello reconuentionali huiusmodi causæ sic iure conuentionis & reconuentionis illaqueatę uicissim, scilicet mutuis uicibus tractandæ sunt, & sub una sententia terminandæ, de ordi. cog. c. 2. & in c. 1. statim alleg. ita quòd lite contest. super libello Actoris per reũ, Actor etiam statim contestabitur, & primò iurabitur super conuentione, secundò super reconuentione, & sic fiat de singulis terminis & actibus in causis huiusmodi ser-5 uandis, ut ibi not. † Si tamen iudex aliàs quàm per reconuentionem est iudex, circa obseruationem talis uicissitudinis sibi latior est potestas habenda. de quo per Io. An-6 in addi. Specu. de reconuen. §. uidendum. † Si autem neglexit Reus Actorem reconuenire ante lit. contest. uel incontinenti post protestatione prius facta, ut est dictum, tunc si causa pendet coram delegato, & reus uult Actori mouere actionem, quia hoc non potest uia reconuentionis, oportet ipsum rescriptum ad eundem iudi-7 cem impetrare. ut in d. c. dispendia, de rescrip. lib. 6. † sed si causa est coram ordinario, tunc reus poterit reconuenire Actorem coram eo quandocunque, etiam si sit ordinarius partis utriusque, sed tunc cessabit uicissitudo pro-8 cessus, quia quælibet lis causæ, currit marte suo. † in certis tamen casibus non admittitur recõuentio, ut si Actor conuenit reum possessorio scilicet interdicto, unde ui, non poterit Actor per eum reconueniri, nisi de alia spoliatione, ut in c. ulti. de ordi. cog. Et ibi etiam not. de spoliatione in modum exceptionis opposita, & in c. 2. de or-9 di. cog. & in c. frequens, de restit. spo. lib. 6. † hoc est uerum Actore inuito, sed eo consentiente procedit reconuentio, ut de restitu. spo. c. 1. Et casus, in quibus non procedit reconuentio, not. de arbi. c. cum dilectus in glo. & 10 super ea. † An autẽ Actor debeat habere inducias deliberatorias super libello Rei reconuentionali. no. de mu. 11 peti. c. 1. & dicitur quod sic, si uoluerit. † unde maliciosi aduocati reorum adueniente termino, in quo debent respondere libello Actoris, si deficiunt ei exceptiones, tunc ad prorogandum & differendum lit. contest. porrigunt libellum reconuentionalem, ut sic non respondeat libello Actoris, donec Actor eorum libello se paratum offerat respondere, & sic si Actor uelit statim respondere renunciando delib. ratoriis, prædicta malicia non iuuabit, quia ipsi respondere cogentur.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio est secunda pars processus, & fundamentum litis seu iudicii.*
2 *Reus quibus sibi deficientibus debeat libello actoris respondere*
3 *Litis contestatio quomodo & quando fit.*
4 *Litis contestatio ad hoc ut inducta sit, quæ requirantur.*
5 *Litis contestatio per propositionem actoris, & Rei responsionem raro inuenitur in practica.*
6 *Litis contestatio quid sit.*

CAPITVL VM LXV.

1 EXpedita † Isto modo prima parte processus seu ordinis iudiciarii, ueniamus nunc ad secundam scilicet ad inchoationem ipsius iudicii seu litis, quæ habet fieri per lit. contest. cum ipsa sit litis seu iudicii fun-2 damentum de lit. conte. c. unico. † Si igitur reo deficiunt exceptiones dilatoriæ, uel peremptoriæ priuilegiatæ, & ipse nec potest nec uult Actorem reconuenire, debet in 3 termino statuto libello respondere. † Et ad hoc ut lit. contest. debite fiat, Actor uel eius procurator habet proponere contenta in libello, & iudex eis propositis uel etiam ipse Actor interrogare reum, utrum proposita in libello credat esse uera, & petita fieri debere, & sic reo respondente fit lit. contest. & hoc est, quod dicit text. in c. unico de lit. contest. quòd per petitionem in iure propositam & responsionem sequutam fit lit. contest. unde non sufficit libellum esse oblatum & responsionem per reum factam ad hoc ut inducta sit lit. contest. quia libellus non 4 loquitur per l. unicam. C. de lit. contest. † requiritur ergo quod Actor contenta in libello suo proponat, & reus respondeat, si tamen inuenitur in actis oblatus libellus, ac scripta sufficiens Rei responsio per propositionem & interrogationem, præsumitur lit. contest. interueuisse. ut 5 not. in alleg. c. unico de lit. contest. † Et quòd inueniatur proposito & interrogatio, raro inuenitur seruatum in practica, de quo in Specu. de lit. contect. §. 1. uersicu. sic 6 igitur. † Et est lit. contest. fundamentum iudicii per petitionem

tionem in iure propositam & congruam responsionem ad iudicis interrogationem secutam, animo litem contestandi factam. quo omisso, si in figura iudicii procedatur uexantur inanibus laboribus & sumptibus litigantes, & illam diffinitionem, quæ est Host. ipse per singula membra declarat, & ponit post eum Ioan. And. in c. unico de lit. contest. & fit communiter per reum sub ista forma.

SVMMARIVM.

1 *Forma uerborum, quibus fit inter partes litis contestatio, & per tabellionem in actis redigitur.*
2 *Respondens soli narrationi libelli, quæ dicere habeat.*
3 *Clausula, Animo litem cotestandi, an necessario sit exprimenda. et nu. 4.*
4 *Responsio qualibet Rei an inducat litis contestationem.*

CAPITVLVM LXVI.

1 PRocurator† & procuratorie nomine. A. respondendo prætēso libello talis actoris narrata prout narrantur, negat esse uera. & dicit petita in ipso fieri nō debere animo litem contestandi. & tunc scribat tabellio lit. contest. esse facta in hoc modo. Anno tali, die tali, &c. Coram tali iudice prædicto eo sedente pro tribunali comparuit talis Actor uel talis eius procurator, ac petitionem suam in ipsius libello contentam uerbo proposuit, & dominus prædictus uel Actor seu ipsius procurator talē reum uel ipsius procuratorem super propositis & petitis, an ea crederet fore uera & petita fieri debere, interrogauit, qui ad interrogationem huiusmodi respondens, narrata & proposita in eo negauit esse uera, & dicit petita fieri non debere animo litem contestandi. Vel sic responsionem suam fecit, & in scriptis obtulit in hæc uerba, talis procurator, litisque conte. sic facta, iudex ipsis partibus uel procuratoribus partium ad præstandum uel ad præstari uidendum huiusmodi calumniæ iuramentum diem talem pro termino assignauit. Sed tabellio ordinarii sic solet scribere. Talis reus uel talis procurator in præsentia talis Actoris uel procuratoris respondendo libello Actoris negauit narrata in ipso, prout narrantur, esse uera, & dicit litem contestando petita fieri non debere, & iurabitur de calumnia die tali. Et per istam Rei responsionem respondetur ad narrata & petita in libello, & exprimitur animus scilicet animo litem contestandi &c. ut patet in forma. 2 † Si tamen fit responsio ad solam narrationem uel ad solam causam, ex qua petitur. dicunt. Pe. Abb. Host. & Io. And. quòd facta est lit. contest. quia per negationem causę sequitur negatio effectus; & negatis narratis negatur conclusio, quæ sequitur ex narratis. 3 † Quòd autem non sit necessaria declaratio, uel expressio animi, uidelicet quòd dicat reus, animo litem contestandi, est decisum in rota. q. 88. quæ incipit item si pars rea. & determinat Guli. in Specu. de lit. contest. §. 1. uersicu. quid si proponuntur. quia præsumitur animus, ex quo sunt uera apta. 4 † unde si reus diceret aliqua uerba apta ad lit. contest. non tamen per ea uellet litem contestare, sed diceret ea ad iudicis instructionem, deberet de hoc protestari, de quo de fo. compe. c. at si cleri. & not. in alleg. c. unico de lit. contest. & per prædictam responsionem formaliter, & communiter fit lit. conte. † An aūt per responsionem iuris, ut si reus dicat, uolo uel nolo litigare nel contendere, uel, non credo me debere, sed si debeo, paratus sum soluere. uel dicit ad Actorem, Tu mentiris per gulam. uel respondet de credulitate &c. lis sit per hoc contestata? not. in alleg. c. unico de lit. conte. & in Specu. §. 1. uersicu. & si reus confitetur. si libellus præcessit per talem responsionem est facta lit. conte. de quo de elect. c. dudum. & dixi alias circa materiam libellorum, quod tamen quidam legistæ impugnant. de quo ple. per Ioan. Andr. in additio. Specula. de lit. contesta. §. 1. super uersicu. si reus non negat. gloss. quæ incipit sic.

SVMMARIVM

1 *Iuramentum calumniæ continuò post litis contestationem est præstandum, postea in quacunque parte litis potest exigi.*
2 *Iuramenti calumniæ omissio an uitiet processum.*

CAPITVLVM LXVII.

ET quia† Vt dictum est facta lit. contest. iudex assignat partibus terminum ad iurandum de calumnia. quia illud ex ordine statim succedit, cum in ipso litis exordio sit præstandum. de iura. calum. c. 1. & exponitur ibi idest post primum litis exordium, scilicet immediate post lit. contest. eo. tit. c. cum causam 2 † si tamen non fuerit iuratum in exordio, poterit postea in quacunque parte litis præstari. ut eod. titu. c. 1. lib. 6. etiam si in tota causa omissum fuerit, tacite per hoc non uiciatur processus, ut ibi in responso secundo, & quod dicitur iuramentum calumniæ debet subintelligi, scilicet uitandæ. sicut dicitur, habeat unusquisque suam propter fornicationem scilicet uitandam, non committendam. 16. dist. c. uerum.

SVMMARIVM.

1 *Calumnia quid sit.*
2 *Iuramentum calumniæ habet quinque capitula; & quæ illa sint, uide.*

CAPITVLVM LXVIII.

1 EST autem† Calumnia, quando quis scienter & iniuste agit, uel resistit. ut in l. 1. ff. ad turpil. §. calumnia. 2. q. 3. c. si quem pœnituerit. §. notandum. & habet hoc iuramētum quinque capitula, quæ ponit Ber. de iure. cal. c. 1. in 4. glo. & de hoc ponit ibi uersus uidelicet. 2 † Illud iuretur, quòd lis sibi iusta uidetur, & si quæretur uerum, non inficietur. Nil promittetur, nec falsa probatio detur. Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur. Iudex ergo faciat iurare actorem primò uel eius procuratorē habentem tñ ad hoc speciale mandatum sub hac forma.

SVMMARIVM.

1 *Forma iuramenti calumniæ exigendi ab actore.*

CAPITVLVM LXIX.

1 TV iurabis† quòd calumniosè non petis, sed quòd te credis & æstimas iuste petere. uel secundum alios dicat. Tu iurabis te litem istam calumniandi animo non mouisse, nec mouere, nec moturum esse. Item quòd ueritatem super his, de quibus interrogaberis, respondebis, & eam non negabis. Item quòd non uteris scienter falsa probatione. Item quòd non corrupisti nec corrumpes iudicem uel tabellionem. Item nec dedisti nec dabis, nec permisisti nec promittes aliquid per te uel interpositam personam pro hac causa, ut sententia feratur pro te, nisi illis personis quibus iura dare permittunt. Item quòd dilationes non petes gratia litis differendæ, & concludendo dicat iudex. & ita iuras, sicut ego dixi, uerum esse & ita seruabis. sic te deus adiuuet, & hoc sancta dei euangelica. Consulit tamen Guli. in Specu. eo. titu. §. nunc dicamus in princ. quòd ultimum priuata de dilatione ad euitationem periurii multorum omittatur.

SVMMARIVM.

1 *Forma iuramenti de calumnia exigendi a Reo.*

In

2 In iudiciis, ubi uterque gerit personam actoris & rei, partes, & pro eis interuenientes quomodo iurabunt de calumnia.
3 Procuratores iurant in animas dominorum, non in propriam, nisi in iuramento calumniæ.
4 Iuramentum calumniæ ob quas causas fuerit iuramentum.

CAPITVLVM LXX.

1 DEinde † Iudex conuertendo se ad reum uel eius procuratorem dicat sibi. Et tu iurabis quòd putas te petioni Actoris iustè contradicere, & ita uerum esse, & te obseruaturum in defendendo, sicut ille iurauit in agendo, sic te Deus adiuuet &c. † In omnibus autem iudiciis, ubi uterque gerit personam utriusque scilicet actoris & Rei. ut de proba. c. ex literis. uterque præstet iuramentum actoris & Rei; partes uerò uel procuratores earum se breuiter expediendo dicunt. Ego iuro iuramentum de calumnia cum omnibus capitulis & suis clausulis, sic me Deus adiuuet &cæt. omissa expressione capitulorum. Et iurant procuratores in animas dominorum suorum, & non propriam. sed quia procurator calumniari potest, sicut dominus, procurator etiam iurare debet in animam propriam de iura. calum. c. 2. responso. 2. lib. 6. unde Dominus non incurrit periurium ex facto procuratoris, nisi ipse Dominus sit in culpa, de quo in c. ulti. de iureiuran. in 6. & in cle. 2. de procur. in ulti. glo. † Et iuramentum istud de calumnia est inuentum, ut eliciatur ueritas. Item, ut timore iuramenti litigantium temeritas compescatur. Item, ut iuramenti timore iurans immemor suæ salutis, quo ad alia capitula non efficiatur. & ita not. de iura. calum. c. cæterum in gloss. 2. & super ea.

SVMMARIVM.

1 Iuramentorum, quæ a partibus in iudicio præstantur, quatuor sunt genera.
2 Iuramentum malitiæ quando deferendum sit.
3 Iuramentum calumniæ quando, & in quibus causis præstetur.
4 Iuramentum aliud est de ueritate dicenda.
5 Iuramentum decisorium a quibus deferatur, & ad quæ.
6 Iuramenti, quod exigitur a iudæo, forma quæ sit.
7 Iuramentum si aliqua partium præstare recusabit, qua pœna mulctabitur.

CAPITVLVM LXXI.

1 Est autem † Aduertendum, quòd habemus quatuor genera iuramentorum, quæ præstatur a partibus in iudicio, † uidelicet Iuramentum de malitia, quod potest deferre iudex, quando sibi uidebitur expedire, ut etiam tactum est circa excommunicationes. † Item iuramentum de calumnia, & illud statim præstari debet post lit. contesta. ut dictum est supra, & præstatur hodie tam in spiritualibus, quàm in ciuilibus, ut de iura. calum. c. 1. lib. 6. respōso. 2. ac etiam in criminalibus, de quo tamen sunt opiniones, ut not. eod. titu. c. 1. † Item iuramentum de ueritate dicenda quod in spiritualibus præstatur. † Item decisorium iuramentum, quod defert iudex actori in supplementum probationum, uel reo ad suam innocentiam ostendendam, uel etiam pars parti, iuxta formam. c. ulti. de iureiuran. † Formam autem iuramenti, quod præstatur a iudęo, ponit Guli. in Specu. eod. titu. §. restat uersicu. sed pone. † & si aliqua partium recusaret præstare iuramentum illud, habebit pœnam, de qua in c. ulti. de iura. calum. §. pœna, quæ est ut Actor ab instituta actione cadat per sententiam. reus uerò condemnationem patiatur, quia pro confesso habetur, ut in prædicto. c. fi. in glo. Et tabellio prædicta scribat in actis sub hac forma.

SVMMARIVM

1 Forma scribendi in actis iuramenti calumniæ præstationem.

CAPITVLVM LXXII.

1 DIe tali † Anno quo supra comparuerunt in iudicio coram domino iudice supradicto ipso in loco suo solito pro tribunali sedente talis actor uel talis ipsius procurator ex una parte, & Reus uel eius procurator ex altera parte; & ibidem partes huiusmodi uel earum procuratores, primò actor uel suus procurator, deinde reus uel suus procurator cum capitulis & clausulis suis calumniæ iuramentum præstiterunt, quo præstito prædictus Dominus iudex Actori præfato uel suo procuratori diem talem ad ponendum & articulandum, ac parti reæ ad hæc fieri uidendum in causa huiusmodi pro termino assignauit. Notarij ordinariorum breuius scribut more solito, scilicet Die tali, anno tali, iuramentum per partes uel earum procuratores de calumnia præstitum, & articulabitur die tali.

SVMMARIVM.

1 Positiones & articulos quo tempore actor offerre debeat. & nume. 9.
2 Positiones usu prius, postea a quo tempore per ius canonicum fuerint approbatæ.
3 Positiones qua uocabulorum diuersitate uocentur.
4 Positiones & articuli ad quos effectus fiant.
5 Positio quid sit, & unde dicatur, & nu. 6.
7 Articulus unde dicatur.
8 Articulandi ars quem gradum in curia romana teneat, & quomodo uel summi iuriscon. antiquis aduocatis prius assistere debeant.
10 Positiones super quibus rebus sint faciendæ.

CAPITVLVM LXXIII.

1 TErmino ergo † prædicto adueniente Actor habebit offerre positiones & articulos. & istas usus longeuus in causis admisit. ut in cle. sæpe. de uerb. signi. † Sunt ergo abusu inductę positiones, & postea per ius canonicum approbatæ, scilicet a tempore Grego. 9. quia ante eum de positionibus non habebamus expressum ius, sed per eum in c. dudum. 2. de electio. & in c. unico de lit. contesta. † Et quomodo uocantur aliquando tituli, aliquando intentiones, quandoque capitula &c. not. de causa pos. c. cum ecclesia, de testi. c. præsentium lib. 6. & in cle. sępe, de uerbo. sign. † Et fiunt positiones ad faciliorem litium expeditionem propter partium confessiones, & articuli ad clariorem probationem, ut dicit text. in cle. sępe alleg. † Et positionum plures dantur diffinitiones, quarum aliquas ponit Gul. in Specu. de posi. §. 1. & aliquæ notan. de confes. c. 1. lib. 6. in gloss. 1. & super ea. † & quomodo dicitur positio, eo quòd super positionibus lis ponitur ueluti super fundamento, quia eis confessatis & negatis lis ulterius procedit uel non ibi etiam not. per Io. An. in nouella. † Articulus autem dicitur quod arctato, idest arte ponitur, & arctat ad respondendum, ut in c. pręsentium supra alleg. super gloss. articulus. & est nomen diminutiuum designans aliquid particulare a genere suo per debitas circūstantias decisum, de hoc de offi. delega. c. super quęstionum. & not. Ioan. Andr. in addi. Specu. de positio. §. 1. quod dicit ipse in addi. Specu. de testib. §. nunc uidendum in prin. † quòd ars articulandi inter causidicos summum tenet gradum in curia romana, & maxime in beneficialibus deuolutis, unde consuluit ipse ibi, quòd caueant curiam intrantes quantuncunque sint magni magistri, ne suo capite in prin. hanc artem assumant, sed antiquis aduocatis assistant,

ſtant,uel etiam ſecum habeant procuratores & expertes.& ibi in materia Ioan. Andr. circa eundem.§. inſtat 9 & pulchre etiam illam materiam tractat.† & poſitiones & articuli iſti iuſto litis ſeu iudicii ordine ſeu loco fiunt 10 ſcilicet poſt lit.conteſta.& iuramentum calumniæ.† ſuper principali tamen quandoque ſunt faciendę probationes,ſi fieri poſſunt, de quo in Spe.de po.§.4.in princi. quia ſi reus habet probare exceptiones,uel Actor replicationes ſuas,habet redigere exceptiones ſeu replicationes in poſitiones & articulos.

SVMMARIVM.

1 *Poſitiones formans quid conſiderare debeat.*
2 *Poſitio,uel etiam confeſſio,non ualet niſi ſuper re,de qua agitur.*

CAPITVLVM LXXIIII.

1 AD formas Igitur poſitionum hac uia peruenitur, nam formans eas habeat libellum præ oculis,& ex eius tenore ſumat, & formet eas. & diligenter conſideret quid habeat neceſſe probare,& ſuper om 2 nibus quæ probare uelit,faciat poſitiones.†nec ualet poſitio aut etiam confeſſio,niſi fiat ſuper re,de qua agitur, de quo in Specu.de poſi.§.5.alias primò. verſicu.regulariter autem de quo etiam de confeſ.c.1. & 2.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Forma offerendi poſitiones, & earum conficiendarum in actione reali.*
2 *Poſitiones ſic ſunt formandæ,ut intetionem ponentis fundent,conſiderata natura propoſitæ actionis.& quomodo in publiciana.*
3 *Poſitiones dari debent per iuramentum,& qui dat contrarias incurrit periurium.*

CAPITVLVM LXXV.

1 IN actione† Ergo reali,ſicut uiſum eſt ſupra in forma prima libelli, ordinet poſitiones ſuas Actor ſic. Poſitiones & articulos infraſcriptos ac cōtenta & ſcripta in eis omnia & ſingula dat,facit, & exhibet coram uobis honorabili domino iudice.N. procurator procuratorio nomine actoris medio ſuo iuramento in tali cauſa &c. quibus omnibus petit ſingillatim per talem reum reſponderi per iuramentum ſufficienter & clarè per uerbum credit,uel non credit,offerens ſe ad probandum negata, ad ſuperfluam tamen probationem ſe non aſtringens.In primis ponit & probare intendit, quòd anno tali tempore contractus de quo infra talis.A. in campo talis loci talem fundum, cuius confines etiam ſpecificentur,habuit ad eum pertinentem.Item quòd idem.A. anno prædicto de menſe tali fundum prædictum. B. actoris prædicto ementi uendidit pro precio tot florenorū. Item quòd ipſe.B.Actor præcium præexpreſſatum præ- 2 dicto ſuo uenditori numerauit realiter,& perſoluit.†uel ponatur,ſi non eſt facta ſolutio , quòd uenditor de precio fidem habuit &c. ut in forma libelli. Item quòd.A. uenditor memoratus fundum prædictum & eius poſſeſſionem realiter tradidit. B. emptori antedicto. Item quòd.A. Reus predictus eundem fundum a tali tempore detinuit,occupauit, detinet, & occupat, fructuſque,ex eo prouenientes percepit & percipit, & eum. B.actori reſtituere liberum & uacuum dimittere ſeu aſſignare cum fructibus perceptis refragatur in periculum animę ſuæ.Item quòd de præmiſſis omnibus & ſingulis fuit & eſt publica uox & fama. Dat etiam libellum pro parte ſua oblatum cum poſitionibus & articulis ac producta & producenda in huiuſmodi cauſa inquantum faciunt pro parte ſua, & non ultra.nec non denotari ſignis & ſigillis.ſaluo iure addendi,minuēdi, ſupplendi,& declarandi ut moris eſt.Et poſitiones ſic ſunt formandæ, ut intentionem ponentis fundent,conſiderata natura propoſitæ actionis.Si igitur Actor agit de dominio rei petitæ, habet conſiderare quæ ſunt neceſſaria in probatione dominii,& quæ ſunt iſta, tactum eſt ſupra circa primum libellum,ut not.Guli. in Specu. de loca.§. nunc aliquo uer.6. Si agit publiciana conſideret quæ ſunt neceſſaria in ea, & ſic de aliis de quo in Specu. depoſi.§. quintò. ad fin. Et debent fieri poſitiones de contentis in libello ,uel ad ea pertinentibus.& iudex debet conſiderare eas , an faciant ad cauſam uel non,ut poſtea patebit & not.in c.1. 3 de confeſ.lib.6.†Et debent dari poſitiones per iuramentum,& qui dat contrarias incurrit periurium. de quo de iureiur.c.ulti.lib.6.Et tabellio ſic ſcribat.

SVMMARIVM.

1 *Forma ſcribendi in actis poſitionum præſentationem,& capiæ petitionem.*
2 *Peremptoriè,in quibus terminis ſit exprimendum, & in quibus omiſſum intelligatur.*

CAPITVLVM LXXVI.

1 ANno † tali,die tali, talis Actor uel talis eius procurator comparuit coram domino iudice antedicto, ac poſitiones & articulos obtulit infraſcriptos, quibus per partem aduerſam reſponderi petit & eam ad hoc cogi poſtulauit.Ex aduerſo prædicto domino iudice adhuc pro tribunali ſedente,talis Reus uel talis procurator ſuus comparuit coram eo, & poſitionū & articulorum prædictorum copiam ſibi decerni,ac terminum ad dicendum contra,uel reſpondendum eiſdem, competentem petiit aſſignari. prædictus ergo dominus iudex copiam huiuſmodi prædicto reo uel eius procuratori fieri decreuit , & diem talem ad dicendum contra poſitiones & articulos huiuſmodi uel eis reſpondendum pro termino aſſignauit. Si coram ordinario ſcribat ſic tabellio.Exhibitis his poſitionibus & articulis p talem Actorem eiuſue procuratorem in præſentia talis Rei uel procuratoris talis,anno tali die tali reſpondebitur, uel ipſis impugnabitur per reum uel eius procurato 2 rem die tali.† & in huiuſmodi aſſignatione terminorum aliquando non exprimitur,peremptoriè,quia iſti termini peremptorii intelliguntur,licet non exprimatur. ut in c.paſto.de excep.niſi fieret citatio uel aſſignatio ad ſententiam audiendam,ut ſuo loco patebit.

SVMMARIVM.

1 *Poſitionum & articulorum forma in actione perſonali.*

CAPITVLVM LXXVII.

1 IN actione† vero perſonali ſic formantur poſitiones & articuli &c.ut ſupra. in primis igitur ponit & probare intendit quòd A. Actor prædictus præfato.B. Reo mutuauit uel mutui cauſa numerauit.10.libras denariorum talis monetę. Item quòd idem B. debitor huiuſmodi mutuatam ſibi pecuniam prædicto A. ſuo creditori ſoluere permiſit in tali termino , & loco bona fide. Item quòd huiuſmodi ipſe B.debitor antedicto ſuo creditori A.in expreſſato termino elapſo dudum ſoluere neglexit,& hodie miniſtrare,& de eo ſibi ſatisfacere contradicit indebitè. Item quòd de præmiſſis omnibus & ſingulis fuit & eſt publica uox & fama . Inſuper dat libellum &c.ac producta & producenda &c.

SVMMARIVM.

1 *Forma poſitionum in actione depoſiti.*

CAPITVLVM LXXVIII.

1 IN actione† depositi sic concipientur positiones. In primis ponit & probare intendit, quòd A. Actor prę fatus penes B. prædictum reum deposuit decretales. Item quòd huiusmodi depositus liber decretalium scriptus fuit in cartis edinis, seu in pergamena. Item quòd glossas habuit ordinarias ac apparatum Bernar. præpositi compilationi glosarum decretalium. Item quòd habuit de super correum rubeum, album, uel nigrum. Item quòd secundus quinternus sic incipiebat. Item quòd tertii quinterni primum erat tale. Item quòd memoratus B. prædictum librum decretalium ex causa depositi ad se recepit. Item quòd ipsum librum prædicto depositori idem depositarius reddere contradicit. Item quòd de præmissis omnibus & singulis &c. Et dat libellum &c.

SVMMARIVM

1 *Formæ positionum in actione possessorii recuperandi.*

CAPITVLVM LXXIX.

1 IN possessorio† recuperando possessionis seu interdicto unde ui, fiant sic positiones & articuli. In primis ponit & probare intendit, quòd anno tali die tali &c. Actor prædictus talem fundum uel domum, cuius confines infra describuntur, aliàs possidebat. Item quòd B. prædictus prædicto anno & die eundem A. sic in possessione reali ac corporali existentem de domo seu fundo huiusmodi & eius possessione uiolenter expulit & eiecit. Item quòd domum seu fundum huiusmodi ac eius possessionem a tempore eiectionis seu spoliationis prædictæ detinuit & occupauit, & possessionem eandem cum fructibus inde perceptis, & qui percipi potuerunt, prædicto A. spoliato restituere contradicit. Item quòd damna propter hoc prædictus sustinuit spoliatus ex tali causa &c. Item quòd fructus percepti & qui percipi a tali tempore uerisimiliter potuissent & percipi annuatim consueuerunt, ualent tot, maidra alias modios talis mensuræ. damna uerò & interesse ad tot libras denariorum ipse spoliatus æstimat, salua tamen uestra iudiciali taxatione. Item quòd de præmissis omnibus & singulis &c. & dat libellum &c. Et sic fiunt positiones & articuli membratim & distinctè, quia articulus est pars intentionis, ut not. de testi. c. præsentium.

SVMMARIVM

1 *Forma positionum contra illum qui spoliationem fieri mandauit, uel eam ratam habuit, uel rem ablatam scienter recepit.*
2 *Positionum conficiendarum in diuersis materiis formas uide remissiuè.*
3 *Positionibus iussus respōdere qui recusat, quæ incōmoda patiatur.*
4 *Positionibus respondere quæ sit rationabilis causa recusandi.*
5 *Positiones quid certum continere debent, & respondens debet certum respondere.*

CAPITVLVM LXXX.

1 SI agitur† Contra eum, qui non spoliauit, sed spoliari mandauit, uel spoliationem ratam habuit, uel rem spoliatam recepit scienter a deiectore, sic concipiantur positiones. In primis ponit & probare intendit procurator prędictus, quòd tali tempore A. rem tale possedit. Item quòd talis B. eodem tempore & tali die ueniens eundem A. possessorē de possessione eiusdē rei expulit uiolenter & eiecit. Item quòd C. spoliationem & eiectionem eandem per eundem B. fecit & fieri mandauit. Vel si non mandauit, sed ratam habuit, ponatur sic. Item quòd spoliationem & eiectionem huiusmodi idem B. fecit nomine & contemplatione C. Rei prædicti. Item quòd ipse C. eandem spoliationem sic suo nomine & cōtemplatione factam, gratiam & ratam habuit. Item quòd rem huiusmodi ipse C. ad se recepit, & eam a tempore eiectionis & spoliationis prędictæ hucusque detinuit & occupauit, & detinet, & occupat. Vel si conuenitur reus, qui scienter rem recepit ab eiectore primis duobus articulis puta de possessione & de spoliatione sempronii ponatur. Item quòd prædictus B. præfatam rem spoliatam a prædicto sempronio deiectore & spoliatore recepit. Item quòd ipse B. sciuit prædictum C. rem huiusmodi per sempronium fuisse & esse spoliatum. 2 †¶ Pro formis positionum in diuersis materiis habetur recursus ad Specu. titu. de teste. §. nunc uidendum. Et in tractatu libellorum. ubi quasi per singulos titulos in meteriis formantur positiones super libellis. Et etiam aliquæ positiones formantur de confes. c. 1. li. 6. in gl. mag. & uide de materia positionum in titu. se. 3 † Factis autem & oblatis libelli positionibus reus, si sunt pertinentes, clarè & certè debet ad eas respondere, de testib. c. præsentium lib. 6. imo si interrogatus super positionibus, & iussus respondere hoc facere recusat, habentur positiones pro confessatis, nisi rationabilis causa recusantem excuset. ut in c. 2. de confes. li. 6. 4 † Quæ sit causa rationabilis not. ibi in glo. puta si positio est superflua, quæ non facit ad causam, uel obscura & in certa, captiosa, de facto alieno, impertinens, uel infiniti iuris &c. ut ibi not. 5 † ponens enim debet ponere certum. & respondens debet certum respondere, ut not. in iuribus alleg. & c. 2. de confes. lib. 6. in prædicta gloss. mag. & quòd dicitur ponit & probare intendit. hoc hodie est in usu. alias positiones dabantur primò sic dicendo. Ponit talis &c. & si negabuntur illæ positiones, postea dabuntur articuli sic dicendo. Talis intendit probare &c. hodie ergo simul fiunt ita quòd positiones negatæ succedunt loco articulorum & intentionem probandi, de quo etiam in Spe. de teste. §. nunc uidendum in prin. cum remisionibus.

SVMMARIVM.

1 *Forma excipiendi contra positiones & articulos.*
2 *Cautela, quando positiones uel articuli sunt obscuri, impertinentes, & inadmissibiles.*
3 *Positiones impertinentes iudex repellere potest, & in dubio eas admittere debet.*
4 *Positionibus qua protestatione sit respondendum.*

CAPITVLVM LXXXI.

1 IN termino† igitur prædicto puta ad dicēdum contra positiones & articulos, uel eis respondendum statuto sub hac forma, solent quandoque dari exceptiones contra positiones & artículos prætensos oblatos ꝑ talem Actorem uel talem ipsius procuratorem in causa tali &c. Procurator procuratorio nomine talis Rei proponit & dicit excipiendo. quòd huiusmodi prætensæ positiones & articuli sunt generales, nimis obscuri, incerti, indefiniti, dubii, multiplices, infiniti, iuris captiosi, & de facto alieno, impertinentes, ac tales, quòd minime releuant ponentem probati & confessati, & eis secundum quòd propositionibus dantur, non est pro parte rei respondendum. inquantum uerò offeruntur ut articuli, nullatenus sunt admittendi, ut ex eorum patet inspectione euidenter, & latius si fuerit opus deducetur. Quare prædictus procurator Rei petit per uos pronunciari, decerni, & declarari positiones & articulos praasignatos nō esse admittendos, sed repellendos, & reiiciendos fore,

ac

ac reiici & repelli, & partem ab instãtia iudicii absolui, & actorem sibi in expensis legitimis condemnari petit. 2 Saluo iure addendi minuendi &c. Quando tamen positiones & articuli sunt obscuri, impertinentes, & inadmissibiles sic, quòd probari non releuarent ponentem, ut dicit Io. And. in c. dudum. 2. de elec. Incautè facit aduocatus partis alterius, si petit declarari articulos, uel a principio dicit eos non esse admittendos, uel etiam si formet interrogatoria talia, per quæ testes habeant declarare. 3 † Iudex tamen potest examinare positiones, & articulos impertinentes repellere, & quando de impertinentia constat in dubio, tunc potius habet admittere, ut not. de testi. c. per tuas, & de confes. c. 2. li. 6. de appe. c. cũ speciali. §. porro. uersi. excessu quoque. 4 † vnde consueuerunt fieri responsiones ad positiones saluo iure impertinentium & non admittendarum, de quo in Specu. deposi. §. 6. uersi. si uerò certum est &c, & in cle. constitutionem in glo. pe. de elec. possunt ergo fieri responsiones formatas super libello in actione reali sub hac forma.

SVMMARIVM.

1 *Forma respondendi positionibus.*
2 *Positionibus siue de facto alieno, siue de facto tertii, semper est respondendum, dum tamen ad causam faciant.*
3 *Positioni, quando dependet ab alia negata, non est respondendum, & quando dicatur dependere uide.*
4 *Positioni quando sit respondendum de credulitate, & quando de ueritate.*
5 *Confessio de credulitate æque præiudicat, atque confessio de ueritate.*
6 *Respondens per uerbum dubito, uel sub conditione, an uideatur pure confessus.*

CAPITVLVM LXXXII.

1 PRocurator † procuratorio nomine seu Rei saluo iure impertinentium & non admittendarum positionum & articulorum prætensorum A. actoris si quę responsiones ad ipsas forsitan impertinentes & inadmissibiles positiones huiusmodi fieri contingat, pro non factis habeantur, dat, facit, exibet medio suo iuramento infrascriptas responsiones. ¶ Ad primam positionem prætensam, quæ sic incipit in, primò ponit procurator prędicti. B. &c. respondeo ad eam quòd non credit. Ad secundum, non credit. Tertia dependet ex secunda, & ea negata, negatur & quarta. Ad quintam credit se fundum possidere, & eius restitutionem seu assignationem iustè contradicere, & finaliter credit de confessatis, & negat de negatis. 2 ¶ † Et licet positiones prędictæ sint pro maiori parte de facto alieno, quia tamen faciunt ad causam, idõ est ad eas repondendum, quia siue sunt de facto proprio, siue de facto aduersarij, siue ẽt de facto tertii, debet eis responderi. ut dicit Io. An. in addi. Specu. deposi. §. 6. 3 † Item supra dicitur in respõsionibus ad tertiam & quartam positiones ꝙ dependent a negatis, quia qñ positio dependet a negata, nõ debet aliter ad eam responsio fieri, unde ex quo negatur contractus emptionis seu uenditionis, negantur alia inclusa uel necessario concurrentia ad talem contractum, ut precii numeratio, traditio rei ex tali causa facta &c. Et quando positio dependet a negata, & quando a confessata. not. de confes. c. 2. lib. 6. super glo. puta. 4 † Et quòd fit responsio per uerbum credit uel non credit. hoc procedit ex ui iuramenti de calumnia, sed si iuramentum est de ueritate, arctat per uerbum scio uel non scio, tamen iurans de ueritate est interrogandus & etiam respondere tenetur de credulitate. ut not. Host. in c. literas de iura. calum. 5 † Et confessio de credulitate ęque præiudicat, sicut confessio de ueritate. ut not. de iureiur. c. ex literis in glo. fi. & de iura. calum. c. cum causam. De stilo tamen curiæ iurat quis dicere ueritatem quam scit uel credit. 6 † Et quid si respondeat per uerbum dubito an sufficiat. not. in alleg. capitu. cum causam in gloss. 1. & super ea. Quid etiam iuris sit, si cum actor petit centum, respondeat reus se sub conditione promisisse, an uideatur pure confessus, no. per Archidia. & Ioan. Andr. de confes. capitu. 1. libr. 6. Ista responsio est in parte contra respondentem, scilicet in quantum confitetur se promisisse in parte pro eo, inquantum dicit sub conditione promisi, statur confessioni contra confitentem, ergo uidetur fundata intentio actoris per talem confessionem, nisi reus probet conditionem. sed contrarium facit, quia ista responsio est unica & unicum constructum, ergo Actor aut totum approbat aut refutat, & qui vult approbare pro se, debet etiam contra se approbare. Finaliter credit Ioan. Andr. quòd Reus iustè peteret declarari per Actorem, an ponat ipsum promisisse pure, an sub conditione, & sic cessaret ipsa perplexitas. Archi. tamen dicit, quòd Reus potest negare, si pure promisisset. Istum tamen Actum responsionum factarum scribat tabellio hoc modo.

SVMMARIVM.

1 *Forma redigendi in actis responsionem Rei positionibus factam, et actoris requisitionem.*
2 *Dilationes pro testibus examinandis quot dari debent.*
3 *Interrogatoria quando dari, & super quibus formari, debeant.*

CAPITVLVM LXXXIII.

1 DIe tali † Anno tali &c. talis Reus uel talis procurator eius coram præfato domino iudice in solito loco suo ad reddendum iura pro tribunali sedente comparens responsiones ad positiones & articulos talis actoris ibidem comparentis infrascripti tenoris ibidem obtulit, & huiusmodi responsionem fecit medio suo iuramento, quibus responsionibus sic factis & receptis Actor prædictus uel procurator suus sibi dilationem competentem ad producendum testes pro sua intentione fundanda assignari postulauit. cui prædictus Dominus iudex talem diem uel unum mensem per termino & dilatione ad testes producendos assignauit. Vel sic scribat notarius ordinarius. Factis & exhibitis responsionibus prædictis per talem reum uel talem ipsius procuratorem anno tali, die tali, in præsentia talis actoris, uel talis ipsius procuratoris, producentur testes per Actorem pro prima dilatione die tali &c. 2 † De istis autem dilationibus pro testibus producendis, debentur alias aut dantur tres dilationes, uel una tantum, & ita spaciosa quòd infra illam possunt fieri productiones. not. de dila. capitu. 2. gloss. 2. & super eadem, & postea uidebimus. 3 † Pars autem, contra quam fit productio testium, dat interrogatoria, & dantur super articulis uolentis producere testes & formantur secundum circunstantias causæ, & personarum, testium. de probatio. ca pitu. licet. de testib. capitu. cum causam. & capitu. per tuas. ubi de hoc. & de testib. capitu. præsentium libr. 6. & ibi ponitur forma eorum. Datis ergo articulis pro altera partium, pars, contra quam dantur, petit terminum ad danda interrogatoria. & iste terminus, ut probant iura allega. & etiam generalis consuetudo, dandus est. fiant ergo isto modo super articulis in reali.

SVMMARIVM

1 *Forma interrogatorum super articulis in reali.*
2 *Interrogatoria quæ faciant ad ueritatem eliciendam, & detegendam.*

CAPITVLVM LXXXIIII.

1 INterrogatoria † infrascripta dat, facit, & exhibet ꝓcurator procuratorio nomine talis, secundum quæ omnia & singula petit singulos testes partis aduersæ interrogari, & interrogationem huiusmodi cũ respõsionibus testium ad eas in actis redigi, & ꝓscribi faciat, alioquin de inualitudine depositionum, & quòd sibi nõ præiudicent, ac alias protestatur, ut est moris. ¶Diligenter ergo & non perfunctoriè testes ipsi examinentur, & ab eis prudenter super quolibet articulo quæratur de singulis circunstantiis. Quæratur enim a quolibet teste de ipsius ætate, fide, fama, statu, & conditione, an sit nobilis, uel plebeius. Item quantum habeat in bonis. Item an prece, uel precio, gratia, uel odio, uel fauore testificetur. Item utrum ei datum sit aliquid, uel promissum. Itẽ si habeat aliquam spem, quòd sibi detur ut pro illo testificetur. Item an sit excommunicatus maiori. Item utrum amicus, familiaris, uel socius, consanguineus, affinis, uel subditus producentis, uel eius, contra quem producitur, inimicus. Item an sit instructus quid deponere debeat. Item an super hoc concordauit cum contestibus suis. Item utrum sit subornatus. Item quam partem uellet in causa huismodi obtinere, & cui plus suadeat specialiter. si dixerit testis uerum esse, quod in primo articulo continetur, tunc interrogetur de causa scientiæ, scilicet unde sciat testis fundum ad A. pertinuisse; & quomodo, & quãdo A. dominium eius acquisierit. Item de fructibus, alias confinibus eiusdem fundi. Item circa secundum articulum si testis dixerit eum esse uerum, quæratur de causa scientiæ, an testis præsens fuerit in contractu, & qui cum eo erant, uel fuerunt præsentes, & quot numero, & ad quid fuerunt ibi. Item de loco contractus in qua domo, & an domus sit terrea, lapidea, uel lignea, in qua parte domus. Item de tempore, scilicet de anno, die, mense, & hora. Item de forma ipsius contractus, an purus fuerit, seu conditionalis, seu modalis, & per quæ uerba celebratus, & si conditionalis, seu modalis, quæratur an conditio postea extiterit, & purificata fuerit, uel modus seruatus. Item an testis nouerit personas contrahentium. Item an precium interuenerit, & solutum fuerit, in qua moneta, per quem, cui, quo loco, die, hora, quibus præsentibus. 2 † & semper de causa scientiæ, de auditu, fama, certitudine, credulitate, & similibus aliis circunstantiis, quæ ad ueritatem faciunt, ad eliciendam, & detegendam ueritatem, de testi. cap. cum causam. & plenissimè in Specu. de teste. §. iam de interrogatoriis. 3 † Et cautũ est, ꝙ huiusmodi interrogationes distinctæ formentur ponendo ante quamlibet item, uel consimile, ut tradit doctrinam Guli. in Specu. de teste, §. nunc de interrogatoriis. 4 † & fiunt interrogatoria circa personas testium, & circa dicta testium. De diuersis autem interrogatoriis & forma interrogatoriorum, uide per Guli. in Specu. de teste. §. iam de interrogatoriis, uersicu. in summa. 5 † quòd duo sunt genera interrogatoriorum, seu quæstionum. unum genus sit ad destruendum dicta testium. Aliud ad fundandum eius exceptionem, contrà quam testes producuntur, quia testis deponere debet pro utraque parte, 6 † dicit tamen Ioan. And. in add. quòd interrogatio non debet continere nouum capitulum pro aduersario. Exemplum. Ticius producit testes contra seyum ad probandum mutuum. seyus dat interrogatoria petendo testes interrogari super solutione mutui, scilicet an soluerit. hoc faciendum non est, quia seyus de hoc habet facere capitulum, & ticius interrogatoria. 7 † Primum genus interrogatoriorum fit dupliciter, uidelicet uel ratione personæ testis, ut quia est excommunicatus instructus, subornatus, uel suspectus, uel alias minus idoneus ad testificandum; uel ratione dicti, ut puta quia deponit contraria, uel uacillat, uel non reddit aptam causam dicti sui. De diuersis autem interrogatoriis & formis interrogationum, ponit Guli. in Specu. de teste. §. nunc de interrogatoriis & in c. præsentium, de testi. lib. 6. ubi tex. loquitur de interrogatoriis. & ibi ponitur forma in glo. & ante non habuimus textum de eis. De materia ista. no. de testi. in c. per tuas, 8 & in cap. cum causam, & ibi not. † quòd si aliqua necessaria interrogatio fuerit omissa post publicationem attestationum petitur a iudice, ut iterum interroget, ut quòd omissum est restauretur. Et idem Guli. in Specu. de teste. §. nunc uidendum in fi. 9 † Et ista interrogatio uel copia de istis non debent dari parti producenti testes propter subornationis timorem, quia eis habitis posset instruere testes, ut concorditer ad interrogatoria responderent, & sic per hoc tolleretur efficacia interrogationis, sed dantur iudici, qui debet illas moderare, super-10 flua & inutilia resecando. † Si autem pars non facit, nec dat interrogatoria, tunc iudex faciet illa, quæ habentur 11 in c. cum causam, de testi. † Et consuluit Hosti. quòd potius fiant superflua, quàm aliquid necessarium omittatur, duabus de causis. primò, quia si factum est interrogatorium, & ommittatur negligenter, uel dolose, supplebitur seu repetetur non obstãte publicatione, ut s. dictum est. Secundò, quia forte iudex ex officio suo plura resecabit, quàm expedire uidetur, ita not. in c. præsentium, de testi. lib. 6. super glo. interrogatoria. Et factis positionibus ad responsiones, alii habent factis responsionibus ad positiones, actor releuatur per talem confessionis approbationem, & tunc non restat aliud, nisi confessum condemnare; quia non sunt partes iudicis in confiten-12 tem, nisi ut pronunciet, de transac. c. præterea. † Aduertat tamen diligenter, an omnes positiones suas reus sit confessus; si ergo aliquas positiones reus sit confessus, uideatur an pro confessatis eius intentio probata sit, & tunc sententiam postulet ipse actor, & promptiores sunt negationes in iudiciis, per quas oportet ponentem onus probandi subire. unde si reus omnes, uel aliquas positiones negauit, tunc habet actor suam intentionem proba-13 re. ff. de ꝓb. l. eum qui. uide alias. 5. q. ult. c. actor. † Actor ergo petat terminum sibi dari ad probandum, & iudex statuet sibi terminum competentem pro prima dilatione, quia debet habere tres dilationes, de testi. c. ultra tertiam, no. de dila. c. 2. uel secundum alios statuat unũ terminum

minum pro omnibus tribus dilationibus. uidelicet pro prima, secunda, & tertia dilationibus. primum tamen seruatur, de quo in Spec. de proba. in prin. & not. in alle. c. 2. de dilat. plenius in c. cum causis, de testi. in gl. finita tamen prima dilatione, iudex non dabit secundam, nisi ex iusta causa. unde ut dicit ibi Inno. secunda uel tertia dilatio dabitur, quando petens illam ostendit se impeditum in prima. Quantum autem spatium temporis continere deant istæ dilationes, hr in c. induciæ. §. spatiũ. 3. q. 3.

14 † Actor ergo, qui uult producere testes, faciet eos per iudicem uocari; quia testis se ingerens, ex hoc quodammodo se suspectum reddit, ut C. de test. auth. rogati. & faciat citari aduersarium, ut uideat eos iurare. alias receptio testiũ contra absentem non uocatum facta non ua-

15 leret. ut in c. 2. de testi. † Iudices autem rarò per se recipiunt testes, uel eos examinant, sed aliis committunt, de quo conqueritur. Host. ut scribit Ioan. And. in c. præsentium, de testi. li. 6. super gl. de interrogatoriis. de quo in Specu. titu. de teste. §. nunc tractandum. uer. licet alii dixerunt. nam in probationibus pendet tota uis causæ. unde deberent iudices potius omittere alia q̃ testiũ examẽ, facit. 42. dist. c. quiescamus. sed ex quo est onerosum, er-

16 go de facili alicui committunt. † Si tamen utique committere uellent, deberent non simplicibus, sed idoneis & honestis delegare, de testi. c. si qui testiũ. de testi. cogen.

17 c. 1. de consan. & affin. c. 1. † Quia tamen quandoque testes tales sunt, ꝙ non possunt, neque tenentur uenire ad iudicem, pro testimonio ferendo, sed iudex ad eos mittere uel ire debet propter priuilegium uel impotentiam ipsorum testium, uidelicet si testes sunt egregiæ personæ, uel mulieres, seu senes, uel remoti, uel quia qui producit, est pauper &c. de quo in prædicto c. si qui testium. & ibi de hoc dantur uersus. unde tunc est iusta causa cõmittendi aliis receptionem & examinationem, ut ibi. & no. de testi. c. cum causam, prius tamen, quàm scribat uel committat, iudex recipiet cautionem ab eo, contra quẽ producuntur, quòd mittat uel uadat. ĩ. terminum competentem ad uidendum iurare testes, ut dicit Gul. in Specu. de teste. §. qualiter, uer. sunt autem testes. de hoc tamen est dicendum, ut not. in c. constitutus de fideius. in glo. antepe. & super ea. de rescrip. c. statutum, in gl. pen. lib. 6. Et fit commissio sub hac forma.

SVMMARIVM.

1 *Forma commissionis examinis testium.*
2 *Forma commissionis de recipiendis testibus reprobatoriis.*
3 *Clausula, quanta sit fides adhibenda, an in commissione examinandorum testium exprimi possit.*
4 *Testium recipiendorum officium iudex notario causæ committere potest.*
5 *Commissio iudicis de recipiendis testium dictis tabellioni facta, per alium notarium scribi debet.*
6 *Testes quomodo & quando iurare debeant.*
7 *Iuramenti de consanguinitate probanda specialis est forma.*
8 *Pars, contra quam producuntur testes, quid protestari debeat.*

CAPITVLVM LXXXV.

1 N Decanus † iudex causæ & partium infrascriptarũ a se. apost. specialiter delegatus officiali tali, uel notario tali publico uel alteri, cui committitur, salutem in domino. Quia talis actor in causa, quam mouet tali reo in iudicio coram nobis ad intentionem suã fundandam, nonnullos intendit producere testes, quorum receptioni & examinationi personaliter intendere non ualemus. Idcirco de uestra legalitate & discretione plurimum cõfisi, uobis committimus & mandamus, quatenus testes, quos idem actor, uel procurator eis uobis duxerit nominandos, ad præsentiam uestram conuocetis, receptoque secundum formam iuris & iudicii moré ab eis iuramento super intentione & articulis præsentibus inclusis. Vel uobis pro parte actoris exhibendis & interrogatoriis partis alterius, si uobis dabuntur, cogatis eosdem ueritati testimonium perhibere, attestationibus in publicam formam redactis, sigillo uestro clausulas fideliter & secrete inclusas per nuncium fidelem &

2 idoneum nobis in talem diem remittatis. † Aliquando apponitur etiam in forma commissionis de recipiendis testibus reprobatoriis sub ista forma. Quod si forte altera utra partium testes alterius reprobare uoluerit, testes super reprobatione huiusmodi producendos infra 15. dies post dictum mensem immediate sequentes fideliter admittere & examinare solicite studeatis. Aliquando etiam additur clausula, uidelicet significetis nobis quanta fides posset ipsis testibus adhiberi. † Et ista clausula

3 ponitur de fideiuss. c. constitutus, in fi. ubi de hoc, de quo no. in c. quoniam ꝯ falsam, de prob. de ista commissione, seu remissiõe, & eius forma dicitur in c. præsentium de testi. lib. 6. ubi papa fecit remissionem ad partes pro testibus producendis & de receptionibus testium, an possunt ulterius committi, habetur de re iudica. capit. cum

4 Bertoldus, in clemen. iudices, de offi. deleg. † Potest etiã iudex hoc officium committere tabellioni seu notario causæ. & sic exercebit utrunque officium, scilicet receptionis testium & rescriptionis. ita tenet Innocen. in capit. quoniam contra falsam. de probatio. Et hoc etiam

5 tenet generalis consuetudo. & dicit ibi † Host. ꝙ sanũ est cõsiliũ, ꝙ de cõmissione iudicis tabellioni facta fides fiat non ꝑ ipsum tabellionẽ, cui facta est cõmissio, sed per instrumentum alterius tabellionis, uel literas sigillo authentico sigillatas. Cum ergo pars producit testes suos coram iudice uel eo, cui est commissum, debent testes iurare dicere ueritatem. quia sine iuramento dictis eorum non creditur, quantuncunque sint religiosi, nisi iuramentum a partibus remittatur, ut in cap. nuper, & in capitu. tuis, de testib. de quo in Specu. titu. de teste. §. sequitur.

6 † Forma autem iuramenti testis habetur de testi. capit. fraternitatis, in ulti. gloss. quia iurabunt, quòd dicent totam ueritatem iudici, uel cui commiserit, quam sciuerint de illa causa seu re, super qua iurant. Item quòd nullam referent falsitatem. Item quòd pro utraque parte dicent iudici ueritatem, quam sciunt. Item quòd dicent omnem ueritatem siue fuerint interrogati siue non. Item quòd nec precio, nec amore, nec odio, nec pro aliquo alio, quouis modo testimonium dicent. & de facto additur sextum uidelicet, ꝙ secretum teneant dictum suum usque ad publicationem. de quo etiam in Specu. de teste. §. sequitur. Et debent iurare tactis euangeliis, ut 3. q. 9. capitu. hortamur. An uero si non apparet testem talem attigisse alias tetigisse, illud præsumatur, tractat Io. Andr. in additio. Specu. in §. proxi. allega. super uerbo, &

7 non. † Quando autem debet probari consanguinitas ad dirimendum matrimonium, est specialis forma iuramenti

8 testium, de qua in cap. licet, de testi. † Pars autem, contra quam testes producuntur, sit præsens in productione testiũ, & uideat personas ipsorum testiũ, quales sint, an sint tales qui non possunt testificari, & faciat protestationes, quòd dicere uelit in personas testium & dicta eorum. alias post publicationem attestationum non potest hoc nisi in duobus casibus, uidelicet nisi iuret quòd ex malicia hoc non procedit. uel nisi ostendat post publicationem hoc se didicisse, quod obiicit in personas, ut in cap. præsentium, de testi. lib. 6. & debet ista protestatio fieri tempore productionis testium, ut in cap. ex parte, eod. titu. tamen ista protestatione facta, si testes aliquid

aliquid dixerint, quod est pro protestante, eis de facili non crederetur.ut in alleg.cap.præsentium in fin. qualiter tamen hoc intelligitur,ibi notatur.Et ista omnia puta testium receptionem,eorum iuramenta, & partium protestationes,tabellio scribat in actis,de proba. c. quoniam contra falsam.

SVMMARIVM

1 *Forma scribendi in actis testium receptiones, eorum iuramenta, & partium protestationes.*
2 *Testis falsus tres offendit personas.*
3 *Testes si super aliquibus articulis omissi fuerint interrogari, denuo super eisdem sunt requirendi,testium publicatione non obstante.*
4 *Examinator prudens & discretus quæ circunspicere debeat, ad detegendam testium subornationem,instructionem,& quæ alia in testibus falsa timentur.*

CAPITVLVM LXXXVI.

1 ANno †tali,die tali,&c.talis actor uel eius procurator coram tali iudice uel tali commissario cōparuit.A.& C.testes ibidem apparentes produxit petens eos per dictum dominum iudicem uel commissarium recipi,admitti,& examinari debere. Ex aduerso talis reus, & talis eius procurator ibidem apparens protestabatur expresse,ꝙ in personas testium huiuscemodi uellet dicere,uel obiicere,seu eos post depositionem oportunam reprobare. prædictus ergo dominus iudex uel commissarius testes prænominatos recepit,qui omnes & singuli tactis euangeliis solitum præstiterunt iuramentum &c. Tandem iudex uel commissarius procedendo ad examinationem testium uocabit ad se testes,& singulos sigillarim & secrete examinabit, exemplo danielis qui falsos sacerdotes contra susannā productos secretè examinauit,ut habetur daniel. 13. & no.de testi.c.2.in glo.non est ita.ubi de hoc & dicens ei.
2 † Amicè falsidicus testis tribus est obnoxius personis, scilicet Deo,cuius præsentiam,cum sit ubique, contemnit.Item iudici, quem mentiendo fallit.Item parti innocenti,quam falso testimonio lædit,de cri.fal.c.1.Et quo modo testis, qui ueritatem occultat & dicit mendaciū, reus est. quia primò prodesse non uult, secundò nocere desiderat.hoc ibi no.unde cum iuraueris dicere ueritatem,per illud iuramentum obsecro,ut animam tuam salues,& quod scis de tali negocio,dicas, deinde proponat sibi qualiter inter talem & talem causa uertitur super tali re uel delicto &c.deinde legat uel exponat sibi primum articulum.& super illo testē interroget an sciat eum esse uerum.& si testis eum uerum esse dicat,quærat ab eo de causa scientiæ,ex qua causa eum scit esse uerum.& secundum alia interrogatoria,quæ data sunt circa illum articulum,eum diligenter & sigillatim interroget,deinde facta interrogatione,de his,quæ in primo articulo continentur & interrogatoriis circa eum datis.& factis depositionibus & responsionibus per,tèstes ad ea tūc descēdat examinator ad 2m articulū,tādē ad tertiū;
3 & sic de aliis.† Si uero iudex uel tabellio omitteret aliquē articulū,sup quo testes non interrogaret,iterato debent ipsi testes super articulo omisso examinari non obstante publicatione,de testi. c. per tuas. ubi per glo. &c.
4 †Adhibeat tamen cautelam,si uisum fuerit,ꝙ primo quęrat a teste in genere,quid sciat de tali causa, quæ uertitur inter tales &c.antequam aliquem articulum sibi legat,uel quandoque interroget de ultimis & mediis articulis,istam præposterationem seruando.ut per hoc facilius apprehendere ualeat,an sit testis subornatus, uel instructus,an non.non tamen suadeat ei, nec ipsum inducat,ut aliquid certi dicat,sed quærat in genere. nec etiā inducat eum ad dicendum se scire quod credit,uel econuerso,de quo in Specu.de teste,§.nunc tractandum. Et notarius scribat isto modo.

SVMMARIVM.

1 *Forma responsionum testium in actis scribendarum.*
2 *Examinator prudens a quibus cauere debeat in dictandis testium dictis.& num. 3.*
4 *Causa scientiæ & aliæ circunstantiæ a testibus requirendæ, quo modo,& quæ in actis redigantur.*
5 *Examinator circunspectus quæ attendere debeat in testibus, dum examinantur.*
6 *Vacillatio,trepidatio,& alia accidentia quæ in testibus ppendantur,cuius mandato,& quomodo, in scriptis sint redigenda.*
7 *Testis uacillans uel alio modo subornationis indicia faciens,quando,& a quo puniri possit.*

CAPITVLVM LXXXVII.

1 ANno,mense,†die talibus,talis testis iuratus sup primo articulo qui sic incipit.Item ponit in primis &c. sibi lecto diligenter & exposito examinatus dixit se articulum ignorare,uel dixit uera esse quæ in ipso articulo continētur.Interrogatus de causa scientiæ,seu quomodo sciret,respondit ꝙ interfuit,& ita fieri uidit,& audiuit. Interrogatus de tempore secundum ꝙ interrogatum fuit,respondit ꝙ anno tali,die tali.Item super secundo articulo qui sic incipit. Item ponit &c. sibi lecto & clare exposito dixit.& sic de aliis. Quæratur de causis & circunstantiis secundum formam interrogatoriorum,circa quemlibet articulum datorum.& responsiones ipsius testis,qualescunque fuerint,redigantur in forma de qua s̄.dictū est.& sicut a teste,pferunt̄ nihil mu
2 tando uel detrahendo. †& diligenter uulgare interpretetur in latinum,& æque,ne scribat dixisse testem credo, ubi dixit scio,uel econtra.nam taliter posset dicta testis redigere in actis uel in scriptis,ꝙ auferret ius habendi, & sic se sibi ad restitutionem seu satisfactionem obliga-
3 bit.† Caueat etiam ne scribat,talis testis dixit per omnia sicut talis primus,uel secundus.sed cuiuslibet testis dictū per se integrum in scriptis redigat,ut no. de uer. signi. c. nihil ob.de quo ibi plene.& aduertendum, ꝙ ubi super secundo arti.principalis testis deponit, examinator seu tabellio non debet uti his uerbis,uidelicet talis testis requisitus seu interrogatus super articulo tali respondit taliter,sed scribat seu dicat talis iuratus super articulo tali
4 dixit sic.† Sed ubi de causa scientiæ uel circunstantiis extra articulum principalem quæritur,tunc his uerbis tabellio scribendo utetur, talis interrogatus seu requisitus,quomodo sciret,uel de tempore, seu de loco, taliter respondit &c.de quo in Specu.de teste.§. nunc tractan-
5 dum uer.aduerte diligenter.† Quomodo etiam in examinatione testium quædam consideranda sunt,uidelicet ꝙ sit prudens,expertus,diligens,attentus,& fideliter,& caueat prudēter & discrete attendendo qualitatem & uultum ipsius testis,& quædam circa ipsos testes, uidelicet an sint inimici,consanguinei, infames &c. Et quædam circa dicta,uidelicet an aptā causam reddant &c. ponit Guli.in Specu.titu.de teste.§.nunc tractandum. Vt autem hoc plenius pateant,debet etiam examinator iudex uel commissarius attendere,an testis uacillet,an titubet, seu cum trepidatione loquatur.& si uacillet, debet hoc
6 scribi in actis per tabellionem. † Sed an tabellio debet hoc scribere ad præceptum iudicis examinantis &c. etiam si tabellio nihil de dubitatione uel uacillatione ꝑpendat,not.de prob.c.quoniam contra falsam.& in Spe. de teste.§.nunc tractandnm uer. considerat & sequenti. & dr̄ ibi ꝙ sic triplici ratione,primò quia iudex hēt auctoritatē in examinādo testes,sed tabellio solū in scribē-

do.secundò, quia iudex est superior, unde sibi magis cre dendum est. Tertiò, quia tabellio attentus circa scripturam non ita attendere potest circa uariationem, titubationem, ruborem, pallorem, uel mutationem faciei ipsius testis, sicut iudex qui semper potest oculos ad testes habere, ergo sibi magis est credendum. potest tamen tabellio suam conscientiam saluando sic scribere hoc casu. & iudex mihi tabellioni dixit ut scriberem, quòd testis uacillabat, sed scriptura esset efficacior, si adderetur; & sic mihi tamen uidebatur, quòd uacillabat. dummodo rei ueritas sic se habebat, debent etiam quantum possint cum ueritate exprimere uacillationis modum, scilicet talis testis dubitando, uel tremendo, uel sudando præ timore loquebatur, uel pallidus efficiebatur, uel huiusmodi, & hoc teste recedente uel ignorante. † In continenti tamen, ex quo testis exiuit, potest iudex, si uellet, testem ex hoc punire, de quo not. in alleg. cap. quoniam contra falsam & per Innocen. & Hostien. in Spec. uersic. proxi. allega. Postquam autem testes recepti sunt & examinati, si hoc factum est per aliquem ex commissione iudicis, ipse redactis attestationibus in scriptis ipsas cum articulis & interrogatoriis ac aliis coram eo super hoc actis iudici remittat, sic scribendo.

SVMMARIVM.

1 *Forma seu instructio attestationum transmittendarum.*
2 *Iuramenta qualiter, & quibus præsentibus sint a testibus exigenda.*
3 *Testis quando legitime iurasse præsumatur.*
4 *Testis cuius expensis uenire & recipi debeat.*
5 *Expensæ quæ testibus sint reficiendæ, quando ueniunt pro testimonio perhibendo.*
6 *Testium post terminum ad probandum datum depositio an ualeat.*
7 *Publicatio attestationem quando fieri debeat.*
8 *Dilationes ad testium productionem quot dari, & quæ in eis dandis seruari debeant. & num. 9.*
10 *Publicatio attestationum quibus seruatis fieri debeat.*

CAPITVLVM LXXXVIII.

HOnorabili † Viro. N. iudici tali salutem in domino, mandatum uestrum mihi iniunctum prono suscipiendo & exequendo affectu, testes quos talis in causa tali coram me producere uoluit, uel testes mihi per talem nominatos citaui, & ab eis per talem actorē uel talem eius procuratorē in præsentia talis Rei, uel talis procuratoris sui, in pœnam contumaciæ Rei per me ad hoc citati & non comparentis producti iuramentum iuxta morem ipsi omnes & singuli tactis sanctis euangeliis recepti præstiterunt, ipsosque super articulis actoris secūdum interrogatoria ipsius Rei mihi commissa cum diligentia, qua potui, examinari curaui, quorum depositiones per talem notarium in scriptis redactas super sigilli mei impressione inclusas unà cum articulis, interrogatoriis, citationibus, protestationibus, testium iuramētis, & aliis coram me in negocio huiusmodi actis, factis, & productis, per latorem præsentium, quem ad hoc de utriusque partis consensu tanquam idoneum & fidelem duxi assumendum, uobis remitto. Aliquando additur illa clausula, & partibus per talem terminum, in quo se coram uobis repræsentare per se uel procuratorem teneantur, assignaui. † & quod in forma dicitur, [*De testium iuramentis.*] ideo posui, quia iuramenta huiusmodi sunt in actis scribenda, ut tactum est supra. vnde non sufficeret ponere in attestationibus sic, talis testis iuratus dixit &c. quia assertio seu narratio de præteritis, nec per eam apparet de præsentia iudicis uel partis, contra quam producitur, nec dies præstiti iuramenti, de quibus omnibus constare debet, de testi. c. 2. de proba. cap. quoniam. ita dicit Ioann. Andr. in. addi. Specu. de teste. §. sequitur. † Si tamen scriptum reperitur in actis, testem coram iudice iurasse partibus præsentibus, bene præsumitur iurasse ut debuit, scilicet cum tactura euangeliorum, ut etiam dixi supra. per Ioan. And. in loco statim allegato, si non appareat testem debitæ iurasse hoc tamen præsumitur. † & debet testis recipi & uenire expensis producentis ut in c. statutum. §. penul. de rescr. lib. 6. nec pars alia pro eo, quia dat interrogatoria, tenetur ad illas cō tribuere, & tenetur producens illas ministrare testi, antequam iter arripiat ad eundem. † Et quomodo non habetur ratio illarum expensarum, quas testis domi facturus erat. & quomodo soluat etiam expensas pro uectura equorum, si conditio personæ testis hoc requirat, etiā si testes habet proprium equum, tractat Ioann. Andr. in addi. Spec. de teste. §. sequitur. † Vtrum autem ualeat depositio testis facta post terminum datum ad probandū, producendum & recipiendum testes, no. in Spec. §. proxi. alle. uer. is quoque cui &c. & ibi late per Ioan. And. in addit. Specu. cui finaliter placet distinctio Guli. ibi posita in primo & secundo membris, saluo eo quod no. in Specu. de dilat. §. 1. uer. illud quoque in fin. † Postquam sic producti & examinati testes sunt, si hoc factum est in prima dilatione, & sufficiens est facta productio, proceditur ad publicationem attestationum, † & si non est sufficiens, & producens petit secundam, uel tertiam dilationem, si iusta causa subest, dabitur cum causæ cognitione secunda, uel tertia dilatio, ut supra dictum est, & not. de dilat. cap. 2. de testi. c. in causis, cum si. † Quarta dilatio non dabitur nisi cum quadam solennitate legali. de quo, & qualis sit illa solennitas. uide in c. ultra tertiam, de testi. & ibi plene. Testibus sic ꝓductis & examinatis partes renuncient productioni, & postulent attestationes publicari. uel saltem pars producens id petat. † Iudex ergo uolens attestationes publicare, uocabit partes, quia eis absentibus & non uocatis non debet aperire, de re iudi. c. 1. Et maxime habet uocare illam, contra quā sunt productæ. & si uelit aliquid in apertione protestari. Partibus ergo sic uocatis & præsentibus, uel altera per contumaciam absente, ꝓcedit iudex ad publicationem isto modo. quia præcipiet notario quòd legat coram se & partibus publice in iudicio dicta testium, uel ipsemet legat. & si sunt multæ uel prolixæ, sufficit unam legere pro omnibus, quo facto iudex dicit, istæ sunt attestationes in causa tali, habeatis eas publicatas, de quo in Specu. de teste. §. satis utiliter in princi. dicit tamen Ioann. And. in additio. ibidem de facto seruari, quòd legitur aliquid de una attestationum in prin. & de una in progressu, & de una in fi. satis tamen est iudicem pronunciare illas ꝓ publicatis haberi, & ita communiter in partibus istis seruatur, & omnia ista per tabellionem redigentur in actis isto modo.

SVMMARIVM.

1 *Forma scribendi in actis publicationem attestationum.*
2 *Cautela a partibus attendenda in publicatione attestationum.*
3 *Renunciare probationibus, quomodo, & quando pars una possit.*
4 *Testium personæ ex quibus criminibus reprobari possint.*
5 *Testes qui ob suspicionem repellantur.*
6 *Testes qui ob defectum non admittantur.*
7 *Testis ut idoneus sit, quæ qualitates requirantur.*
8 *Testes usque quo reprobari possint.*
9 *Exceptio contra testes an proponi & probari debeat ante, uel*

uel post publicationem.

10 *Probationes contra personas testium quo tempore iudex recipiat, arbitrii eius est, tribus duntaxat casibus exceptis.*

11 *Arbitrium iudicis circa testium reprobatorum recipiendas probationes, quibus circunstantiis informari debeat.*

12 *Reprobatio testium post eorum dictorum aperturam, in dubio differenda est.*

13 *Reprobationes reprobatoriorum testium quot admittantur.*

14 *Criminum testibus obiectorum quando sit facienda specificatio contra cuiuslibet personam. & num. 15.*

CAPITVLVM LXXXIX.

1 Anno,† die, mense, talibus &c. Talis actor uel talis eius procu. pro una, & talis reus uel procurator ipsius parte ex altera ad publicandum, uel publicari faciendum, & audiendum dicta testium pro parte actoris productoram citati comparuerunt coram prædicto domino iudice sedente pro tribunali, & testibus producendis renunciarunt, ac dicta testium prædictorum publicari consenserunt & expresse postulauerunt, ac copiam ipsarum sibi fieri & decerni attestationum huiusmodi petierunt. prædictus autem reus terminum ad dicendum contra personas & dicta testium competentem sibi petiit assignari. præfatus ergo dominus iudex attestationes huiusmodi uel partem talem ipsarum attestationum publicè coram se legi fecit. quo facto ipsas attestationes uoluit & pronunciauit pro apertis & publicatis haberi, & copiam ipsis partibus uel earum procuratoribus hoc petentibus fieri & dari decreuit. & tali reo uel eius procuratori talem diem ad dicendum uel obiiciendum in personas & dicta testium pro termino assignauit. Vel sic breuiter, lectæ & publicatæ sunt hæ attestationes in præsentia partium uel earum procuratorum consentientium & publicationem fieri petentium, uel in præsentia talis actoris sensui procuratoris publicationem fieri postulantis in pœnam contumaciæ talis rei ad hoc citati & minime comparentis anno die tali &c. excipitur contra dicta & personas testium die tali.
2 †Et est notandum quòd in renunciatione tali habeatur ista cautela, quòd scilicet fiat renunciatio solum productioni testium, non probationi in genere; quia tunc non possent produci instrumenta, quæ alias produci possent usque ad conclusionem causæ, de fid. instru. c. cum dile-
3 ctus. †Item quòd una partium non renunciet, nisi & alia renunciet, de quo in Spec. de teste. §. ulti. uer. Item notandum & uer. fin. per Abb. de testi. in c. de testi. qui alias pars, quæ renunciasset, posset producere testes ante publicationem. & talis renunciatio adimit facultatem producendi testes super eodem articu. de quo plene in cap. cum uenissent de testi. Attestationibus publicatis solet super eis disputari. ut dicit in cap. in causis, de testi. Testes uero quandoque reprobari possunt. Et an hoc liceat, uel quando post publicationem, habetur in capitu. præsentium de testi. lib. 6. Impugnantur etiam ut alias dixi factæ per testes probationes ratione personarum, &
4 etiam ratione dictorum eorum testium. † Videamus de primo, ratione personarum repelluntur testes seu reprobantur aliquando propter crimen, aliquando propter suspicionem, aliquando propter defectum. Propter crimen, ut quia est latro, rapor, periurus, infamis, uel alias criminosus, de testi. c. testimonium & c. sicut nobis, cum
5 si. † Propter suspicionem, ut quia est pater, uel consanguineus, uel socius, familiaris, affinis, coniunx, uasallus libertus, uenditor, uel fideiussor eius, qui eum producit, de quo. 4. q. 3. c. si testes. §. Item testis, de testi. c. insuper. & c. cum nuncius, & c. in literis, & plene in Specu. de teste. §.
6 1. † Propter defectum potest poni exemplum, ut in impubere, de quo tamen in Specu. de teste. §. 1. Item excipitur, scilicet quòd est impubes, uel furiosus, uel iudæus, de testi. c. iudæi, & c. licet. & generaliter requirnntur in te-
7 stibus septem, quæ in his uersibus ponuntur. † Conditio, sexus, ætas, discretio, fama. Et fortuna, fides, in testibus ista requires. Istos uersus ponit glo. in c. 2. de testi. gloss. 2. & insuper gl. allegat ad singulas concordantias. Iudex ergo facta publicatione assignabit partibus terminum, infra quem recipiant copiam attestationum, quia copiã facere tenetur iudex, de probatio. cap. quoniam contra. & originalia debet iudex uel tabellio apud se retinere,
8 ut ibi not. † deinde copia habita per partes, iudex dabit aliquem terminum reo. infra quem testes actoris, si potest repellat; & post istum terminum non audietur reprobatio, de probat. cap. licet, de quo etiam in Specu. de te-
9 ste. §. publicatis. † Quandoque tamen ante publicationẽ attestationum testes reprobantur, & repellũtur. de quo, uidelicet an exceptio contra testes proponi debeat, & probari ante publicationem attestationum, uel an post fieri possit, magna est diuersitas inter doct. tenetur tamen conclusiue, quòd exceptio legitima, quæ opponitur contra testes, semper a principio sit facienda. & iudex non recipiens, grauaret, & esset locus appellationi.
10 † Sed an recipere debet statim probationes super tali exceptione, uel hoc differat usque post publicationem, stat in arbitrio iudicis. Ab isto excipiuntur tres casus, de quibus in cap. ex parte adde de testi. in gloss. huiusmodi
11 & super ea. † Et iudex in tali arbitratione debet aduertere plura. uidelicet an illud, de quo excipitur, habeat eandem æquitatem cum prædictis casibus exceptis, ut sic ex eadem æquitate probationes prius recipiant. Item, an sit publicum quod excipitur. Item, an habeant probationes. Item, an sit præsumptio contra excipientem, quòd faciat hoc causa differendi. & secundum huiusmodi & alias diuersas circunstantias facti uidebit iudex, an expediat prius recipere testes reprobatorios, uel non.
12 † In dubio tamen differatur reprobatio, de quo in cap. ex parte. supra allega. ut ibi per Io. an. Andr. super prædicta glo. & ita est in arbitrio rei opponere exceptionem contra testes a principio, uel illam differre ad tempus disputationum, dummodo de hoc ante protestetur iuxta dispositionem cap. præsentium de testi. Sed in arbitrio iudicis est regulariter probationes huiusmodi exceptionum statim recipere, uel ipsas in tempus prædictum differre, dummodo attentis facti circunstantiis bene arbitretur. Et dicitur regulariter, quia in tribus casibus
13 probationes statim admittuntur, ut supra patet. † Et si post reprobationem testium reprobatoriorum inducuntur testes reprobatorii, isti testes reprobatorii possunt per testes alios reprobari, sed ulterius non admittitur reprobatio, ut est casus in c. licet il 3. de testi. & de hoc datur uersus. In testem testis, & in hunc, sed non datur ul-
14 tra. † Et in exceptione contra testes, quando reprobantur prætextu criminis, debet fieri specificatio criminis contra cuiuslibet personam, ut in cap. præsentium, de te-
15 sti. lib. 6. † exceptio tamen bene admittitur sine tali specificatione. & tunc debet fieri specificatior ante testium receptionem, ut ibi super glo. no. de qua autem specificatione intelligitur, uide ibidem in gloss. non esse, & super ea. & sequitur forma exceptionis contra personas testium.

SVMMARIVM

1 *Excipiendi contra personas testium forma.*

2 *Testes corruptos fuisse an probari sufficiat, an falsitas in eorum dictis simul requiratur. & num. 3.*

4 *Exceptiones contra testes quot sint.*

5 *Testis utrum puniatur ob crimen contra eum in modum exceptionis obiectum.*

CAPITVLVM XC.

1 FOrma † uerò exceptionis contra personas testium sic potest poni. Excipiendo contra testes per talem productos coram uobis honorabili uiro domino iudice in causa, quæ inter talem actorem ex una, & talem reum parte ex altera super re tali uel debito uertitur, procuratorio nomine procurator prædicti Rei dicit, quòd testes huiusmodi attestationum contra ipsum Reum non sunt admittendi, sed a testificandi officio seu actu excludendi & repellendi. Vel dicit, quòd testes tales. A.B.C. iuxta ordinem & numerum testium non sunt admittendi, nec computandi, nec eis seu eorum dictis dari debet fides uel adhiberi, nec dicta eorum in aliquo sunt sequenda, sed tanquam morbosa & infecta reprobanda & relinquenda ex eo, quòd talis testis fuit tempore depositionis periurus. nam alias in tali causa coram tali iudice inductus in testem deierauit, uel de periurio est conuictus. Item quòd talis erat tempore depositionis adulter, & de hoc confessus uel condemnatus, uel hoc potest probari, ut de testi.c.super eo. Item talis testis pretio corruptus falsum testimonium dixerit in huiusmodi causa. nam cum deposuit me tali die contraxisse Auione, ego eadem die fui Parisii. Item talis & talis sunt leuis opinionis, & suspectæ uitæ, & tales quòd eorum dictis stari uel fides adhiberi in iudicio uel extra non consueuit. Quare petit huiusmodi exceptiones admitti, & probationes super eis recipi. uel ipsis legitime probatis pro parte sua sententiam absolutionis ferri. 2 † Vtrum autem sufficiat obiicere & probare, quòd testes corrupti fuerint, uel an cum hoc exigatur probatio falsitatis dicti ipsius testis. no. in c.sicut nobis, de testi. nam si excipitur ante sententiam, sufficit probare corruptionem, cum per hoc probentur criminosi. & idem post sententiam in causa appellationis, uel alias in casu ubi sententia non habet effectum rei iudicatæ, no. in d.cap.sicut 3 nobis. † Sed ubi sententia transiuit in rem iudicatam, tūc oportet probare falsitatem. imo tunc etiam addi debet, quòd iudex in sententiando fuit dicta testium corruptorum sequutus per iura quæ allegantur in d.c.licet, in 2. 4 glo. † & ibi ex text. Abb. colligit sex exceptiones contra testes. Prima de conditione. Secunda de singularitate. Tertia de mala fama. Quarta de leui opi. Quinta de falsitate. Sexta de corruptione. Istæ tamen exceptiones nō omnes directè procedunt contra personas, sed aliquæ 5 respiciunt dicta testium. ¶ † Vtrum autem testis puniatur propter crimen sic in modum exceptionis obiectum, ut a testimonio repellatur, probatum contra eum, legitur & no. de or. cog. c.2. Et ita habemus, quomodo probationes per testes reprobantur ratione personarum.

SVMMARIVM.

1 *Testium attestationes, quæ alias non ualerent, contra quem tacito consensu uerificentur.*

2 *Aduocati partium tam suorum testium dictis, quàm aduersæ partis attestationibus, quas inscriptiones affigere debeant, ut partes suas tueri, & contrarias reprobare facilius possint.*

CAPITVLVM XCI.

VIdeamus ergo nunc quomodo dicta testium reprobantur & impugnantur 1 † quia attestationes, quæ alias non ualerent, possent per consensum partium etiam tacitum contra partem citatam ratificari, de quo not. de testi. cap. cum causam, super glo. 2. quia 2 nisi. † Vnde aduertendum, quòd habita copia attestationum aduocati partium in aliquibus partibus faciunt rubricam, ut ipsi uel iudex facilius ad indaginem ueritatis perueniant, de istis rubricis, qualiter sint faciendæ. tractat Guli. in Specu. de teste. §. publicatis. uidebit enim causidicus utriusque partis depositiones testium, & aduertat an articuli sint plene probati, uel non. unde aduocatus illius, qui producit testes, signet articulum per crucem, uel literam, uel aliud signū. & ibi per dicta testium alicuius probatur idem articulus, ponat idem signum uel literam eandem in margine circa eadem dicta. & ubi alii testes cum eo concordant, faciant idem, ita uidelicet quòd secundum pluralitatem & diuersitatem articulorum diuersificet etiam literas uel signa. ut per signorum uel literarum diuersitatem appareat, qui articuli, per quæ dicta sunt probati, ac ubi, & in quibus testes concordant. posset enim poni circa primum articulum. A. circa secundum. B. & sic de aliis. & ubi per dicta alicuius testis probatus est primus articulus, ibi etiam in margine ponatur. A. ubi uero probatus est secundus, ponatur. B. & sic de aliis. E contra aduocatus rei, contra quē testes producti sunt uidere habet & designare per huiusmodi signa uel similia discordantias, & contrarietates dictorum testium, quòd habeat eas in parato, ut facilius & clarius possit ipsa dicta impugnare. de quo plenius in Spe. de teste. §. publicatis. Istæ tamen rubricæ rarò fiunt in istis partibus.

SVMMARIVM

1 *Exceptiones contra dicta testium quæ, ex quibus causis, & quomodo formari possint.*

CAPITVLVM XCII.

1 POssunt † tamen sic formari exceptiones contra dicta testium. Procurator procuratorio nomine talis Rei excipiendo contra dicta testium prætensorum productorum pro parte talis actoris in causa, quam mouet tali reo prædicto, coram uobis honorabili uiro domino iudice &c. proponit & dicit, quòd ipsa dicta testium seu testimonia prætensa sunt singularia, obscura, dubia, & incerta. & testes ipsi uarii sunt, & in dictis suis uacillant, & negatiuam astruere & probare intendunt, nec causas dictorum suorum seu scientiæ suæ reddunt requisiti, uel reddunt malas, insufficientes, & ineptas responsiones, & alias non probant id, ad quod probandum sunt inducti, sibique in dictis suis euidenter contradicūt. Item dicta ipsorum sunt nulla & inualida ex eo, quia minime iurauerunt, uel deposuerunt non iurati, uel parte non citata nec præsente iurauerunt, uel deposuerunt super non iuratis. uel quia deposuit de scientia in tempore, in quo nondum natus erat testis. quare eiectis & minime acceptis huiusmodi testium dictis, nullis, & inualidis, petit procurator prædictus in causa cōcludit, & se ab actoris impetitione absolui, ac ipsum actorem in expensis litis sibi condemnari.

SVMMARIVM

1 *Exceptiones contra dicta testium quæ sint, quæ probatione extrinseca non egeant.*

2 *Testes in quibus concordare debeant, alias uariando non probent.*

3 *Exceptiones contra dicta testium quæ extrinsecam probationem requirant.*

4 *Exceptiones contra dicta testium quæ transferant onus probandi in producentem.*

5 *Opponenti contra testes quando incumbat onus probandi opposita.*

Falsitas

6 *Falsitas & corruptio simul, diuisim, directe, & indirecte, testibus opponi potest.*

7 *Falsitas directa quibus casibus contra testes, licet raro, post publicationem procedat. & num. 8.*

8 *Falsitatem indirectam opponens testibus, quibus casibus admittatur, & quibus non.*

CAPITVLVM XCIII.

ISTarum exceptionum aliquæ puta tres habentur in cap. cum ecclesia sutrina de causa poss. & proprie. Aliquæ etiam ex. c. licet, de probat. Item aliquæ ex. c. 2. & c. tuis. & c. nuper, de test. † Item aliquæ istarum exceptionum non indigent probatione, sed ueritas uel falsitas earum patet ex ipsis dictis, sufficit ergo sola allegatio & ostensio dictorum, nec uenit probatio facti in exceptione de singularitate, non reditionis causæ, uariationis, contrarietatis, & huiusmodi. † In quibus autem debeant concordare no. de testi. c. 2. Et datur per Inno. uersus. Res, persona, gradus locus, hęc sunt consona, tempus. In his uariando impediunt fidem & substantiam. † Aliæ requirunt probationem, puta ut cum opponitur de nullitate. † & aliquando incumbit probatio producenti testes ex causis antedictis, ut quòd iurati deposuerunt, uel quòd pars fuit citata &c. † Aliquando uero opponenti seu excipienti, ut si dicatur testis corruptus, uel falsum dixisse, de quo etiam per Ioan. And. in addit. Specu. de testi. §. publicatis, sæpius alleg. † Et aduertendum, quod aliquando opponitur de falsitate cum corruptione, aliquando de sola corruptione. Item aliquando solam de falsitate, & hoc aliquando directe, aliquando indirecte. † Falsitas directa raro procedit post publicationem, nisi ex culpa iudicis non facientis fieri debitam specificationem, de quo per Ioan. And. in addi. Specu. in loco proxime alleg. † Falsitas indirecta posset post publicationem & apertionem per testes probari, ut in c. ex tenore de testi. & gl. cle. test. de test. ubi de hoc, sed tamen falsitas directa admittitur post aperturam propter obliuionem debitæ specificationis articulorum. ut. s. dictum est. sic & indirecta probatio falsitatis excluditur post publicationem factam propter specificationem habitam, ut ibi post Inn. scripsit Io. And. nam si in articulis locum & tempus testes bene expresserunt, bene admittitur post publicationem probatio falsitatis dictorum testium indirecta. secus si in articulis locus, & tempus, fuissent declarati, quia tunc post aperturam uolens etiam indirecte probare contrarium non audiretur per clement. 2. de test. Super ista ergo probatione indirecta falsitatis dictorum testium posset sic formari exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionis forma super indirecta probatione falsitatis dictorum testium.*

2 *Concordia testium ubi fieri potest, non admittitur exceptio contrarietatis. & de modo concordandi uide remissi.*

3 *Testis dictum quando corruat, aut sustineatur, licet nullam sui dicti causam reddiderit, aut malam, uel ineptam.*

4 *Iudex non interrogans testes de causa scientiæ, an teneantur parti ad interesse.*

5 *Causam scientiæ quomodo, & quam, teneatur testis dicere.*

CAPITVLVM XCIIII.

EXcipiendo † proponit & dicit procurator talis Rei contra dicta testium talis actoris, quòd testes huiusmodi falsum tulerunt testimonium, unde ad eorum huiusmodi dictum falsum ipse reus non est condemnandus; dixerunt enim ipsum reum tali die in oppidò montisacuti cum actore talem contractum celebrasse, & ipse reus eodem die fuit in ciuitate meldensi. unde ipsum tunc in oppido montisacuti personaliter, ut testes exprimunt, fuisse, est impossibile. quod per tales idoneos testes probare est paratus. Quare petit &c. † Quòd autem supra dicitur de excipiendo de contrarietate testium, hoc stat, quando dicta testium non possent reduci ad concordiam; alias si fieri potest, semper testium dicta sunt concordanda propter odium periurii, & per quem modum hoc fieri potest, legitur & no. in c. cum tu. & in cap. cum nostra de testi. & ibi glo. † Et quando excipietur quòd non reddunt causam scientiæ, sciendum quòd testis, qui interrogatus est de causa scientiæ & causam non reddit, non ualet eius dictum, & idem si reddit malam uel ineptam, de testi. cap. cum causam. Si non est talis testis interrogatus de causa, tunc si data sunt per partem aliqua interrogatoria, idem est, quod supra. & ibi not. in c. præsentium de testi. lib. 6. Si uerò non sunt data interrogatoria, tunc dicunt aliqui quòd bene ualet dictum testis, de quo in c. cum causam, de test. † Dicunt tamen quidam, quòd iudex non quærens de causa tenetur parti ad interesse. per l. si quando. C. de testi. in fi. quod alii restringunt, ubi est notabilis negligentia, quod putat Ioan. And. uerum in foro pœnitentiali, si causa non expressa parti nocuisset, sed in iudiciali petitio non haberet effectum, nisi ipse reus confiteretur. de quo per eundem in Specu. de teste. §. 1. † Et intelligitur de causa scientiæ, scilicet quomodo scit illud, quod dicit, & non de causa actus illius de quo deposuit quia de illo non tenetur dicere, quamuis de illo posset interrogari. de renuncia. cap. super hoc. Et istas exceptiones contra personas & dicta testium tabellio registrabit in actis hoc modo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionis contra personas & dicta testium in actis redigendi forma.*

2 *Exceptionibus contra personas uel dicta testium quomodo replicari possit.*

3 *Probationum quot sint modi, siue species.*

4 *Testium probatione deficiente, cui & quando liceat recurrere ad instrumenta.*

5 *Instrumentum quid sit, quot eorum species, quibus & qualiter ei fides adhibeatur, & quomodo quæue impugnentur.*

6 *Instrumentum si contra aliquem producitur, quid is agere habeat, ne illud approbare uideatur.*

7 *Exceptiones fundata iam aduersarii intantione, peremptorias opponens, & in earum probatione deficiens, quibus pœnis sit puniendus. & num. 9.*

8 *Excipiens, & in eius probatione deficiens, quomodo pœnas c. finem de do. & contu. effugiat.*

CAPITVLVM XCV.

ANno † tali die tali comparentibus coram tali iudice tali actore uel eius procuratore ex una, & tali reo uel tali eius procuratore ex altera partibus, prædictus reus uel eius procurator exceptiones contra personas & dicta testium actoris exhibuit infrascriptas. Ex aduerso ipse actor uel eius procurator copiam ipsarum per iudicem sibi decerni & fieri, ac terminum competentem ad respondendum, seu ad replicandum contra eas, si forte sibi competierit, assignari postulauit. Præfatus ergo iudex copiam petitam actori dandam decreuit, & diem talem ad dicendum contra exceptiones prædictas sibi pro termino præfixit. Actum et cætera. Vel sic breuiter scribat tabellio in

fine exceptionum. Istis exceptionibus per talem exhibitis, anno tali, die tali, in præsentia talis Rei uel sui procu
2 ratoris contradicetur seu replicabitur die tali &c.† Contra autem illas exceptiones Rei factas contra personas, uel dicta testium, posset replicare, uidelicet dicere testem criminosum fuisse de crimine emendatum, ergo in ciuili causa admittendum &c. de testi. cap. testimonium. Infamem restitutum fuisse famæ, de re iudica. c. cum te, uel dicendo absentem citatum ad uidendum iurare. Et
3 ista forma replicationis patet ex superioribus.† Et quia plures sunt modi probandi, seu species probationum. de quibus not. in c. cum ad sedem de restitu. spolia. in glo. nota. quatuor & super ea, & in Spec. de proba. §. uidendum autem. uidelicet per testes, per instrumenta, per euidentiam facti, per præsumptionem, per famam, per dela
4 tionem iuramenti.† Si actoris intentio non est probata per testes, potest recurrere ad instrumenta, si habet illa & producere ante conclusionem causæ, etiam post publicationem testium, de fi. instr. c. cum dilectus. nisi datus esset & lapsus terminus a iudice ad illa producẽda, post quem super productione non audiretur in ista instantia, de quo not. ibi, & in Spe. de dila. §. uidendum. uer. quid si datis, & plenius in cle. sæpe de uerb. sig. eo saluo quod
5 dicit gl. in uerbo obstante ibi, ubi ergo.† Quid autem sit instrumentum, & quot sunt species instrumentorum, & quibus adhibeatur fides, & qualiter, & quæ scripturæ producta in iudicio impugnentur, & de aliis, circa hoc ple-
6 ne in Specu. de instr. edi. per totum.† Et uideat pars, contra quam producitur instrumentum, q copiam eius petat, & terminum ad impugnandum illud, in termino si poterit impugnet, quia alias eo ipso quòd instrumentũ publicum fuerit productum, & aduersarius nil opponẽs tacuit, uidetur ipsum approbasse, de offi. dele. c. gratum, not. Host. in c. quoniam contra falsam, de probat. & ibi etiam plene no. quomodo instrumentum debet redigi in actis, uel principium, uel finis, ponendo tamen tantum de tenore q cessat æquiuocatio &c. de quo in c. contin-
7 git, de fid. instrum. & ibi plene.† Si igitur actor probauit intentionem suam per testes uel instrumenta, reus si habet peremptorias exceptiones, opponat eas. uideat tamen, quòd ipsas probet, quia si fundata actoris intentio ne reus opponat peremptorias & in eius deficiat probatione, condemnabitur actori in expensis quas fecit, postquam reus recepit inducias; & si alias non est soluendo, est ad arbitrium iudicis puniendus. Ista est pro-
8 uisio decre. finem de do. & contuma.† si tamen eas uult incontinenti probare, licet sibi deficiat probatio, non
9 est locus pœnæ, ut ibi nota.† Debent ergo duo concurrere ad hoc ut excipiens patiatur hanc pœnam, scilicet quòd fundata sit actoris intentio, & non incontinenti reus assumat onus probandi, ut ibi nota. Potest ergo reus opponere exceptionem rei iudicatæ, uel transactæ. & formas illas habetis supra, uel potest excipere de pacto de non petendo, uel de præscriptione, uel solutione debiti facta, sub hac forma.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionis contra actoris intentionem opponendæ forma.*

CAPITVLVM XCVI.

1 Coram uobis Honorabili uiro domino iudice &c. procurator procuratorio nomine talis proponit excipiendo ad intentionem actoris talis perimendam seu elidendam, & dicit quòd ipse reus domũ talem, quam actor ab eo uendicat, possedit epacifice annis 30. & ultra eam continue possedit, & præscripsit bona fide, quare petit ipsum reum ab in petitione actoris absolui per uestram diffinitiuam sententiam, & eundem actorem sibi in expensis litis condemnari legitimis. Vel sic in exceptione solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Solutionis excipiendæ forma.*
2 *Reus excipiendo licet fiat actor, aliquas tamen tenetur exceptiones probare, & aliquas non. & nu. 3.*
4 *Reo exceptionem non probante, actor tamen non obtinebit, nisi suam intentioem probabit.*
5 *Rei aduocatus a quibus cauere debeat formando exceptiones.*

CAPITVLVM XCVII.

1 Coram nobis &c. Ad elidendam, & efficaciter perimendam talis actoris intentionem procurator talis Rei proponit & dicit excipiendo, quòd etiam si debitum prætensum per ipsum actorem a prædicto reo petitum esset legitimè & sufficienter probatum, ipse tamen reus de eodem debito prætenso illud sibi numerando realiter & in pecunia numerata persoluendo satisfecit, cum autem solutione eius quod debetur, omnis obligatio sit sublata. Iccirco prædictus procurator nomine quo supra petit &c. ut in præcedenti for
2 ma. & sic de aliis exceptionibus.† Et notandum quòd reus exceptionem peremptoriam per eum oblatam uel propositam probare debet, quia in excipiendo reus fit actor, & ita transfertur in eum onus probandi, ff. de exceptio. l. 3. & in l. in exceptionibus. ff. de probatio. saltem
3 regulariter.† quia in certis casibus non probabit excipiens, sed actor ut in exceptione non numeratæ pecuniæ, uel dotis, de quo etiam in Spec. de exceptio. §. uiso.
4 † Si autem non probat eam reus, ex illo non obtinebit actor, nisi probet intentionem suam, de except. cap. cum uenerabilis, de quo etiam in Specu. de exceptio. §. uiso.
5 uersi. illud quoque.† Et diligenter aduertat aduocatus Rei, quibus uerbis utatur in excipienda exceptione, de quo in Specu. §. proxi. alleg. Et tabellio registrando huiusmodi actum exceptionis peremptoriæ oppositæ scribat hoc modo.

SVMMARIVM.

1 *Forma scribendi in actis exhibitionem exceptionum peremptoriarum cum petitione actoris.*

CAPITVLVM XCVIII.

1 Comparuit † in iudicio coram tali iudice anno tali talis reus, uel talis procurator suus, & infrascriptam peremptoriam obtulit exceptionem. Ex aduerso iudice adhuc pro tribunali sedente talis actor uel talis procurator eius comparens, copiam istarum exceptionum sibi decerni per iudicem & fieri petiit, ac competentem terminum ad dicendum contra easdem seu replicandum assignari. Cui prædictus iudex copiam huiusmodi exceptionum decreuit, & talem diem ei statuit ad dicendum seu replicandum contra easdem, si uoluerit, acta &c. Vel sic. Exhibitis his exceptionibus per talem reum, uel talem eius procuratorem in præsentia talis actoris, uel sui procuratoris anno tali die, replicabitur die tali. Si autem in termino sic dato actori ad replicandum, actor nullam opponat replicationem, quia forte non habet, & sic admittitur exceptio rei, ad probãdum dabit reus articulos de materia huiusmodi exceptionis suæ, & illos probabit, si poterit, per testes, uel instrumenta.

SVM-

SVMMARIVM

1 *Renunciare probationibus an, quando, & quomodo partes debeāt.*
2 *Renunciare probationibus quando altera partium non uult, quæ partes sint iudicis.*
3 *Renunciare probationibus, & concludere in causa, an idem sit. & nu.4.*
4 *Renunciatio probationum quid continere debeat.*

CAPITVLVM XCIX.

1 POstquam † ante, ut præmissum est, in causa processum est, ut quia lis est contestata, iuramentum calumniæ præstitum, dati sunt articuli, & positiones, & depositiones testium & responsiones factæ, probationes testium, uel instrumentorum inductæ, exceptiones oppositæ, replicationes formatæ, & duplicationes subsecutæ, cum partes non habeant quid ulterius in causa proponant, ulterioribus proponendis renunciant, & postulant in causa concludi. & ista omnia sunt in actis 2 redigenda. de probat. c. quoniam. † & si una pars renunciat seu uelit renunciare, & alia dicit quòd adhuc habet aliqua proponere, quare dicit quòd non uult renunciare, tunc iudex assignabit ei terminum competentem, i. quem proponat quicquid uelit. de quo in Spe. de renun. 3 in prin. † & uidetur aliquibus, quòd idē sit renunciare & concludere, & hoc tenet Gof. de cau. pos. c. pasto. tamen text. & Innoc. in c. quoniam de proba. ponunt illa, ut diuersa. & quòd eorum quodlibet sit actus per se tenet. Gul. in Spec. de renunc. & conclu. in uersic. & not. Et sic potest dici, quòd per renunciationem renuncietur probationibus & allegationibus facti, per conclusionem 4 inducitur renunciatio allegationum iurium. † Dicit tamen. Ioan. And. in addi. Specul. in loco præallc. quòd in renunciationibus huiusmodi sunt ponenda uerba, & status causæ, & consuetudo fori; quia si fit renunciatio allegationum & omnium probabilium, certum est quòd ista renunciatio est conclusio. ut not. in c. cum dilectus de fide instrumento. in gloss. 2. Et idem putat ipse, si fiat renunciatio allegationum iuris & facti. & hoc quando status causę patitur concludi. Idem si habet consuetudo fori uerbum allegationum comprehendere ius & factū, & per illud solum concludi, & tunc renunciat allegationibus, & per hoc etiam intelligitur conclusum, de quo in cle. sæpe de uerbor. signif. Potest ergo sic registrari in actis renunciatio & conclusio per tabellionem.

SVMMARIVM

1 *Conclusionis in causa apud acta registrandæ forma.*
2 *Conclusione in causa facta, probationi amplius non est locus.*
3 *Iudex, postquam in causa conclusum est, quas interrogationes & quomodo facere poterit.*
4 *Allegationes iuris quomodo sint faciendæ.*

CAPITVLVM C.

1 ANno † tali, die tali, constitutis coram tali iudice partibus prædictis, puta tali actore, & tali reo, uel eorum procuratoribus, allegationibus ulterioribus mutuò renunciauerunt, petentes concludi in causa eadem, in qua etiā inquantum in eis erat concluserunt. unde iudex prædictus huiusmodi renunciationem admittendo in ipsa causa cum eisdem partibus, uel earum procuratoribus, ut præfertur, concludentibus, & concludi petentibus, & uolentibus, conclusit, & habere 2 uoluit pro concluso &c. actum &c. † Facta conclusione in causa amplius probationi non est locus, etiam per instrumenta. ut in d. c. cum dilectus, de fine instrumento. 3 Iudex tamen ex officio interrogare potest post conclusionem de facto, si aliquid dubitationis fuerit, ut in cap. cum Ioannes, eodem titul. sed hoc iudex non faciet ad petitionem partis, ut ibi not. & in cap. in præsentia, de 4 prob. in fi. gl. 4. & c. per tuas, de testi. † Quomodo autem fiant allegationes iuris, tractat Gul. in Spec. de dispu. & alleg. per totum. Et sic est finis de secunda parte principali ordinis iudiciarii.

SVMMARIVM

1 *Interlocutoria sententia super quibus in causa emergentibus sit ferenda. & nu.4.*
2 *Emergens, uel incidens, quid sit.*
3 *Interlocutoria sententia quæ sit.*

CAPITVLVM CI.

1 ANtequam † ueniamus ad tertiam partem, scilicet de sententia & aliis, quæ eam sequuntur, quoniā aliquando aliqua emergunt in lite, seu in causa, super quibus iudex habet interloqui, nam licet super incidenti non sit necesse pronunciare, tamen super emergenti est pronunciandum. ut not. de ordin. cog. capit. 1. 2 Et quid sit incidens, uel emergens, ibi not. & ideo de in-3 terlocutoriis loquimur. † Et quæ sententia sit interlocutoria. not. in cle. unica de sequest. pos. in 5. glos. & uide 4 not. in c. 1. de ap. li. 6. † Super exceptionibus dilatoriis, uidelicet an libellus sit offerendus, uel non. uel an ei sit respondendum, uel an causa sit tradanda coram ipso iudice, uel non, uel utrum dilatio petita, sit concedenda, uel non. & utrum excommunicationis exceptio opposita contra actorem, sit probata, uel non. & sic de aliis exceptionibus iudex pronunciabit interloquendo sub hac forma.

SVMMARIVM

1 *Sententiæ interlocutoriæ forma.*
2 *Interlocutoria sententia super quibus feratur.*
3 *Interlocutoriæ quæ, & quo ad quos transeant in rem iudicatam.*
4 *Interlocutorias iudex quas, & quomodo mutare possit.*

CAPITVLVM CII.

1 DEcanus, † Iudex &c. Cum in tali causa, quæ inter talem actorem ex una, & talem reum B. & super re uel debito tali parte ex altera, in iudicio coram nobis pro parte prædicti Rei oblata fuit exceptio talis &c. uel talis dilatio petita. uel fuerit oppositum excipiendo libello sibi per actorem oblato nō esse respondendum, uel actorem ab egendo repellēdum pro eo quod maioris esset excommunicationis uinculo innodatus &c. uel nobis in hac causa non competere iurisdictionem, pro eo quòd tempore impetrationis rescripti ipse impetrans fuit maioris excommunicationis sententia innodatus, uel ligatus. Nos uisis & diligenter consideratis super hac parte hincinde coram nobis productis, propositis, & allegatis; habito etiam cōsilio cum peritis pronunciamus, decernimus, & declaramus, prædictam exceptionem admittendam non esse, seu ea non obstante in causa huiusmodi ad ulteriora procedēdum fore, ac per nos ac coram nobis procedi debere. Vel sic, si est legitima exceptio, dicimus & pronūciamus ipsam exceptionem esse admittendam & admittimus actorem propter excommunicationis uinculum ab agendo excludendum & repellendum fore. & excludimus seu repellimus, seu obstante prædicta exceptione iurisdictionē & cognitionem huiusmodi non competiisse neque competere, seu libello prædicto per ipsum reum respondendum non esse, sed eundem reum ab instantia iudicii fore absoluendum & absoluimus. & ipsum actorem sibi in expensis legitimis condemnamus, taxationem nobis in posterum reseruantes, & tunc in fine interlocutorię tabellio subscribat isto modo. Lecta est & lata hæc interlocutoria anno tali, die tali, & in præsentia ipsarum partiū uel procuratorum, præsentibus testibus. A. B. C. Et de istis & de alius interlocutoriarum formis uide in Spec. de excep. in §. uiso. † & est interlocutoria, quæ fertur in-2 ter principium causæ & sententiæ, non super principali sed super incidentibus quæstionibus, uel emergentibus da

3 de ap.c.significantibus de testi.c.significauit.† & transit interlocutoria in rem iudicatam quo ad partem, si ab ea infra decem dies non fuerit appellatum,ut in c. cum dilectus in fin.de elect.& in c.cum dilecti de appel. sed non quo ad iudicem,quoniam quandocũque posset eam reuocare, etiam post 10. dies, de quo tamen dicendum est, ut plene not.in c.cum cessante, de appel. ubi distinguuntur tres species interlocutoriarum, quia quædam interlocutoriæ præparant uel ordinant litem, quædam uero emergentia seu incidẽtia in lite decidunt,quædam aliquid restitui, uel dari, uel non dari, uel fieri, uel non
4 fieri,uel aliquid equipollens,iubent.† Concludendo tamen ibi tenent doct.quòd omnis interlocutoria mutari potest ex causa,sine causa non,maximè post.10.dies sine uoluntate partis,pro qua lata est. unde si iudex sine causa iusta interlocutoriam reuocat,poterit appellari.Formas autem diuersas reuocationis interlocutoriarum ponit Gul.in Spe.de excep.§.uiso.quia potest sic dicere iudex.

SVMMARIVM

1 *Forma reuocationis interlocutoriæ.*
2 *Reuocatio interlocutoriæ nec dubia, nec conditionalis, nec incerta esse debet,& quare.*
3 *Reuocandi interlocutoriam forma secundùm Gul.de Cun:*
4 *Reuocandi interlocutoriam forma tradita per gloss.in c.cum cessante.de app.quibus rationibus reprobetur.*
5 *Reuocandi interlocutoriam forma tradita ab Host.*
6 *Appellans non tenetur parere iudici a quo in eo, propter quod appellauit.*

CAPITVLVM CIII.

1 NOs talis † Iudex &c. quia in causa tali &c. pridem super tali exceptione per talem reum opposita pronunciamus interloquendo eandem exceptionem non esse admittendam, uel quia cõtra talem sic processimus &c. Habito postmodum consilio peritorum inuenimus nos ipsum grauasse uel indebite contra eum processisse, iccirco usi consilio saniori interlo-
2 cutoriam ipsam uel processum huiusmodi expresse reuocamus.† Quidam tamen iudices erubescentes factum suum reuocare sic dicunt. Nos talis iudex &c. si te talem in aliqua grauauimus, illud reuocamus. sed talis reuocatio dubia est, conditionalis, & incerta, & non admittenda. unde appellans non obstante tali reuocatione nihilominus insistere potest executioni suæ appel
3 lationis, si pura non sit reuocatio. † Quidam etiam iudices sic dicunt. Frater si te grauauimus in aliquo, sumus parati reuocare illud de consilio prudentum & sapientum,& præfigimus tibi talem terminum ad comparendum,infra quem uolumus plenius deliberare. & dicit Gul. ubi supra quòd hæc forma probatur in cap.ad
4 apostolicæ de re iudica.libr.6. uer.eratque parata. † & glo.in c.cum cessante de appel.dat aliam formam interlocutoriæ reuocationis grauaminis. ut si iudex dicat non credo te grauasse, sed si grauaui te in aliquo, illud reuoco.Sed ista forma,quæ duo membra continet,quo ad utrunque non est sana. quia in princ. docet mentiri, quia potest esse,quod iudex contrarium credat, & propter tales cautelas uel doctrinas uidendum est, quod not.Gul.in Specul.de excep.§.penul.in ult.col.Quo ad secundum membrum, est conditionalis, & incerta, ut
5 supra dixi. † unde Host.dat talem formam,uidelicet ut sic dicat iudex ad eum, contra quem lata est sententia interlocutoria. Tu dicis te grauatum per talem interlocutoriam,quod non confiteor,ergo tamen reuoco me satisfaciens uoluntati,ne de iure saltem cõqueri possit. Et similis alia forma traditur in c. nisi specialis de auctoritate & usu pal.& quod dicit iudex in reuocatione, [*Quòd non confiteor,*] caute dicit. quia per hoc non sequi-
6 tur, quòd neget se grauasse. † Et alii iudices consueuerunt statuere terminum appellandi ad docendum de grauamine. sed ad hoc ipse appellans non tenetur. de quo in c.si a iudice, de appel.lib.6. & sic est finis secundæ partis. sequitur tertia pars de sententia diffinitiua.

SVMMARIVM

1 *Sententia diffinitiua est tertia pars ordinis iudiciarii.*
2 *Sententia diffinitiua quid sit.*
3 *Sententia diffinitiua an de actis esse dicatur.*
4 *Sententia diffinitiua quibus præsentibus, uel saltem citatis contumacibus sit ferenda.*
5 *Sententia diffinitiua in termino citationis non lata, an sine alia citatione postea ualide feratur.*
6 *Sententia diffinitiua si continet eum,contra quem lata est, fuisse citatum, an ei stetur in hoc, & an & quomodo contraria admittatur probatio.*
7 *Sententiæ præsens an præsumatur condemnatus, si aliquid in ea non exprimatur.*

CAPITVLVM CIIII.

1 NVnc † uideamus de tertia parte ordinis iudiciarii scilicet de sententia ,& illis quæ consequuntur.& Gul.in Specul.de sentent.prola.in princ.
2 definiendo sententiam dicit, † quòd sententia est iudicialis diffinitio controuersiæ finem imponens,condemnationem, uel absolutionem continens. Dicitur enim sententia iudicialis diffinitio controuersiæ, ut in l.1. ff. de re iud.& debet continere condemnationem, uel absolutionem,de accu.c.illa.ubi de hoc in ultim. gloss.uel aliquid quod tantum ualeat de uerbor.signific.c.in his.
3 † Verum ante sententia diffinitiua sit de actis causæ, ita quòd connumeretur inter acta,tractat Ioan.Andr.in addit. Specul.de sentent.prola.in princ.& ibi ponit argumenta pro, & contra. quibus omissis uidetur tenere quod sic,& maxime per c.cum æterni.de re iudic.lib.6. ubi sententiæ concipiendæ & ferendæ proponuntur in-
4 ter acta & agenda causæ. † & debet ferri sententia diffinitiua partibus præsentibus,uel altera absente per contumaciam, ita quòd citetur ad sententiam audiendam. de testi. c.cum olim in fin.aliàs si feratur contra absentem non citatum,non tenet. ut not.de re iudica.c.tenor.
5 in glo.penul.& super ea. † Quæro an sententia non lata in termino citationis,sed sequenti,uel secunda, aut tertia die, parte ulterius non citata, ualeat.de hoc in cap. consuluit, de officio deleg.& per doct.in l.cum pro eo. C. quando prouo.non est necess. & in l. si ut proponis. C.quomodo & quando iudic.& Bar.in l.aut qui aliter. ff.quod ui aut clam.& in l.si finita. §. Iulianus,de dam. infec.& necesse est hoc casu, quòd exprimatur peremptorie,ubi unica sit citatio.de hoc 33. q.3. c.de illicita, in fin.mag.gloss.& in Specul.de cita.§.uiso.& per Ioan. Andr.in c.cum Bertoldus.de re iudica. in 4. gloss.& de accu.c.ad petitionem,nisi in causis,in quibus sine figura iudicii proceditur, ut in cle.sæpe de uerb.signific. circa
6 fi.ibi etiam de hoc in glo.ord.4. † Si autem in sententia contineatur eum, contra quem lata est, fuisse citatum, an stetur sententiæ ita,quòd non sit necessaria alia probatio citationis,tractat Gul.in Specul.de senten.prola. §.nunc autem.uer.& not.& plenius per Ioan.Andr.ibidem in addi.quia de iuris subtilitate necesse est probare peremptorie. & si quis uellet tenere, quòd uictor non habeat hoc probare, uictus tamen potest probare se citatum non fuisse, producendo acta; & si inter illa non apparet citatio,habebitur pro non citato,nisi probetur
7 contrarium. ¶ † Verum autem præsumatur condemnatum fuisse præsentem in sententia,si aliquid non dicatur uel exprimatur in ea.not. Gul.in Spec.loco proxi.alle.

SVMMARIVM

1 *Sententia diffinitiua quot continere debeat.*

Sententia

CAPITVLVM CV.

1 SEntentia † diffinitiua debet generaliter sex continere. Primò nomen iudicis, & eius qualitatem, puta an sit delegatus, uel ordinarius. Secundò nomina litigatorum. Tertiò tenorem petitionis in iudicio porrectæ. Quartò substantiam processus causæ, puta litis contestationem, iuramenti de calumnia præstationem, & similia. Quintò, quòd fiat mentio in sententia partes fuisse præsentes, uel per contumaciam absentes, de quo supra. Sextò quòd contineat condemnationem, uel absolutionem, uel aliquid æquiualens. de quo etiam supra tractatum est. & ita enumerat etiam Gul. in Spec. de sent. prola. §. qualiter autem iuxta fi.

SVMMARIVM

1 *Sententiæ diffinitiuæ forma in actione reali.*

CAPITVLVM CVI.

1 IN actione † ergo reali potest sic declarari, seu formari sententia. In nomine domini amen. officialis uel iudex &c. Orta inter A. actorem ex una & B. reum de & super tali fundo, uel domo, parte ex altera materia quæstionis, idem A. libellum obtulit in hac forma. & ponatur totus tenor libelli in sententia. Lite igitur coram nobis legitimè contestata, & præstito a partibus uel earum procuratoribus hincinde calumniæ iuramento, factisque & oblatis petitionibus & articulis, & ad ipsas positiones & articulos responsionibus subsecutis, testibus & instrumentis productis, & attestationibus publicatis, oppositis etiam contra dicta testium nonnullis exceptionibus & replicationibus factis &c. Nos igitur diligenter uisis & auditis iuribus, rationibus, probationibus, & allegationibus partium, cognitisque & inuestigatis ad plenum ipsius causæ meritis, deliberatione præhabita & diligenti & communicato consilio iurisperitorum, Christi nomine inuocato partibus proper hoc in nostra præsentia constitutis, & sententiam ferri postulantibus, uel tali actore uel tali reo præsente & sententiam ferri petente, & tali reo uel actore ad hoc peremptoriè citato contumaciter se absentante, cuius absentia dei præsentia suppleatur, pro tribunali sedentes & habentes prę oculis solum deum sententiando in his scriptis pronũciamus, decernimus, & declaramus, prædictum fundum ad præfatum A. actorem pertinuisse de iure & pertinere; præfatumque B. reum huiusmodi occupasse & detinuisse occupare illicitè & detinere, & ipsum fundum memorato actori adiudicandum, ac reum prædictum ad restituendum & libere dimittendum fundum eundem eidem actori condemnandum fore & compellendum; adiudicamusque & condemnamus ipsum reum supradicto actori in fructibus a tempore motæ litis citra perceptis, uel a tempore occupationis, uel detentionis. uel in tot modiis uel maldris frumenti &c. ratione fructuum perceptorum, & in expensis legitimis nihilominus condemnantes; quarum expensarum taxationem nobis in posterum reseruamus. Vel si debeat ferri sententia pro reo absolutoria forte, quia actor non probauit, uel reus probauit de iure suo, tunc ita formetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ diffinitiuæ pro reo absolutoriæ forma.*
2 *Sententia diffinitiua a quibus uerbis incipere debeat.*
3 *Sententia diffinitiua quare in sui forma non sit alicui dirigenda.*
4 *Sententia diffinitiua quare processus narrationem cõtinere debeat.*
5 *Clausula, Visis & diligenter inspectis iuribus & c. an & quare sit exprimenda in sententia diffinitiua.*
6 *Clausula, Cognitis & inuestigatis ad plenum causæ meritis & c. quare exprimatur in sententia.*
7 *Clausula, Partibus propter hoc in nostra præsentia constitutis, & sententiam ferri postulantibus & c. quare in sñia ponatur.*
8 *Clausula, Cuius absentia Dei præsentia suppleatur. quare in sententia ponatur.*
9 *Clausula, Pro tribunali sedentes, Deumque præ oculis solum habentes. quare sententiæ inseratur.*
10 *Clausula. Pronunciamus, decernimus & c. quare iudex utatur in sententia.*
11 *Sententia debet continere condemnationem, uel absolutionem, uel equipollens.*
12 *Sententiam ferri sub uerbis primæ, uel tertiæ personæ, nõ refert.*
13 *Clausula, Sententiando in his scriptis. quare in sententia diffinitiua ponatur. & nu. 14.*
15 *Clausula, Prædictum fundum ad prædictum actorem pertinuisse & c. quare in sententia sit ponenda.*
16 *Iudex tenetur in sententia diffinitiua condemnare uictum uictori in expensis, nisi id omittat ex causa, quam tamen in eadem sententia exprimere tenetur. & nu. 17.*
18 *Causa quare non debet exprimi regulariter in sententia, exceptis aliquibus casibus, de quibus remiss.*
19 *Iudex si aliquas causas exprimit in sententia, tunc post speciales subdat generalem, de qua ibi.*

CAPITVLVM CVII.

1 IN nomine domini amen. † usque ibi, pronunciamus decernibus & declaramus prædictum B. reum a præfati. A. actoris impetitione absoluendum, & eidem actori super petitione sua & fundo prædicto silentium perpetuum imponendum fore, ac absoluimus & imponimus, ac nostra diffinitiua sententia mediante condemnamus eundem actorem eidem reo in legitimis expensis litis &c. Quarum expensarum &c. In cuius rei testimoniũ &c. 2 † Ista sententia incipit [*In nomine domini amen.*] ut. 23. dis. c. in noie domini, de testi. c. in nomine domini. melius ad propositum in c. ueritatis de dolo & contu. 3 † & non scribitur siue dirigitur alicui uidelicet partibus uel aliis uniuersalis &c. quia si iudex scriberet [*Vniuersis & c. Noueritis quod die tali in causa tali pronunciamus & c.*] tales literæ seu scripturæ non ualerent, nec facerent fidem. quia essent potius testimoniales seu recitatoriæ præteritorum, quàm assertoriæ præsentium. ut not. Gul. in Secul. de sent. prola. §. iuxta. uer. & not. quòd quidem iudices. Nota etiam in c. ad apostolicæ de re iud. lib. 6. 4 † Item in sententia fit narratio processus, ad quem effectum hoc fiat not. in Specul. de sent. prola. §. restat. uer. in summa. Notatur etiam per Innoc. & Host. in c. cum in iure, de officio deleg. ubi etiam notatur, quid fieri debeat, si per alium tabellionem scribatur sententia, & acta per alium fuerint scripta. 5 † Item in sẽtẽtia dicitur [*Nos uisis, auditis, & diligenter inspectis iuribus, probationibus, & allegationibus partium & c.*] quia iudex secundum allegata & probata coram eo debet iudicare non secundum conscientiam quam habet ut priuatus, sed secundum conscientiam ex actis probationibus & allegationibus informatam. 3. q. 7. c. iudicet. de quo de off. dele. c. pasto. in glo. ord. c. 1. & in Specul. de dispu. & alle. §. ult. uer. licet autem. & ibi de hoc per Ioan. Andr. in addit. Spec. ubi ponit rationes quorundam theologorum qui tenent contrarium & illas soluit. & quale remedium habeat iudex tunc, ibi not. quia condemnet, si potest secundum conscientiam. si non potest, deleget causam alicui, uel ad superiorem remittat. 6 † Item sequitur in sententia [*Cognitis & inuestigatis ad plenum causæ meritis & c.*] ideo quia ferri non debet sententia, nisi liqueat de meritis causæ, de quo in c. prout de dolo & contu. cum si. Sententia enim non est præcipitanda, ut in l. 2. C. de sen. ex peri. reci. & in cle. pasto. de re iudic. immo cum peritis super ea fetenda consilium habere debet, de dolo & contu. c. cum olim, de consue. c. ad nostrã. & ibi qualiter iudex deliberare debeat & consilium peritorum requirere. & diligenter cum peritis super negocio conferre

inspiciendo petitionem, iuxta quam sñia est fereda seu formanda, de accu. c. qualiter. 2. de symo. c. licet hely. &c. [*Positiones & articulos probatos & alia acta causæ &c.*] tradit Gul. in Specul. de requi. consi. & ergo dicitur in sententia [*Deliberatione prahabita communicato consilio cum pe-*
7 *ritis &c.*] † Item subditur in sententia [*Partibus propter hoc in nostra præsentia constitutis, & sententiam ferri postulantibus &c.*] De isto ponit Gul. in Spec. rubricam specialem scilicet de peti. senten. & eius cautela. ibi de hoc.
8 † Item quando altera partium est absens per contumaciam, solet dici in sententia [*Cuius absentia dei præsentia suppleatur*] de quo in canone de manifesta 2. q. 1. & in c.
9 ueritatis de dolo & contum. † Item in forma ponitur [*Pro tribunali sedentes, & habentes præoculis deum solum*] de quo in c. cum ęterni, de re iudica. lib. 6. unde sedendo debet iudex ferre sententiam, stando non ualeret, ut in cap. ult. de re iudica. libr. 6. & quæ sit ratio not. ibi. Nec debet per gratiam, uel sordes, contra iustitiam, uel conscientiam iudicare, aliàs sustinebit pœnas, de quibus in
10 c. cum æterni. supra dicto. † Item illis uerbis utitur iudex in sententia [*Pronunciamus decernimus &c.*] non tamen refert, an sic dicat, præcipio, statuo, uel ordino. ut
11 in c. in his de uerb. signif. † nam quamuis dicat lex, non ualere sententiam, quæ absolutionem uel condemnatio nem non continet, ut in l. præses. C. de senten. & interlo. om. iudi. Et tactum est etiam supra, hoc tamen intelligi debet, si non continet condemnationem, uel absolutionem, uel ęquipollens, de quo in Specul. de sent. prola. §.
12 nunc autem. uer. & not. quòd non est uis. † Nec refert etiam an sententia feratur sub uerbis primæ, uel tertiæ personæ, de quo in Specul. eodem titul. §. iuxta uer. non
13 ualeat, de quo dic ut ibi. † Item dicitur in sententia [*Sententiando, seu sententiatur, in his scriptis &c.*] hoc ideo, quia sententia diffinitiua debet ferri in scriptis, recitari, & proferri, & per ipsum iudicem, & non per alium, legi, aliàs nulla est, de quo in c. ult. de re iudica. libr. 6.
14 † non tamen est necessarium exprimi in sententia in his scriptis, dummodo aliàs in scriptis feratur, licet tamen alias sit cautum, de quo in Specul. eodem titul. §. iuxta uer. non ualeat etiam superius alleg. & in d. c. ult. titul.
15 de re iudica. libr. 6. † Et quod sequitur in sententia [*Prædictum fundum ad præfactum actorem pertinuisse &c.*] hoc patet declaratum circa petitionem in libello petitam & contentam, secundum quam, ut dictum est, sen-
16 tentia ferri debet. † Item condemnat iudex uictum in expensis ipsi uictori. quod fieri debet in l. cum quem temere. ff. de iudic. & in c. calumniam de pœnis, nisi ipse uictus habuerit probabilem causam litigandi, quæ eum excusaret, ut in prædicto. c. calumniam. not. in c. fin. de
17 dolo & contumac. in mag. glo. & super ea. † Et tunc quando iudex omittit condemnationem expensarum, debet causam exprimere in sententia, propter quam uictum uictori in expensis non condemnauerit, ut ibi not. & probatur in Authe. de iudic. §. oportet colla. 6.
18 Et iste est unus casus, qui in sententia exprimi debet scilicet causa illa. Septem alii casus no. in c. sicut nobis, de senten. & re iudica. alias regulariter in sententia non debet exprimi causa. immo fatuum esset exprimere, quia facile posset mala causa exprimi, & bona subticeri. & ita non ualent sententia, de quo in cap. ex parte, de concef. præben. de restitut. in integ. c. ex literis. uer. nos
19 igitur. & hoc etiam obtinet in interlocutoriis. † Si tamen iudex aliquas causas exprimit, tunc post specialia submittat clausulam generalem, scilicet ex his & aliis nos mouentibus &c. & sic sub tali generalitate comprehendit causas iustificantes sententiam seu decisionem causæ, ut no. de re iudi. c. abbate, lib. 6. Sententia in actione personali sic potest formari.

SVMMARIVM

1 *Forma sententiæ diffinitiuæ in actione personali.*

2 *Sententia an concipienda sit in personam procuratoris, uel Domini.*

CAPITVLVM CVIII.

1 IN nomine domini amen. † ut in præcedenti forma usque ibi, pronunciamus decernimus & declaramus prædictum. N. reum prædicto. A. actori in debito huiusmodi esse coudemnandum, & ad eius solutionem compellendum; nec non in expensis litis legitimis eundem reum præfacto actori condemnamus, taxationem expensarum huiusmodi nobis in posterum
2 reseruantes. † An autem sententia concipienda sit in personam procuratoris uel domini, nota de elect. cap. querelam in gl. concipienda & super ea. Sed licet multum in hoc instent doctores, & maxime legistæ, tamen ibi non placet Ioan. And. legalis subtilitas in hoc casu; quia si procurator fuerit in causa nomine domini, quale peccatum est, si dominus condemnatur. unde graue esset dicere sententiam proper hoc nullam, quod uiden tur dicere legistæ in l. 1. C. de senten. & interlo. om. iudi. Host. tamen in c. querelam, motus ista subtilitate legali ponit formam sententiæ in causa matrimoniali, consulendo quòd iudex pronunciet isto modo.

SVMMARIVM

1 *Forma sententiæ in causa matrimoniali, quando litigatum est per procuratorem.*

2 *Libellus bene formatus in quacunque actione dat formam sententiæ concipiendæ.*

3 *Reus quando absoluitur, an actori simul imponendum sit silentium.*

4 *Notarii officium quale esse debeat circa sententiam latam.*

CAPITVLVM CIX.

1 PRonunciamus, † decernimus, & declaramus Titium fore maritum Bertæ, procuratorem eius ipsius nomine ad matrimonium, de quo actum est, condemnamus præcipiendo ut dictus Titius deinceps eidem Bertæ adhæreat ut uxori, & eam tam in lecto quam extra lectum maritali affectione pertractet, pro qua forma allegat. c. ex parte & c. ueniens de spon.
2 ¶ † Aliæ sententiarum formæ de facili possunt haberi, quia libellus bene formatus in quacunque actione dat formam sententiæ concipiendæ, quæ ex forma petitorum in libello procedere debet, ut allegatum est. supra
3 & ut supra patet in sententia absolutoria † Reus absoluitur ab impetitione actoris, & actori silentium imponitur. Quòd utrunque istorum ponendum sit in sententia, & quare, habetur in c. cum ecclesia sutrina, de causa pos. & propri. in fi. & in c. dudum in fi. de conuer. coniu. cum fi. & not. in Specul. de senten. prola. §. nunc autem.
4 uer. quare autem utraque est. † Et lata sententia notarius subscribit sententiæ annum, diem, & testes, hoc modo. ¶ Acta & lecta est hæc sententia diffinitiua &c. ut supra in subscriptione interlocutoriæ sententiæ, uel sic redigatur sententia in formam publici instrumenti hoc modo. In quorum omnium & singulorum testimonium præsentes literas seu præsens publicum instrumen tum per talem notarium publicum & causæ huiusmodi coram nobis scriptam subscribi & publicari mandauimus, nostrique fecimus sigilli appēsione muniri. Datum & actum loco tali, die tali, quo nos ad reddendum iura pro tribunali sedere consueuimus, indictione tali, pontificatus &c. præsentibus discretis &c. talibus clericis, uel laycis, loco tali, & hora tali &c.

SVMMARIVM

1 *Sententia transit in rem iudicatam, nisi intra decem dies ab ea fuerit appellatum.*

2 *Appellandum aliter est ab interlocutoria, & aliter a diffinitiua; & qualiter in utraque.*

Appellatio

3 *Appellatio iudicialis ut ualeat, tredecim requiruntur, & quæ illa sit.*

4 *Anppellatio extraiudicialis uerisimilitudine contenta est, & quomodo & in quibus differat a iudiciali.& nu.5.*

6 *Appellare a diffinitiua uerbo tantum quis potest iudice adhuc selente pro tribunali,& quomodo.*

7 *Appellatur a diffinitiua necessariò in scriptis, quando iudex discessit a tribunali.*

8 *Appellatur a diffinitiua sine causæ expresione.*

9 *Appellatio quid sit.*

CAPITVLVM CX.

1 Lata † Sententia diffinitiua, si ab ea non appellet pars, contra quám est lata, infra 10. diestransit in rem iudicatam, facit c.quód ad cósultationem, de re iudica.& idem de interlocutoriis quo ad partem, ut in c.cum dilecti, de elect.in fi.& etiam tactum est.supra.

2 Vnde aduertendum, quia aliter appellatur ab interlocutoria,& aliter a diffinitiua.nam cum appellatio interponitur ab interlocutoria uel alio grauamine, oportet quód in scriptis fiat, & cum expressione causæ iniustæ seu iniquitatis interlocutorię uel grauaminis. Ista duo substantificè requiruntur ad appellationem ualidádam, etiam si causa sit notoria, de quo per Ioan.And. in cap. cordi, de appel.lib.6. in nouella nisi quando in maioribus &, reseruatis interponitur appellatio, de quo in c. ut debitus in fin.eodem titul. † Et sunt.13. quæ concurrere requiruntur, seu debent, in appellatione ante sententiam ad ipsam appellationem ualidandam, quæ colliguntur & numerantur in c. cum dilectus de appel. & ibi per Host.super uerbo firmatum.Primum, quód causa in appellatione expressa, sit uera. Secundum, quód exceptio opponatur. Tertium, quód coram iudice proponatur, nisi excuset iusta causa. Quartum, quód appelletur. Quintum, quód coram iudice, nisi ex causa. Sextum, quód exceptio non admittatur, sed quód procedatur repulsa excep. Septimum, quód per istam repulsionem appelletur. Octauum, quód exceptio opposita sit legitima. Nonum, quód grauamen illatum sit, uel comminatum. Decimum, quód in scriptis fiat appellatio.ut supra.Vndecimum, quód petantur apostoli.Duodecimum, quód si petierit appellatus, ueniat appellans instructus ad causam iuxta. c.cordi. de appellat. lib.6. Decimumtertium, quód appellatio interponatur ĩ.10. dies.ut in capit.cordi.supra alleg. & in Specul. parte.2. eodem titul.§.qualiter uersic.in summa.& hoc in appellatione iudiciali. †; Sed in appellatione extraiudiciali ista omnia non requiruntur, quia ibi non exigitur ueritas causæ, sed sufficit ipsius uerisimilitudo. † Item non requiritur ibi grauaminis illatio uel communicatio, sed sufficit quód timeatur inferri in futurum; de istis & aliis differentiis, scilicet in quibus differunt appellatio iudicialis & extraiudicialis, uel etiã in quibus conueniunt, solet notari in c. bonæ de appel. ubi notantur. 12. differentiæ,& tres conuenientiæ. † Quando autem appellatur a diffinitiua sententia, tunc ille, contra quem fertur, si uult; lata sententia appellare, potest uerbo apud acta, dummodo hoc faciat incontinenti iudice adhuc pro tribunali sedente, antequam se diuertat ad alios actus.ut in l.litigatoribus.C.eodem titul.canonizata.2. q.6.c.fin.in fin.uer.litigatoribus not.de appel.c.1.lib.6. in fin.in gl.mag.in prin. † Sed si ex interuallo, uidelicet cum iudex diuertit se post latam sententiam ad aliquos extraneos actus, uel ad prandium &c. uelit appellare, tunc necesse est etiam appellare in scriptis, sicut ab interlocutoria ut in l.2. ff.eodem titul. & C.eodem titul. l.eos §.fin autem.& ista est uera expositio.licet quidam exponunt, illico, quod ponitur in l.prædicta, idest eadem die, ut not.in d.c.cordi. † Item a diffinitiua appellatur sine expresione causæ, ut ibi, & in iuribus proximè allegatis. unde sufficit appellanti dicere, appello a tali diffinitiua sententia tanquam iniqua &c. de quo etiam in Specul.de appel.§.qualiter in prin.& tamen.Tancre. ibidem definiendo appellationem dicit. † quód appellatio est sententiæ uel grauaminis releuatio per reclamationem a minori ad maiorem iudicem facta, prætextu iniqui iudicis, grauaminis, uel iniuste sententiæ.Ioan. Theo.ponit unam definitionem.2.quæstio.6.in summa. Host. etiam ponit plures diffinitiones in summa eodem titul.§.1. Potest ergo sic formari appellatio a grauamine uel interlocutoria iudicis &c.

SVMMARIVM

1 *Forma appellationis a grauamine, uel interlocutoria.*

2 *Appellandum est coram iudice, nisi aliter pars impediatur, & quibus casibus excusetur,& quomodo ei succuratur. & nu.3.*

4 *Appellatio est concipienda uerbis facti,& non iuris, & quomodo hoc intelligatur.*

5 *Iudicis iurisdictio quare sit in appellatione exprimenda.*

6 *Appellationem iudex tacitè & expressè repellit,& quomodo.*

7 *Appellationem iudex quando nec tacitè, nec expresse repellere dicatur,& quomodo taliter grauato si consulendum.*

8 *Appellatio unum tantum grauamen, & non plura continere debet;& quare hoc non seruari, periculosum sit in curia Romana.*

9 *Appellatio debet fieri expresso iudice, ad quem appellatur, alias intelligitur ad proximum.*

10 *Appellatio alternatiua, an,& quibus casibus ualeat.*

11 *Appellans si omisit medium, uel quando una pars ad unum, alia ad alium iudicem appellauit, quid iuris.*

12 *Apostoli an necessariò sint petendi in ipsa appellatione, uel inter quod tempus saltem.*

13 *Appellans an necessariò exprimere debeat, quód subiicit se protectioni eius, ad quem appellat.*

14 *Appellans quæ probare debeat,& quibus mediis.*

CAPITVLVM CXI.

1 Coram † uobis domino iudice tali uidelicet ordinario, uel delegato, & te notorio ac testibus hic præsentibus. Ego talis principalis uel talis eius procurator procuratorio nomine talis actoris, uel Rei propono, & dico animo appellandi, quód licet in causa, quæ inter talem actorem ex una, & prædictum. N. reum de & super tali re uel debito parte ex altera uertitur in iudicio, coram uobis domino iudice prædicto exceptionem talem opposuerim, & ponatur tenor totus, seu saltem mens & effectus ipsius exceptionis, & in appellatione exprimatur. Et tunc subiungat, si uelit eam per uos admitti.alias, si uelit, petendo eam per uos admitti, uel secundum contenta & petita in ipsa pronunciari. Vos tamen domine iudex huiusmodi exceptione legitima spreta & neglecta ipsum saltem tacite repellendo, in ipsa causa ad talem uel talem actum exceptioni meæ contrarium processistis. uel eandem excepionem per uos & per uestram, quam tulistis interlocutoriam, pronunciando sic uel sic, minus iuste repulistis. uel alias in causa huiusmodi per talem uestram comminationem seu actum, uel præceptum tale me indebite grauastis. unde ab intertocutoria huiusmodi iniqua & iniusta seu a prædictæ exceptionis non admissione, uel saltem tacita repulsione, uel a tali uestra comminatione, seu præcepto tali, tanquam iniquo grauamine, in his scriptis ad talem episcopum, uel ad sanctam sedem apostolicam, & sanctissimum in Christo patrem & dominum. d. papam talem prouoco, & appello,& apostolos primò, secundò,& tertiò, & cum debita instantia mihi dari posco, & subiiciens prædictum. N. reum cum adhærentibus suis protectioni domini episcopi talis, uel domini papæ & sedis apostolicæ. Et specialiter protestor, quód appellationẽ huiusmodi possim corrigere, emendare, & innouare, & eam intimare uerbo, & prosequi prout mihi uidebitur expedire.

Dicitur

2 ¶ † Dicitur primò in forma [*Coram uobis.*] quia coram iudice & eius præsentia est appellandum. ut 2. quæst. 6. c.biduum. de appel. c.suggestum.si eius præsentia potest haberi, uel nisi iustus metus excuset, tunc debet protestari uolens appellare iuxta formam c.ult. eodem titul.
3 † Et si plures sunt iudices, quorum præsentia simul haberi non potest, tunc fiat secundum quod habetur in cle.1. eod.titul. quia tunc potest coram ipsis uel maiori parte ipsorum appellari, & apostoli peti possunt separatim, ut ibi. † Aliqui in appellationibus solent præmittere [*Cum appellationis remedium ad releuationem oppressorum in iure sit inuentum.*] de appel. cap.cum speciali. §. porro.& in l.præfecti præto.ff de mino.cum simili.sed de hoc non est curandum. quia ista sunt uerba iuris, quorum non est necessaria propositio. sed uerba facti sunt proponenda. de quo in c.si quis iusto de elect. libr.6.
4

5 † Item dicitur [*Ordinario uel delegato &c.*] quia debet exprimi iudicis qualitas, quæ consideranda est, maxime quando super appellatione impetratur, de except. cap. dilectæ.no.de appel.c.ex insinuatione.postea fit mentio in forma appellationis de processu causæ, & de grauamine, seu interlocutoria, & causa iniquitatis grauaminis, seu interlocutoriæ; quia hoc est necesse, quando ante sententiam appellatur, ut dictum est supra. nam tunc non sufficit dicere, appello a tali interlocutoria tanquam iniusta & iniqua. quod tamen sufficeret in appellatione a diffinitiua. de quo not.in capit.ult.de noui
6 oper.nuncia. † Item dicitur in forma appellationis [*Quod iudex non admisit excep.sed ea spreta processit, uel ipsam per interlocutoriam repulit*] nam duobus modis iudex repellit excep.uidelicet tacitè,& expresse.Tacite quando exceptione neglecta iudex procedit ad ea, quæ se non compatiuntur cum exceptione proposita, ut de appel. c.ex parte, secundum Ber.& eodem titul. c.dilecto. In Specul.de excep.§.2.uersic.& not. No.etiam per Ioan. Monach.in c.1.de ap.lib.6. & tunc potest appellari hoc expresso in appellatione, uidelicet quòd procedat iudex exceptione non admissa. Expresse repellit, puta quando per interlocutoriam pronunciat contra exci-
7 pientem. † Quid autem faciendum sit, quando iudex non repellit expresse nec etiam tacite, puta procedendo, ut dictum est, nec etiam admittit, sed semper est in deliberando forte ut excipiens fatigatus laboribus & expensis ex diuersis terminis, quod iudex ad deliberandum assignauit, cedere liti, uel ab exceptione recedere cogatur.not.in d.c.dilecto de appel.quia ut dicit Host. ibi, si iudex tertiò requisitus humiliter expectato responso tempore congruo non responderit, expresso tali
8 grauamine poterit appellari.de quo plenius ibi. † Item dicitur in forma appellationis [*A tali interlocutoria uel tali grauamine &c.*] possunt etiam plura grauamina exprimi in appellatione, sed caueat appellans, quòd sint legitima & uera. nam canzellaria unum solum, recipit grauamen, uel unam appellationem tantum. de quo in c.cum causam de appel.super ult.gloss.unde posset canzellaria forte eligere causam falsam, super quolibet tamen grauamine dat unum singulare, uel speciale rescriptum ad eosdem iudices, ut ibi not.& ex sola causa in appellatione expressa, & non ex tali qua præcedenti uel superuenienti appellatio iustificari poterit, uel im-
9 pugnari.ut in cle.appellanti.eodem titul. † Item dicitur in appellatione [*Ad talem episcopum, uel papam, uel alium.*] Si simpliciter diceret appello non expresso an ad episcopum, uel papam, uel alium, ad quem uideatur appellasse. uel si dicat appello ad maiorem. not.in c.ut debitus de appel. & dicitur ibi, quòd intelligitur ad proximum appellasse.de quo etiam in Specul.eodem titul. §.
10 nunc tractemus. uer. quid si quis, & uer. seq. † Vtrum autem ualeat appellatio alternatiua, uidelicet sub hac forma.Appello ad archiepiscopum uel papam, quando ab episcopo appellatur. uel sic.Appello ad episcopum uel archiepiscopum, cum appellatur ab inferiori episcopo.not.de officio deleg.c.si is cui,lib.6.in glo.penul. & super ea. & melius in quæstione posita super regula in alternatiuis, de reg.iur.libr.6. Et dicitur ibi concludendo, quòd in primo casu, scilicet quando appellatur ab episcopo ad archiepiscopum uel papam, tenet appellatio, dummodo appellans eligat certum tempus, infra quod debuit appellare, uidelicet infra decendium. In secundo casu uidelicet etiam appellato, quia tunc inquantum exprimit de archiepiscopo, hoc est inutile, quia eo casu non potest ad archiepiscopum appellare episcopo medio omisso. de appel. c. dilecti ult. sed inquantum ad archiepiscopum, est utile.ut in regula iuris,
11 utile per inutile, de reg.iu.lib.6. † Et quomodo gradatim siue feriatim est appellandum, si tamen omittitur medius, & non opponitur exceptio, an teneat appellatio, uel hoc casu ualeat consuetudo, uel usus.not.in d. c.dilecti. Et si unus appellantium uel litigantium appellet ad archiepiscopum, alius ad papam. quid iuris,
12 uide in c. si duobus, de appel. † Item subiungitur in appellatione [*Apostolos primò, secundò, & tertiò, & cum instantia peto &c.*] de hoc 2. quæstio.6. c.post appellationem.§.ult.ad fi.& in l.a iudicibus.C.eodem titul.sufficit tamen, quòd illa petitio fiat unico contextu.ut in clem. quamuis rigor, de appel. & de istis appellationis infra patebit, & non est de substantia appellationis, quòd in ea petantur, dummodo petantur postea. infra. 30. dies. ut in l.1. ff. de appel. & in capit. ab eo. de appel.lib.6. de quo in Specul.parte.4. de appel.§. sequitur ad fin.& not.in alleg.cle.quamuis, de appel. in gloss. lex dicit.
13 † Postea in forma sequitur [*De adhærentibus*] quomodo appellans adhærentes sibi submittit protectioni eius, ad quem appellat. De istis adhærentibus habetur in c. ut circa, de elect.libr.6.& diuersas formas appellationum iudicialium a sententia, aut a grauamine, uel interlocutoriis, ponit Gul.in Specul.parte.4. §. 1. Et ut supra tactum est, causa debet exprimi in appellatione ante sententiam interpositam, & illa debet esse ratio-
14 nalis, & uera. † unde quilibet appellans habet probare duo, scilicet causam appellationis esse legitimam, & ad hoc probandum non requiruntur testes, uel instrumenta, sed est in arbitrio boni uiri, scilicet iudicis.uidelicet an causa sit talis, quæ probata debeat legitima reputari.ut in capit.ut debitus, de appel. Item probare debet appellans ipsam causam appellationis fore ueram.& ad hoc requiritur probatio.ut in c.cum speciali. eodem titul. nisi appellans obtulisset se probaturum ueritatem causæ coram iudice, a quo alias non fuisset admissus, ut pro tanto appellasset, de quo dicendum est. ut in c.interposita eodem titul.debet ergo causa appellationis esse uera, alias appellatio esset frustratoria, ut in eodem c.ut debitus supra allegato.

SVMMARIVM

1 *Forma appellationis a diffinitiua.*
2 *Appellatio an diem latæ sententiæ continere debeat, uel quomodo de eo aliàs constare sufficiat.*
3 *Appellanti uiua uoce quid dicere sufficiat.*
4 *Appellare ab eadem sententia potest utraque pars, & quando.*

CAPITVLVM CXII.

1 APpellatio † a diffinitiua poterit sic formari, quando in scriptis ex interuallo appellatur. Coram uobis tali iudice ego talis principalis uel talis procurator, ut supra in præcedenti forma, dico & propono animo appellandi, quòd 10. diebus nondum elapsis in causa tali, quæ inter me ex una, & talem aduersarium meum parte ex altera, de & super re uel debito tali assignato uertebatur in iudicio coram uobis, sententiam contra me & pro aduersario meo tulistis diffinitiuam, si sententia dici iure mereatur,

me

me per eandem sententiam uestram prætensam eidem meo aduersario in petitione per eum minus iusta condemnandum censuistis. uel eundem aduersarium a mea impetitione absoluendo, & mihi super petitis perpetuũ silentium imponendum. Iccirco ab eadem sententia prætensa, tanquam iniqua, & iniusta, ipsius nullitate semper salua, in his scriptis ad talem appello. &c. ut supra in alia forma. Vel breuiter posset sic dictari ista appellatio. A tali sententia prætensa diffinitiua per uos dominum iudicem in tali causa contra me & pro aduersario meo tali lata, tanquam iniqua & iniusta, in his scriptis appello ad talem sedem &c. † An autem dies 2 latæ sententiæ sit inserenda in appellatione, uel persona aduersarii in ea exprimenda. & quid si plures habet quis aduersarios, unum exprimit & alium subticet; & de quibuscunque aliis, tractat Specul. parte. 4. de appel. §. 1. uer. si uero appellat. nec de istis est curandum multum, quia notarius, qui de appellatione conficit instrumentum, talia debet declarare. & si de die latæ sentẽtiæ non constabit, per instrumentum appellationis patebit.

3 † Quando uero appellatur illico a sententia uiua uoce apud acta, non est necesse dare formam; quia per sententiam, quæ immediate lata est, & a qua incontinenti appellatur, satis constare potest, quis, contra quem, a qua sententia, a quo iudice, uel ad quem iudicem, appellatur, licet ista in appellatione non exprimantur. Dicat ergo ille contra quem lata est sententia. Ego talis a tali sententia tanquam iniqua & iniusta ad talem 4 superiorem appello. † Et aliquando sententia continet plura capitula, & in uno fertur pro una parte, & in alio pro alia, & sic utraque pars appellat ab ea. de quo in c. Raynucius, & c. Raynaldus de test. & ulti. uo. notarius autem sic conficiat super appellatione instrumentum appellationis.

S V M M A R I V M

1. *Forma scribendi in actis appellationem interpositam.*
2. *Appellatio die etiam feriata, & extra locum iudicii interponi potest.*
3. *Iudex a quo, potest appellanti assignare ad dandum uel recipiendum apostolos terminum 30. dierum.*
4. *Terminus 30. dierum ad recipiendum apostolos a quo tempore incipiat currere.*
5. *Appellans, nisi intra terminum sibi assignatum apostolos non petierit, appellationi renunciat.*
6. *Terminum 30. dierum iudex tenetur dare appellanti & petenti, alias processus est nullus.*
7. *Appellas suam potest prosequi appellationem, termino etiam sibi a iudice denegato.*
8. *Apostoli an gratis, cuiusve expensis sint dandi.*

CAPITVLVM CXIII.

1 IN nomine domini amen. † anno tali indictione tali pontificatus Pii papæ. 2. die tali, hora tali, uel quasi, in oppido tali, in domo tali, uel loco tali, coram iudice tali, in mei notarii publici subscripti, & testium subscriptorum præsentia personaliter constitutus discretus uir, talis principalis, uel eius procurator procuratorio nomine habens in manibus suis unam papyri cedulam infrascriptam appellationem in se continentem, quam appellationem interposuit, & perlegit, prout in ipsa cedula continebatur. seu secundum eiusdem cedulæ appellationis formam & tenorem appellauit, apostolos petiit, protestabatur, & alias fecit, sicut exprimitur in eadem. Cuius appellationis tenor de uerbo ad uerbum sequitur, & est talis. Coram &c. Qua appellatione sic interposita, & apostolis petitis a iudice supradicto, idem iudex appellationem eandem perlectam & interpositam habuit, copiam eiusdem appellationis interpositæ petiit, & eam sibi per eundem appellantem uel eius procuratorem traditam, & talem terminum iuris ad dandum apostolos sibi & per eum recipiendum, eosdem ei pro termino assignauit, uel infra terminum iuris se apostolos daturũ promisit eidem, super quibus omnibus & singulis idem appellans, uel ipsius procurator, per me notarium publicum, ut sibi unum uel plura conficerem instrumenta, requisiuit. Acta sunt anno, indictione, mense, die, hora, & loca, quibus supra &c. 2 præsentibus &c. ¶ † Et appellatio semper potest interponi, siue dies feriata sit, siue non. & peti possunt apostoli, etiam extra locum iudicii. in loco tamen congruo & honesto, & hora congrua, non quando iudex est in balneo, uel in mensa. ut in cle. quamuis rigor, de appel. & sufficit appellationem interponi coram iudice & iudici scripta offerre, licet ipsius appellationis tenor non 3 legatur. ut in c. appellatio. eodem titul. lib. 6. † Et quod dicitur in instrumento [*Quod iudex assignauit certum diem ad dandum, uel recipiendum apostolos, uel dicit se daturum infra terminum iuris, uel in termino iuris qui est. 30. dierum.*] hoc potest iudex, & in arbitrio suo est, ut probat cle. quam-4 uis rigor. supra alleg. † Et isti 30. dies currunt a tempore interpositionis appellationis, & non a die sententiæ uel grauaminis. ut tenet ibi Genzel. & cum eo tenet Rota propter motiua & rationes, quas inducit, licet Io. And. in d. cle. quamuis, teneat, quòd a die sententiæ. 5 † Et nisi appellans petat apostolos infra. 30. dies, uel in termino per iudicem assignato, appellationi renun-6 ciat. ut in d. cle. quamuis. † Et iudex tenetur illos dare appellanti & petenti, alias ipsius processus non ualebit. 7 ut in clem. 1. & c. ab eo, eodem titul. libr. 6. † Et appellans nihilominus potest prosequi appellationem suam. 8 ut in d. cle. quamuis in fin. † Et ibi not. etiam in glo. an gratis dari debeant apostoli, uel expensis ipsius appellantis.

S V M M A R I V M

1. *Apostoli quid sint.*
2. *Apostoli unde dicantur.*
3. *Apostoli quid continere debeant.*
4. *Apostolorum quot species sint.*
5. *Appellatio est quadruplex.*
6. *Terminum iudex si appellanti assignauerit, ut potest, an habeat uim dilationis.*
7. *Apostolos quando iudex simpliciter dat, an dicatur deferre appellationi.*
8. *Appellationi si iudex detulit, an eandem delationem reuocare possit.*
9. *Iudex si detulit appellationi, an postea possit statuere terminum appellanti.*
10. *Iudex & appellans qua circa appellationem uterque possit, & quæ alter eorum ualeat explicare.*
11. *Delationi appellationis qui effectus sit.*
12. *Assignationis termini effectus quis sit.*
13. *Terminus quare appellanti statuatur.*
14. *Terminus appellanti statutus diuersos parit effectus, de quibus & eorum causis uide.*

CAPITVLVM CXIIII.

1 ET sunt † apostoli, quædam literæ breuis formæ uel uerborum; quæ scriptura non est de substantia iudicii, ad quod appellatur, instruens motum iudicis a quo, & totius appellationis circunstantias breuiter comprehendens, probatur. 2. quæstio. 6. c. post 2 appel. & c. forma. † Et dicuntur apostoli ab apo, quod est supra; & stolon, quod est, missio. quasi missio ad su-3 periorem. † Et debent continere, quis appellat, a quo, contra quem, super quo, & ex qua causa; Et an ille, a quo appellatur, deferat appellationi, uel non; & quare hoc fiat, uel non. not. in l. unica. ff. de libel. dimiss. & in c. cordi, de appel. lib. 6. Nota etiam in d. cle. quamuis, eod. titul. superius alleg. & in Specul. parte. 1. eod. tit. §. pen.

Et

4 † Et sunt plures species apostolorum. nam quidam sunt conuentionales, ut quando pars admittit. Alii dimissorii, quando dimisit appellare siue in iudicio siue extra iudicium iudice eam reseruante uel tacente, de appel. c. sæpe. & in c. abbate. Alii sunt testimoniales, quia testificantur de appellatione facta coram iudice uel aliis honestis personis. Alii sunt delatorii, per quos apparet, quòd iudex appellationi detulit, & appellantem a sua iurisdictione exemit, & causam ei, ad quem appellatum est, remittit. Alii sunt reuerentiales, ut quando propter reuerentiam superioris appellationi defertur, ut in l. eos. §. super his. C. de appel. Alii sunt refutatorii, per quos appareat, quòd iudex non defert appellationi, scilicet cum appellatio est friuola & frustratoria; talibus enim appellationibus non est deferendum a iudice, nec æquitas iuris defert, ut in c. cum appellationibus, de appel. libr. 6. unde ut sciatur, cui appellationi est deferendum, uel non, † sciendum quòd quadruplex est
5 appellatio. Est enim quædam appellatio manifestè frustratoria, ut quando appellatur in crimine notorio. Alia est latens frustratoria, ut quando in appellatione exprimitur notabilis uel rationabilis causa, sed illa est falsa. Et est latens probabilis, ut quando exprimitur in ea causa iusta, sed a iure non expressa. Et postremò alia manifesta probabilis, ut quando exprimitur causa iusta a iure expressa manifestè notoria, ut lite non contesta. c. 2. & sic attenditur etiam qualitas appellationis. attenditur etiam qualitas iudicis, uidelicet an sit delegatus, cum clausula appellatione remota; uel sine tali clausula, si sit ordinarius. Prima appellatio repellitur a iure, & a iudice quocunque. Secunda repellitur a iure, sed a iudice admittitur, quousque constet de falsitate causę. Tertia admittitur a iure & a iudice, nisi sit datus cum clausula, appellatione remota. iste non tenetur deferre appellationi. Quarta admittitur a iure, & a iudice. & ita post Pet. & Abb. not. Ioan. Andr. in c. pasto. de appel.

6 ¶ † Et quandoque iudex assignat appellanti terminum in datione apostolorum ad appellationis suæ prosecutionem, ut in c. cum sit romana, de appel. cum concord. Verum autem istius termini assignatio habeat uim dilationis, solet notari in alleg. c. de appel. plenius in cap. cum appellationibus, eodem titul. libr. 6. & dicitur ibi, quòd non; quia ista ponuntur ibi ut diuersa. Si uero dicit notarius, quòd iudex benignè recepit appellationem an intelligitur delegata, not. in Specul. de appel. §. nunc dicamus in fin. Dicit ibi Gul. quòd non uidetur
7 iudex detulisse. ¶ † Sed quid si iudex simpliciter dat apostolos, non exprimendo an deferat, uel non, dicit Abb. quòd deferre uidetur, ita not. ipse in c. dilecto, de appel. Idem si dat acta pro apostolis, quia tunc detulis-
8 se intelligitur, ita decisum est in rota. † An autem postquam iudex detulit appellationi, possit delationem ipsam reuocare, uidetur de appel. c. constitutus. 2. de accu. c. meminimus, de ap. c. cum appellationis lib. 6. Et tenent doct. quòd non posset, etiam re integra manente, licet Io. An. teneat cõtrarium per duas rationes. Prima, quia interlocutoriam potest reuocare, igitur & delationem. Secunda, quia appellans potest reuocare appellationem, igitur & pari ratione iudex delationem.
9 sed istæ rationes non ligant, ut ibi not. ¶ † Et quando iudex detulit appellationi, an post delationem potest statuere terminum appellanti. not. etiam in alleg. capit. cum appellationibus, & de ma. contract. in gloss. 4. & tenetur quòd sic. ut tenet Ioan. Andr. in d. c. cum appel.
10 in nouellla per plures rationes, & ibi patet. † Et est aduertendum, quòd aliquando iudex defert appellationi, aliquando pars appellata, sed ob reuerentiam iudicialem iudex dicitur appellationem recipere, pars uero dicitur illam approbare, ut not. de appel. c. interposita. in potestate ergo utriusque est, scilicet iudicis & appellantis approbare appellationem. unde appellans etiam iudice inuito potest approbare, & etiam econtra iudex potest eam admittere, quamuis displiceat parti; & sic in hoc ęquiparantur iudex & appellans. sed iudex & appellans æquiparantur in uno, uidelicet in termino assignando ut in c. personas. & in c. oblatæ, de appel. sed in potestate solius appellantis est, an appellet, uel non, & sub qua forma; caueat tamen ille, ne erret. ut in c. 1. eodem titul. libr. 6. In potestate & arbitrio solius appellatoris est, an uelit principale negocium tractari
11 in curia, uel non. ut in c. cordi. supra alleg. ¶ † Effectus delationis est, quòd per eam abdicatur iurisdictio iudicis a quo, & in superiorem ad quem transfertur, ut
12 in c. cum appellationibus, sæpe alleg. ¶ † Effectus uero termini assignationis est, quòd in termino appellante non prosequente appellationem suam inducitur renunciatio & desertio appellationis, & actus a quo emissa est appellatio manet ratus, ut in cap. cum sit, & capitul. cum reprehensibilis, & in capit. sæpe, de appel.
13 † Et terminus huiusmodi statuitur uel additur ad arripiendum iter, uel ad præsentandum se superiori, ad quem est appellatum, de quo in c. personas in gloss. 2.
14 & super ea. † Istius tamen termini diuersi insurgunt & causantur effectus, secundum quòd in ipsius assignatione aliqua concurrant, uel non. nam aliquando appellatio solum recipitur a iudice, ita quòd cum assignatione termini concurrit delatio iudicis. aliquando solum approbatur a parte. aliquando concurrit utrunque, quia recipitur a iudice, & a parte approbatur. aliquando neutrum fit, quia nec recipitur, nec approbatur. Si ergo appellatio recipitur a iudice, uel etiam approbatur a parte, tunc terminus hominis habet uim peremptoriæ. ita quòd non ueniente constituit contumacem sic, quòd in articulo appellationis contra eum ut contra contumacem procedi potest, & tenetur mittere procuratorem sufficientem saltem ad articulum appellationis expediendum. ut in cap. sæpe. & in capit. Nicolao, de appel. Idem & fortius, ubi utrunque concurrit, scilicet receptio iudicis, & approbatio partis. sed ubi neutrum interuenit, quia nec recipitur a iudice, nec approbatur a parte, tunc sufficit mittere procuratorem ad impetrandum & contradicendum tantum, nec proceditur in articulo appellationis contra absentem, ut not. in d. c. Nicolao. licet glos. ibi uidetur tenere contrarium. Si autem recipitur & approbatur appellatio, & cum hoc petat appellatus, quòd ueniat appellans instructus, nedum ad articulum appellationis, sed etiam ad causam principalem uenire debet appellans, ut in c. cordi, de appel. lib. 6.

SVMMARIVM

1 *Forma apostolorum dimissoriorum.*

CAPITVLVM CXV.

1 Forma † apostolorum, qui dimissorii uocantur, est talis. Sanctissimo in Christo patri & domino. d. N. diuina prouidentia sacrosanctæ romanæ & uniuersalis ecclesiæ summo Pontifici. Talis episcopus uel officialis eius deuotus fidelis ac obediens post deuota pedum oscula beatorum. Nouerit sanctitas uestra, quòd cum in causa, quæ inter A. ex una parte, & B. ex altera parte de & super re uel deposito tali, uel de & super domo, uel fundo tali, coram me in iudicio uertebatur, sententiam pro prædicto A. & contra B. præfatum tuli diffinitiuam, uel interlocutoriam sic, uel sic pronunciando super exceptione taliter &c. Et quia ab huiusmodi sententia diffinitiua, uel interlocutoria, idem B. ad sanctitatem uestram & sanctam sedem apostolicam appellauit, iccirco ipsum B. appellantem a meo iudicio dimitto, & ad uestram sanctitatem ad examinandum his literis dirigo, sibi literas huiusmodi

huiusmodi sigillo meo sigillatas concedens in testimonium præmissorum. Datum &c. & hoc cum appellatum est ad papam. Si uero appellatum est ad inferiorem puta ad episcopum, uel archiepiscopum, scribatur sub eadem forma uerbis competentibus mutatis. dicendo, Reuerendo, uel Reuerendissimo &c. Aliqui uero non dirigunt superiori, sed scribunt Vniuersis. Aliqui breuiter expediendo dicunt ad appellantem uerbo, uel in cedula nuda scribunt in hoc uerba uel similia. Quia tu a me appellasti a tali sententia mea diffinitiua, uel interlocutoria, ideo ab obseruatione mei iudicii his apostolis te remitto & ad eius examen, ad quem appellasti dirigo. Et si uolueris tibi statuere terminum, sit ille trium uel quatuor mensium spacium. uel diem talem statuo pro termino ad iter arripiendum pro appellationis tuæ prosecutione facienda. uel ad repræsentandum te conspectui sedis apostolicæ, uel alterius superioris, ad quem appellasti.

SVMMARIVM

1 *Forma apostolorum reuerentialium.*

CAPITVLVM CXVI.

1 FOrma † apostolorum reuerentialium potest esse talis. Sanctissimo, uel reuerendissimo &c. ut .s. Talis actor, uel talis reus in tali causa, quæ inter ipsum ex una, & talem parte ex altera, de & super tali re uel eius occasione, in iudicio coram me uertebatur, a sententia diffinitiua uel interlocutoria &cæte. ad sanctitatem uel reuerentiam uestram appellauit, & quamuis appellatio sua mihi friuola uidebatur, tamen ob reuerẽtiam uestram eidem suæ defero appellationi, statuendo sibi terminum &c.

SVMMARIVM.

1 *Forma apostolorum refutatoriorum, quando est appellatum ab interlocutoria.*
2 *Appellationi a diffinitiua est deferendum, & quare.*
3 *Iudices nostri temporis qualiter omissa apostolorum forma deferant appellationi, aut refutent eam.*

CAPITVLVM CXVII.

1 SAnctissimo uel † reuerendissimo ut .s. Nouerit sanctitas uel reuerentia uestra, quòd talis a me in tali causa, quæ coram me inter ipsum & talem super re tali uertebatur, ad sanctitatem uestram uel reuerentiam appellauit &c. Et quia huiusmodi appellatio est friuola & frustratoria ex tali causa, ideo cum huiusmodi appellationibus nec ius deferat, nec sit per iudicem deferendum, eidem appellationi non duxi deferendum, nec ego defero; & hos apostolos refutatorios sibi tradidi, atque trado. in quorum testimonium &c. ut .s. 2 † Et ponitur ista forma de interlocutoria, quia quando a diffinitiua appellatur, tunc necesse est deferre, quia ius defert, de iureiur. capitul. uenientes. de appel. capitul. non solum libr. 6. 3 † Iudices modernis temporibus rarò tales literas dirigunt ad superiorem, sed faciliter se de his apostolis expedientes, dicunt uerbo ad appellantem uel eius procuratorem, sub hac forma. Appellationi tuæ ob reuerentiam sedis apostolicæ, uel talis superioris, ad quem appellatum est, deferimus, seu defero; & talem tibi terminum præfigo ad appellationem tuam prosequendam. Vel quia appellatio tua nobis uester friuola, ideo ei non deferimus, hanc responsionem tibi pro apostolis refutatoriis concedentes. Et hoc faciunt iudices sibi per notarium loco apostolorum scribi, & scribit notarius, si uult, appellationem, & apostolorum dationem in eadem carta, seu in uno & eodem instrumento ponendo in fine instrumenti appellationem, de qua supra, sub hac forma.

SVMMARIVM

1 *Forma scribendi in actis apostolorum petitionem.*
2 *Terminum ad recipiendum apostolos si iudex prorogat, uel apostolos se daturum respondeat nullo statuto termino, quid agendum.*
3 *Sententia suspenditur per appellationem, aliàs transit regulariter in rem iudicatam. & nu. 6.*
4 *Sententiæ quæ sint, quæ non transeunt in rem iudicatam.*
5 *Sententiæ quibus casibus statim transeant in rem iudicatam.*
7 *Sententia nulla non transit in rem iudicatam. & qui sint nullitatis modi, & differentiæ, & nu. 8.*
8 *Sententia iniusta transit in rem indicatam.*
9 *Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, in actione personali post quadrimestre executioni mandatur.*
10 *Executio in actione personali quo ordine fiat. & nu. 11.*
12 *Executio in reali statim fit postquam transiuit in rem iudicatam, & quo ordine.*

CAPITVLVM CXVIII.

1 ANno, † indictione, pontificatus, quibus. s. die tali, mense tali, loco tali, coram iudice prædicto, ac mei notarii publici & testium infrascriptorum præsentia, personaliter constitutus prædictus N. appellans, uel talis eius procurator, apostolos per dictum dominum iudicem super appellatione sua prædicta cum instantia humiliter sibi dari postulauit, cui ipse iudex sibi dando apostolos in hæc uerba respondit, uel cedulam scriptam tradidit, & in ea contenta pro apostolis sibi dedit, cuius tenor talis est. & scribat tenorem seu formã apostolorum, & subiũgat postea. super quibus oĩbus & singulis &c. ut. s. in instrumẽto appellationis. 2 † Si autem iudex terminum datũ ad dandum & recipiẽdum apostolos prorogat ad alium diem, an tũc iterato appellans teneatur comparere, seu apostolos petere. uel si respondit iudex apostolos se daturum nullo certo termino præfixo, quid iuris, leg. & no. in cle. quamuis rigor, superius alle. 3 ¶ † Et ita sunt ista expedita, quæ sequũtur sñiam, quando ab ea appellatur; quia tunc sententia non debet exequi, cum per appellationẽ sit suspensa, ut in d. c. uenientes de iurei. Imo quicquid post sententiã, etiam ante appellationẽ per iudicem uel aduersarium fit, totũ reuocabitur per modum attentari, de quo plenius in c. non solũ. s. alle. Si uerò a sñia non fuerit appellatum, & sic transit in rem iudicatam, tũc ipsa sñia debet exequi. alias parũ prodesset sñias dare, nisi mãdarentur executioni, ut de re iud. c. cum aliquibus. 4 ¶ † Aduertendum est tamen, ꝙ sunt quædam sñiæ quæ nunquam transeunt in rem iudicatã, ut sunt sñiæ, quarũ obseruantia induceret periculũ aĩæ, de re iu. c. tenor. & c. consanguinei, de fri. & malefi. c. fraternitatis, cum si. 5 † Quædam sunt quæ statim transeunt in rẽ iudicatã, ut est sñia excõicationis, de ap. c. pasto. de sen. excom. c. per tuas, quæ tamen propriè nõ est sñia. & hoc uerũ, quia statim transit in rem iudicatã, quo ad priuatam utilitatem, sed quo ad publicam utilitatem tangentem periculum animarum, nunquã transit ar. c. pia. de excep. li. 6. nam semper auditur conquerens de iniusta excommunicatione, de offi. deleg. c. cum contingat. & c. ab excommunicato, de rescrip. Sunt & quidam casus, in quibus diffinitiua sententia statim transit in rem iudicatam, quæ notan. de re iudic. super rubric. 6 † Quædam uero sententiæ tenent medium, quia transeunt in rem iudicatam, non statim, sed post. 10. dies. & istud regulariter obtinet, in sententiis uero extrema sunt causalia. ut not. de re iudic. super rubr. & in c. consanguinitas eod. titul. 7 † & hoc quando sententia tenet, licet sit iniusta, secus tamen si esset nulla, quia tunc non trãsit in rem iudicatã, de re iud. c. 1. & modos nullitatis ponit Gul. in Specul. de sent. prola. §. iuxta propositum.

8 ¶ † Et dicitur sententia nulla ut sequitur, quia lata est contra ius constitutionis; nulla uero non transit in rem iudicatam, iniusta sic, ut dictũ est. & solet distingui, quandoque sñia est nulla, nec seruatur, ut si contra ius constitutionis est lata expressè. quandoque est nulla, sed seruatur donec de nullitate constet. ut si est lata per falsos testes uel falsa instrumenta, quia illa est nulla in ueritate, sed est aliqua in opi. de quo de excep. c. cum uenerabilis. quandoque nulla est, & trãsit in rem iudi. post. 20. annos, ut ibi no. de quo per Host. in c. cum Bertoldus, de 9 re iudi. † sententia ergo quæ transit in rem iudicatam, in actione personali mandabitur executioni post tempus quadrimestre, quia istud tempus cõdemnato in actione personali conceditur a iure, ut in c. quærenti de of. del. potest tamen huiusmodi tempus arctari uel prolongari per iudicem ex causa. sine causa autem non potest, alias si arctauerit sine causa, suppletur a lege. ut ibi not. & in 10 Spe. de sen. excom. §. uidẽdum in prin. † & fiet executio in huiusmodi actione personali isto modo uel ordine, quia præcipietur reo, quòd pecuniã, in qua est condem 11 natus actori, sibi soluat. † & an ipse condemnatus ad ipsius pecuniæ solutionem præcisè cogi debeat, actore instante & petente, tractat Io. An. in addi. Specul. & Gul. de piscatoriis in ista qõne tenuit, condemnatũ, si habeat pecuniam, ad illud teneri, si uero non habeat uictus in pecunia unde satisfaciat, executio fiat in rebus suis, & primò in mobilibus sic, quòd capiantur mobilia, si qua possidet; si mobilia non habet, recurritur ad immobilia. si neque immobilia possidet, peruenitur ad nomina, siue iura. scilicet ad ipsius condemnati nominati debitores. sic tamen, quòd nomina debitorum debita confitẽtium & nõ negantium sub pignore capiantur, de quo in Spe. 12 de sent. exc. §. sequitur uidere. † In actione reali statim executio fit postquam sententia transit in rem iudic. uel si actum est ad fundum, uel ad domum, mittendus est actor in possessionem eiusdem rei, de re iudica. c. cum Bertoldus in fi. nec tunc sufficit dare pignora, sed requiritur corporalis traditio possessionis, ut in c. cum aliquibus, de re iudica. & quomodo iudex mandat executori suo, quòd eandem rem actori adiudicatam persoluat, & corporalem eius possessionem det ipsi actori, Gul. ponit in Spe. de sen. exc. in d. §. sequitur. & huiusmodi præceptum scribi debet in actis per notarium isto modo.

SVMMARIVM

1 *Forma scribendi in actis præceptum factum nuncio pro executione sententiæ.*

CAPITVLVM CXIX.

1 Talis iudex † curiæ talis exequendo sententiã diffinitiuam in causa tali per eum datam, uel per talem iudicem inferiorem, uel ipsius delegatum latam, manu talis notarii uel subscriptã, ac ipsius iudicis sigillis, & prædicti notarii signo sigillatam, & signatam, præcepit & iniunxit tali executori, seu cursori, siue nuncio, quòd rem talem tali actori per prædictam sententiã adiudicatam, & eius possessionem corporalem det, & assignet eidem actori, prædictum reum amouendo ab eadem Acta sunt &c. Vel fiat præceptum perlitras iudicis dirigendas executori. & tũc pt scribi sub hac forma.

SVMMARIVM

1 *Forma scribendi executori.*

2 *Nuncius quæ teneatur referre se fecisse circa executionem sibi mandatam.*

3 *Delegatus & alii iudices utrum, & quibus mediis possint exequi eorum sententias. & nu. 4.*

5 *Executio sententiæ ex quibus causis impediri possit.*

6 *Executio sententiæ quo iure siue actione sit petenda; & quomodo aduocati nostri temporis multi decipiantur.*

7 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, licet sit exequenda, aliquibus tamen remediis uictus releuatur.*

CAPITVLVM CXX.

1 Talis iudex † tali rectori diuinorum &c. salutẽ in domino. Pridem orta inter talem actorẽ ex una, & talem reũ, de & super re tali, fundo, uel domo, & eius occasione parte ex altera, materia qõnis, & causa huiusmodi intentata, & introducta in iudicio coram nobis, nos in causa eadem iure & iudiciario ordine obseruato procedentes, sententiam tulimus diffinitiuam, prædicto actori rem petitam per eum adiudicando, ac præfatum reum ad traditionem seu restitutionẽ rei eiusdem & in expensis litis condẽnando, prout in sententia nostra plenius continetur. uerum quia parum prodest sententias ferre, nisi excommunicationi demandentur, iccirco pro parte memorati actoris humiliter requisiti ad prædictæ sententiæ executionem duximus procedendum. uobis ergo in uirtute sanctæ obedientæ firmiter & districtè præcipiendo mandamus, quatenus præfatũ N. actorem in corporalem & realẽ prædictæ rei, ut præfertur adiudicatæ, possessionem inducatis; ac ipsam rem & eius possessionem tradatis & assignetis, supradictum reum eiusdem rei detentorem abinde remouendo, monentes eundem N. reum, quem & nos peremptoriè per præsentes monemus ut. j. sex dierum spacium a notificatione sibi facta computãdo, quorũ duos pro primo &c. ab eiusdem rei detentione & occupatione desistens, eã præfato actori uacuam & liberam tradat, & ad ipsius corporalem & pacificam possessionem admittat; sibiq; summam. 20. flore. seu librarum denariorum talium pro expensis per eum in lite prædicta factis coram nobis restituat, & persoluat; & alias prædictæ nostræ sententiæ humiliter pareat & intendat, alioquim cõtra ipsum per censuram ecclesiasticam & alia iuris auxilia, prout de iure poterimus, procedemus. dictæ nostræ executioni, 2 ut. s. in formis aliorum mandatarum. ¶ † Et si executio illius præcepti iudicis fit per cursorem seu nuncium, habebit referre iudici diẽ & formam executionis, & quicquid factum est per eum. Et isto modo relatio scribitur in actis, N. talis curiæ cursor nuncius seu executor retulit se de mandato iudicis in uim executionis sententiæ talis in tali causa latæ die tali &c. dedisse & assignasse talem corporalem possessionẽ talis fundi eidem uictori per eandem sententiam adiudicati, quem talis deuictus 3 tenuit & occupauit. ¶ † Verum autem delegatus ordinarii posset exequi sententiam suam, not. in c. si quis, cõtra de fo. comp. & an hoc possint minores iudices, no. in c. cum ab ecclesiarum, de of. or. cum remissi. Et quia super hoc sunt opin. potest dici quòd delegatus ordinarii, & alii minores iudices hoc possunt per censuram ecclesiasticam, quæ est simplicis iurisditionis, & non per traditionem possessionis, quæ est mixti imperii. 4 † & delegatus principis exequitur sententiam suam infra annum, post annum totaliter expirat sua potestas, ita etiam quòd excommunicatum per eum infra annum, anno elapso non absoluit. ut leg. & not. de officio deleg. c. querenti. Iudices tamen indifferenter exequuntur sententias suas per excommunicationem & per mis 5 sionem. ¶ † Ex quibus autem causis, uel per quas actiones impediri potest executio sententiæ, plenè not. in capitul. decetero, de re iudicata. & in Specul. de senten- 6 tia excommunicatio. §. ultimo. † Sed quo iure petatur executio, no. in Spe. eo. tit. §. breuiter. & dicit ibi Gul. quòd uictor habet duo auxilia, per quę consequitur executionem, scilicet officium iudicis, & actionẽ iudicati. non autem per actionem in factum, & per hoc dicit errare multos aduocatos, qui super hoc uolunt summariè procedere sine datione libelli, & lit. contest. de quo di- 7 cendum ut ibi. † licet autem sententia transierit in rem iudicatam, & sic facienda sit ipsius executio, ut dictum est, uictus tamen qnandoque releuatur remedio supplicationis, ut in c. ex literis, de restitu. in integ. de quo in

Spec

Spec.de supple.per totum,uel beneficio restitutionis in integ.eod.tit.per totum.& tunc ex quo sic impetratur, principaliter procedetur in causa restitutionis ordine iuris obseruato,ut de officio iudi.c.2.& ista causa finiri debet,& expediri.§.quadriennium, ut in clem.unica de rest.in integ.ponit Gul.in Spe.parte.4.de resti.in integ. Sed quia raro hæc in partibus istis pertractantur.igitur illa omitto.

SVMMARIVM

1 *Excommunicatus iustè,si petit absolutionem,quibus mediis absolui debeat.*

2 *Excommunicatus iniustè quando quis dicatur, & qua facilitate tunc sit absoluendus.*

CAPITVLVM CXXI.

ET quia, ut dictum est,aliquando reus non parens sententiæ excommunicatur,aliquando pro contumacia,quia citatus non comparet, ut uisum est.§. in prin.processus.Et quia uolens parere,& absolutionē petens,debet absolui.ut in c.cum contingat, de of.dele. ideo ut habeantur formæ absolutionum.1† sciendum est, quòd si quis est excōmunicatus pro contumacia,si uult parere iuri,absoluēdus est sub forma iuris,si offerat cautionem de parendo iuri , & soluendo expensas ratione suæ contumaciæ per aduersarium factas. de app.c. qua fronte.de iud.c.1.& 2.& hoc si sententia est iusta;2† quia si est iniusta, debet absolui sine difficultate. ut de rescr. c.ab excommunicato, cum concord. Et intelligendum etiam est,quando excommunicatus est pro cōtumacia , uel offensa dubia ; nam siquis excommunicatus est pro manifesta contumacia,uel offensa notoria,non absolui tur,nisi satisfactione præmissa.ut in c.ex parte,de uerb. sig.quo ad manifestam offensam.de manifesta contumacia ,pbatur in c.uenerabilibus.§. secūdo,de sen.exc.li.6. Et forma absolutionis sub forma iuris potest esse ista.

SVMMARIVM

1 *Forma absoluendi ab excommunicatione pro contumacia.*

2 *Absolutus ab excommunicatione quomodo per sacerdotem debeat reconciliari.*

3 *Reconciliationis ab excommunicatione forma quæ sit.*

4 *Absolutionis simplicis ab excommunicatione forma.*

5 *Absolutio ad cautelam qualiter,& quando fiat.*

CAPTVLVM CXXII.

TAlis 1† iudex tali rectori uel plebano salutem in domino. quia talis excommunicatus a nobis pro contumacia ad instantiam talis,paratum se offert stare iuri coram nobis,unde ipsum ab huiusmodi sentētia excōmunicationis absoluimus in dei nomine in his scriptis.& talē diem,in quo prædicto actori satisfaciat, & iuri pareat corā nobis,sibi pro termino peremptoriè assignamus.Quare uobis mādamus,quatenus eundem. N.sic absolutum publicè nuncietis,uolentes autem prædictum terminū actori memoratorem tempestiuè nunciari uel intimari &c. Datū &c. Vel breuius sic.Officialis uel iudex talis tali plebano salutem in domino &c. Quia talis a nobis excōmunicatus pro contumacia ad instantiā talis, paratus est die seu feria tali stare iuri coram nobis,ipsum sub forma iuris absouimus, mandantes uobis quatenus eundem sic absolutum publicè nun cietis, & prædictum terminum uolumus actori memorato maturè intimari. Datum &c. & ista forma magis coram ordinariis frequentatur in aliquibus locis. 2† excommunicatus per iudicem & absolutus a uinculo excommunicationis remittitur ad sacerdotem ad reconciliandum de peccato inobediētiæ, pro quo fuit excom municatus. 3† & huiusmodi reconciliationis formam ponit Gul.in Spe.de sen.prola.uer.debet autem fieri ab solutio cum psalmo pœnitentiali &c. Posset etiam forma absolutionis dilatari & extendi narrando processū habitum,& contumaciæ qualitatem, & ali ,sicut faciūt quidā delegati sub hac forma siue sisi. N.talis decanus uel præpositus ecclesiæ iudex delegatus &c. uniuersis & singulis præpositis,& decanus &c. & quibuscunque per ciuitates & diœcesim tales uel alias ubilibet constitutis,qui præsentibus fuerit requisiti,salutem in domino,& mandatis nostris immo uerius apostolicis firmiter obedire. Cum in causa quæ inter N. actorem ex una,& P.reum ex altera parte, de & super tali re,uel debito , uertitur coram nobis , & prædictus N. actor prædicto P.reo libellum in scriptis obtulisset, nos eidem reo diē talem ad respondendum eidem uel exceptionem dilatoriam sibi forsitam competentem proponendam pro termino peremptorio duximus assignandum ; sed quia in huiusmodi termino idē reus minime comparuit per se uel per responsalem,& exceptionem proponere, aut prædicto libello respondere,contumaciter nō curauit , iccirco idem P.reus pro contumacia huiusmodi monitione præuia fuit & est per nos uinculo excommunicationis innodatus. Nunc autem reus ipse se repræsentās coram nobis petiit humiliter & deuote ab huiusmodi excommunicationis sententia seu uinculo se absolui, offerens iudicio sisti,seu de parēdo iuri cautionem præstans,& dicens se peratum parti aduersæ satisfacere cōgruè de expensis.Vnde citato ad hoc aduersario & præsente uel contumaciter absente , ac recepto ab ipso excommunicato prius iuramēto secundum formam iuris de parendo mandatis ecclesiæ,& congrua satisfactione expensarum,eum ab huiusmodi excōmunicationis uinculo absoluimus,ut .§. in forma præcedenti, & cautelā de custodienda & reseruanda absolutione dat Gul.in Spe.tit.de sen.prola.§.nunc uero.uer.absolutio.& in gl. c.proposuit de cle.excom.mini.¶ 4† Et si quis est excom municatus pro debito,uel pro re iudicata, uel pro crimine,uel ,p offensa manifesta,& satisfecit,tunc simpliciter absoluit sub hac forma.Officialis talis diœcesis &c. Quia talis excōmunicatus pro re iudicata, uel pro tali offensa manifesta , ad instantiam talis de huiusmodi re iudicata seu offensa satisfecit, idcirco eum absolutionē petentem absoluimus in dei nomine in his scriptis,mādantes &c. ut.§. 5† De absolutione ad cautelam qualiter & quando fiat not.in c.apostolicæ de excep. & ple.in c. solet de sen.excom.lib.6.& sic est finis iudicii ordinarii & tertiæ partis, & per consequens totius operis.

SVMMARIVM.

1 *Processus quando summariè & de plano exorditur, qui ordo seruari debet.*

2 *Litis contestatio in summariis non est necessariaria.*

3 *Citatio etiam non peremptoria in summariis non ualet ad sententiam audiendam.*

4 *Iudex in summariis habet latiores habenas ad refrenandas dilationes & testium multitudinem.*

5 *Iudex in summarii procedere potest tempore etiam feriato in fauorem hominum.*

6 *Ordo seruatus in summariis,partibus non contradicentibus , non nullat.*

7 *Ordo iudiciarius in quibus causis seruari , & non seruari possit , est ad beneplacitum iudicis.*

CAPITVLVM CXXIII.

VIdimus de processu ordinario , qui regulariter obseruatur in causis ; sed est quidam specialis , qui obseruatur,quādo procedit iudex simpliciter & summariè sine strepitu & figura iudicii. 1† & quis ordo tunc seruandus est, traditur in cle.sæpe de uer.sig. quia libellus necessariò non offertur , & tamen danda est petitio summaria in scriptis , uel facienda uerbo, & in actis redigēda.Item procedere sine litis contestatione,& sine conclusione, quæ tamē in processu ordinario sunt de substantia,ut dictum est, potest etiam sententiam ferre stando,quod in aliis non pōt,ut etiā ibi uisum est, & ualeat citatio ad sententiam audiendam , etiam non peremptoria , quæ alias sufficiens non esset. 3† 4† Item in isto

isto pcessu fortius, quàm in alio, debet iudex amputare magnam dilationem, refrenare iurgia partium, & testiũ multitudinem. † & procedere potest tempore feriato in fauorem hominum introduco. & ita sunt plura in processu isto specialia, scilicet. 9. uel 10. ut no. Gul. de Monte Lau. in alle. cle. sæpe in glo. & in processu huiusmodi iudex tenetur aliquando absoluere, aliquando potest, si uult; quia si princeps mandat sic procedere, ut in conseruatoribus studiorum facit, tunc ita iudex tenetur procedere. † uidelicet tamen processus, si ordo iudiciarius partibus non contradicentibus fuerit obseruatus, ut in clem. sæpe. §. alleg. sed potest iudex sic procedere, si uelit scilicet in causis priuilegiatis a iure super tali processu. † & istæ sunt. 4. causæ beneficiales, matrimoniales, decimarum, & usurarum. & in istis relinquitur potestati iudicis, si uelit procedere simpliciter & de plano, uel ordinem iudiciarium obseruare, ut in cle. dispendiosam, de iudi. ubi de hoc in glo. non licet. & quia potest iudex, ut dictum est, in istis causis obseruare ordinem, uel non, & sic libellum exigere &c. Qualiter ergo in beneficiali causa formandus sit libellus, uideamus, & pôt sic cócipi.

SVMMARIVM

1 *Forma libelli in causa beneficiali.*

2 *Libellus quomodo concipi debeat, quando beneficium non est collatum, & quis habet ius ad illud.*

CAPITVLVM CXXIIII.

Coram † uobis honorabili uiro domini auditore, uel iudice &c. proponit procurat procuratorio nomine discerti uiri A. canonici ecclesiæ beatæ Mariæ uerdunensis conquerendo aduersus B. se clericũ asserentem talis diœcesis, & quemlibet alium pro eo in iudicio legitimè interuenientem; & dicit, quòd licet præfatus A. uigore gratiæ apostolicæ eidem de canonicatu sub expectatione præbendæ de ecclesia sanctæ Mariæ prædictæ in speciali factæ canonicatus & præbédæ per mortem quondam C. eiusdem ecclesiæ, dum uixit, canonici præbendati tunc uacans, per certum executorem ad hoc a sancta sede apostolica specialiter deputum ei fuerint & sint collati, & sibi de eisdem prouisum; ac ipse A. ad canonicatum & præbendam huiusmodi per eundé executorem inuestitus existat sic, quòd eidem canonicatus & præbenda cum iuribus suis, & pertinentiis uniuersis pertinere debeat: ad eũdem tamen præfatus B. se ad eosdem canonicatum & præbendam intrusit de facto, & intrudi fecit, & procurauit, & intrusionem de se factã ratam habendo prædictos canonicatum & præbendam detinuit & occupauit, detinet, & occupat fructus, redditus, prouentus, iura, & obuentiones prouenientes ex eisdem percepit & imbursauit, percipit & imbursat. seque præfato A. opposuit ac opponit, ac eum impediuit & impetit, fecitque & facit per intrusionem, occupationem, & alia supradicta, quominus ipse canonicatum & præbendam huiusmodi, ac iuris & pertinentiarum eorũ possesionem assequi posset, & habere in animæ suæ periculum, & prædicti A. præiudicium & detrimentũ. Quare agit & petit procurator prædictus quo. s. nomine, quatenus uos domine auditor, seu iudex reuerende, præcognito quantum sufficit de præmissis, pronũcietis ad A. pertinuisse iura & pertinẽtias, & eos eidé adiudicados fore, & adiudicari debere, & adiudicetis; intrusionemq; detentionem, occupationem, & alia prædicta præmissa temeraria, & illicita, & iniusta fuisse & esse, prædictum N. occupatorem a prædicta occupatione impedimẽtis, & aliis prædictis compescen iũ & compescatis; sibique super eis silentium imponẽdum & imponatis, ac ab eisdem canonicatum & præbendam ab eorum detentione eum remouẽdo & remoueatis; prædictumque A. in possessionem seu quasi eorundem canonicatus & præbédæ iurium & pertinentiarum ipsorum inducendum, & inductum defendendum, atque inducatis & defendatis, seu induci & defendi præcipiatis, ipsum B. prædicto A. in fructibus perceptis & expensis legitimis litis nihilominus condemnãdo per uestram sententiam diffinitiuam, & eius executionem hoc petit coniunctim & diuisim. Ad necessariam probationem se solum constringens, officium uestrum in præmissis casibus omnibus & singulis, quantum sufficit, & opus fuerit, humiliter implorando. Saluo iure addendi, minuendi &c. & protestatur prout moris est. Iste libellus procedit, quando agenti beneficium iam est collatum. ita quòd est suum, & iam habet ius in re. † Si uerò nondum est collatum, uel de eo prouisum ita, quòd non esset suum, sed sibi debitum, quia haberet ius ad rem, de quo in cle. auditor in gloss. pronunciaret tunc, scilicet narrando, quo modo beneficium tale ex tali causa sibi esset debitum, & conferendum pronunciari, pronunciaretur. & tunc auditor, qui pronunciat illud ei debitum, potest illud sibi sine nouo mandato de illo prouidere, ut circuitus euitetur. ut in alleg. cle. auditor, de rescrip. & alias etiam debet fieri mutatio libelli secundum qualitatem facti. & plures libellorum formas in hac materia ponit Gul. in Spec. de præben. Si beneficium est de iurepatronatus, tunc præsentatus sic formabit libellum suum, ut sequitur.

SVMMARIVM

1 *Forma libelli, quando beneficium est de iurepatronatus.*

CAPITVLVM CXXV.

Coram † uobis &c. Et dicit, quòd licet prædictus A. ad ecclesiam uel uicariam talem per mortem quondam C. ultimi rectoris eiusdem uacantem per D. clericum iam laycum ipsius ecclesiæ uel uicariæ uerum patronũ, & iurepatronatus uicariæ uel ecclesiæ eiusdem in possessionem, uel quasi existentem, ac pro tali habitum & reputatũ, uobis domino proposito uel Archidiacono uel officiali. j. tempus debitum quadrimestre præsentatus exitat ad inuestiendum, tamen præfatus B. præsentationi huiusmodi factæ & inuestituræ faciẽdæ se opposuit, & opponit temere impediuit friuolè, ac fecit & facit minus iustè, quominus præsentatio prædicta per uos admissa, fuerit suũ debitum sortita effectũ atque sortiatur. Agit igitur & petit procurator prædictus nomine quo. s. per uos præcognito quantum sufficit de præmissis pronunciari, decerni, declarari, præsentationem de præfato A. ut præfertur, factam, fuisse, & esse admittendam, uel admitti. ipsumque A. ad ecclesiã uel uicariam prædicta instituendum & inuestiendum fore, institui & inuestiri, ac in corporalem & realem ipsius ecclesiæ uel uicariæ iurium, & pertinentiarum eiusdem possessioné, uel quasi inducendum, & induci; prædictoque B. aduersario super appellatione, impedimétis ac ecclesia siue uicaria prædictis perpetuum silentium imponendum & imponi; & ab ipsis appellatione & impedimentis compescendum, atque compesci uestra sententia diffinitiua & censura ecclesiastica mediaté. hoc petit coniunctim & diuisum unà cum expensis litis.

SVMMARIVM

1 *Clausula, Peto præsentationem meam, & aduersarii non. quibus iuribus comprobetur.*

2 *Libellus quomodo formari debeat contra præsentatum a non patrono, & iam institutum.*

3 *Libellus quõ concipiatur, quando præsentator non est patronus.*

4 *Libellus qualiter formabitur, cum agitur inter patronos.*

CAPITVLVM CXXVI.

Ista † petitio colligitur ex notatis per Inn. in c. cum Bertoldus, de re iudic. Et quidam dicunt in libello, peto præsentationem meam admitti, & præsentationem aduersarii non, & non patroni; & eum, qui nullum ius

ius habet, a præsentatione facta cassari &c. de quo in
2 alle.c.cum Bertoldus.sed non est curandum. † & si adversarius præsentatus a nõ patrono iam esset institutus, tunc secũdum hoc aliter formaretur petitio isto modo. Peto talẽ a nõ patrono nec iurispatronatus possessore præsentatum,& male institutum ab ipso beneficio amoueri, & meam præsentationẽ a uero patrono factã admitti,ipsum beneficium mihi adiudicari, & me ad illud
3 institui & inuestiri &c.ut in c.cũ Bertoldus.s.alle. † & si præsentator forte in ueritate nõ est patronus,sed solũ possidet iuspatronatus cum bona fide, tũc præsentatus nõ dicat in libello eum patronum,sed ipsum fuisse tempore præsentationis & esse in possessione uel quasi iuspatronatus,& sufficit ut in c.consultationibus de iurepatro.
4 † De quo etiam no.in c.2. de resti.in inte.cum si. Quomodo autem de iurepatronatus agitur inter patronos & qualiter,tunc concipiatur libellus ponit Gul.in Spec.de iurepatro.& sic potest formari.

SVMMARIVM

1 *Forma libelli quando agitur inter patronos de iurepatronatus.*
2 *Possessorium, & petitorium super iurepatronatus simul intentari possunt in eodem libello inter patronos.*
3 *Iurispatronatus causa non est beneficialis,& quare.*

CAPITVLVM CXXVII.

1 Coram †uobis &c. proponit conquerendo in iure procurator procuratorio nomine discreti uiri A. layci aduersus B. laycum &c. & dicit quòd licet iuspatronatus talis ecclesiæ, uel uicariæ, ad prædictum A.pertineat & pertinere debeat de iure; ipseque fuerit tẽpore spoliationis infrascriptę in possessione uel quasi iurispatronatus ecclesiæ seu uicariæ eiusdem,tamẽ prædictus.B.de anno & mense tali quẽdam talem ad ecclesiam seu uicariam prædictam tunc certo modo uacantẽ uobis præsentauit, ipsum A.possessione uel quasi iurispatronatus spoliando, Quare agit & petit procurator prædictus quatenus uos domine iudex,cognito quantũ sufficit de præmisis,pronuncietis,decernatis,& declaretis, iuspatronatus ecclesiæ uel uicariæ prædictæ ad præfactũ A.pertenuisse,& pertinere; præsentationemq; & spoliationem prædictas,temerarias, illicitas, & iniustas fuisse,& esse;eundem A.in pristinum statum & possessionem uel quasi eiusdem iuris reponẽdum, restituendum,reducendum fore,restitui, reponi, reduci debere, restituatis,reponatis, & reducatis per uestrã sniam &c.
2 Per istum libellum intẽtatur possessorium & petitoriũ, posset etiam alterum tantum intentari,ut etiam dictum
3 est in alio processu circa formas libellorum. † Et ista causa super iurepatronatus non est beneficialis,cum de titulo beneficiali non agatur. unde in eadem procedendum est ordine iudiciario obseruato. & super primo libello possunt sic formari positiones & articuli.

SVMMARIVM.

1 *Forma petitionum,& articulorum in causa beneficiali.*

CAPTVLVM CXXVIII.

1 IN primis † ponit & probare intendit, quòd in diœcesi uerdunensi in terra Barẽsi est & fuit a 30. uel 40. annis circa, uel ultra, & a tempore & per temporis spacium, de cuius initio hominum memoria nõ existit, quodam oppidum communiter nuncupatum Artumcastrum habens diuersas ecclesias collegiatas, parochiales,& alias, palã & notoriè. Item quòd in eodẽ oppido inter alias ecclesias ibidem fuit a prædicto tempore, & per idem tẽpus & est collegiata ecclesia beatæ uirginis Mariæ, sic communiter nuncupata seu appellata, habẽs præpositum,decanum,& capitulum,ac certas & distinctas præbendas, ac iura alia ecclesiæ collegiatæ, publicè & manifestè &c. Item ponit quòd sanctissimus dominus noster talis diuina prouidẽtia papa modernus prædicto A.gratiam faciendo specialem die tali, mense tali, canonicatum in tali ecclesia prædicta prædicto A. cõtulit, & ipsum per decanum & capitulum recipi mandauit in canonicum & fratrem, stallumque in choro & locum in capitulo cũ iuris canonicalis plenitudine eidem assignari. Itẽ quòd præbenda,si qua tunc uacaret, aut quam in posterum uacare contingeret, etiam in eadem,quam prædictus A.j.unius mensis spatium acceptaret,prędictus dominus noster papa eidem A. cum omnibus iuribus & pertinentiis suis uniuersis conferri,& de eis sibi prouideri, ac ipsum ad eandem & ipsius iuris pertinẽtiarum eiusdem possessionem uel quasi inuestiri & indui, indutum tueri & defendi uoluit, & mandauit. Item quòd idem dominus noster papa ad collationem, prouisionem,inuestituram,& alias gratiæ prædictæ debitam & effectualem executionem faciendam certum uel certos executores deputauit. Item quòd præfactus A. gratiam prædictam sibi, ut præmittitur, factam, ratam habens & gratam, super ea literas in forma consueta extrahi, & sibi processus per executorem procurauit. Item quòd de prædictis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama. Item ponit & probare intendit, quòd de anno domini.1561. de mense tali,& antequam dictus A.prædictam gratiam obtinuisset, C.fuit canonicus prædictæ ecclesiæ beatæ Mariæ talis loci præbendatus,& certos canonicatum & præbendam in eadem ecclesia habuit,& possedit. Item quòd idem C.canonicus de anno & mense prædictis de tali die extra romanam curiam diem suum clausit extremũ, quòdque per ipsius obitum canonicatus & præbenda prædicti,quos in præfata ecclesia obtinebat, uacare inceperunt, uacauerũt, & communiter uacare putabantur palam & manifestè. Item quòd A.prædictus uel talis eius procurator prædictos canonicatum & præbendam sic uacantes tanquam gratiæ prædictæ uigore sibi & nulli alteri a iure debitos die talis mensis prædicti protestatione consueta acceptauit. Item quòd per prædictæ gratiæ executorem A. præfactos canonicatum & præbendam sibi conferri, & de eisdem sibi prouideri,ac se de ipsorũ iuribus & pertinetiis,ipsorumque possessionem seu quasi inuestiri obtinuit die tali. Item quòd de præmissis omnibus & singulis est publica uox & fama. Item ponit quòd A. prædictus tempore gratiæ sibi factæ & collationum prouisionum inuestituræ prædictarum fuit & est clericus,seu sacerdos &c. Item ponit quòd A.prædictus tempore gratiæ sibi factæ, & collationis prouisionis, & inuestituræ prædictarũ fuit,& est clericus,uel sacerdos &c.in communione fidelium de legitimo matrimonio procreatus ac habitus.& alias habilis & idoneus ad ecclesiasticum beneficium maximè canonicatum & præbẽdam supradictos obtinendum. Item quòd B.aduersarius prædicti A prædictis canonicatu & præbẽda post prædicti quondam C.mortem se intrusit seu intrudi fecit & procurauit,ipsosque canonicatum & præbendam detinuit & occupauit,detinet,& occupat fructus,redditus,& prouentus,ex eisdem prouenientes percepit,percipit,& imbursauit,imbursat, ac præfactum A. impediuit & impedit, facitque & fecit per intrusionem occupationem & alia præmissa, ne suum debitum sortiri potuerit effectum & sortiatur. Et prædictus A. possessionem canonicatus & præbendæ prædictarum assequi potuerit libere & habere. Dat insuper pro parte sua libellum,ac pro parte sua oblata ac producta & producenda in hac causa inquantum facit pro parte sua & positionibus & articulis de notoriis signis,& sigillis;saluo iure addendi, minuendi, corrigendi, declarandi &c. ut est moris.Quando beneficium est de iurepatronatus,tunc ex libello seu petitione formãtur positiones isto modo.

SVMMARIVM

1 *Forma positionum, & articulorum in causa iurispatronatus.*

CAPITVLVM CXXIX.

1 POsitiones † & articuli ut.s.in aliis formis. In primis ponit & probare intendit quòd in oppido tali talis diœcesis.a 10. 20. 30. uel 40. annis citra, uel ultra,& a tempore uel per tempus, cuius cōtrarium seu initium non est in hominum memoria, fuit & est certa ecclesia parochialis communiter nuncupata seu appellata ecclesia facti talis &c. Quòdque in ecclesia eadem fuerunt & sunt certæ uicariæ perpetuæ à secularibus clericis solitæ gubernari. Item quòd inter alias uicarias perpetuas in eadem ecclesia existentes fuit a tempore & per tempus de quo.s.& est certa uicaria ad altare talis facti &c. palam & notoriè. Item quòd uicaria huiusmodi perpetua per talem laycum instaurata est & fundata,ac de bonis fuit dotata, & per loci episcopum seu diœcesanum confirmata. Item quòd iuspatronatus eiusdem uicariæ eidem N. pro instauratore & suis hæredibus reseruatum extitit,& pertinuit & pertinet ad eosdem. Item quòd de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.Item quòd prædictus N.præfati quondam instauratoris fuit filius & legitimus & naturalis, eidemque patri suo in bonis per eum relictis & maximè in iurepartonatus prædictæ uicariæ insolidum hæres successit, ac hæreditas patrona cum iure prædicto patronatus fuit & est ad eum tanquam ad uerum & proximiorem hæredem deuoluta. Item quòd idem N. filius & hæres quondam D. prædictæ uicariæ uicarium ad eandem uicariam tunc certo modo uacantem uobis domino officiali præsentauit, quòdque eadem præsentatio admissa fuit per uos.& idem quondam præsentatus ad præsentationem eandem ad prædictam uicariam institutus, eam tenuit & posidet. Item quòd prædictus N.fuit & est in iurepatronatus memoratæ uicariæ possessione uel quasi. Item quòd de præmissis omnibus & singulis &c. Item quòd de anno tali,die,mense tali,bonæ memoriæ quondam D.prædictus uicarius,ut pręmittitur, uicariæ prædictæ nouissimus fuit uiam uniuersæ carnis ingressus. Item quòd per eiusdem quondam D. nouissimi sæpedicti uicarii rectoris mortem ipsa uicaria incepit uacare, uacauitque & reputata palā & notoriè. Item quòd prædictus N. ipsius uicariæ patronus & iurispatronatus eiusdem possessor præfatum A. ad eandem uicariam sic uacantem die tali, mense tali talis anni supradicti uobis domino officiali per suas literas certas ipsius sigillo signatas præsentauit. Item cum tempore præsentationis eiusdem N. præsentatus fuit & est in ætate legitima,ac in minoribus ordinibus,& in communione fidelium , aliasque habilis & idoneus ad beneficium huiusmodi obtinendum. Item quòd B.aduersarius memoratus prætextu eiusdē præsentationis per non patronum nec iuspatronatus per possessorem de ipso præsumptæ prædicto A.& præsentationi de eo,ut præfertur, factæ opposuit de facto,& opponit ac impedit & impediuit , ac fecit & facit , quominus eadem præsentatio per uos admissa fuerit,ac alias suum debitum sortita fuerit ac sortiatur effectum. Item quod de præmissis &c. dat etiam libellum seu petitionem &c. saluo iure &c. Et si præsentator est patronus, sed non est in possessione præsentandi,uel si est forte possessor iurispatronatus bonafide,licet in ueritate non sit patronus,secundum hoc formentur articuli,ut dictū est circa libellū in hac materia.

SVMMARIVM

1 *Forma libelli in causa matrimoniali.*

2 *Petitorio,& possessio potest agere uterque coniugum,matrimonio carnaliter inter eos consumato.*

CAPITVLVM CXXX.

